
BIBLIOTHECA
MEDICA
GLASGUENSIS
A. D.
1812
UNIVERSITATIS

Donavit
Gul: Hamilton. A.M B. Prof
Societatis Nostræ
Socius Honorarius

M, DCC, LXXXVII




PLATNER

IO. ZACH. PLATNERI
D. ET PROF. MED. LIPS

# INSTITVTIONES CHIRVRGIAE RATIONALIS

TVM MEDICAE TVM MANVALIS
IN VSVS DISCENTIVM

EDITIO NOVISSIMA

RECENSVIT NOTASQVE ADIECIT
CAROLVS CHRISTIANVS KRAVSE
MED. DOCT. ET PROF. LIPSIENSIS

LIPSIAE
SVMTIBVS CASPARI FRITSCH
MDCCLXXXIII.

# PRAEFATIO
## EDITORIS

Non heri aut nudius tertius eſt, ex quo CASPARVS FRITSCHIVS, Bibliopola apud nos non minus honeſtus quam nobilis et elegans, abs me vehementer etiam atque etiam petiit, vellem inſtitutionum chirurgiae ab IOH. ZACHAR. PLATNERO olim conſcriptarum, tertium quondam edendarum curam in me ſuſcipere, eamque ita agere, vt, quae poſt tempora editionis prioris aut inuenta aut in melius mutata ſint, in arte chirurgica, niſi omnia, praecipua ſaltem, adiungerentur. Ego vero, tanti laboris difficultates perſpiciens, deſiderio illi, quantumuis aequo et honeſto, ſatisfacere diu multumque dubitaui. Etenim haec pars artis ſalutaris, et profectu efficacior et factu difficilior, aetate noſtra habuit incrementa tanta, quanta maxima. Quae, per innumerabiles libros ſparſa, ſi quis velit colligere, et in vnum quaſi corpus doctrinae ita coadunare, vt nihil omiſſum, nihil ſuperuacuum aut falſum adſperſum eſſe videatur, is profe-

cto onus humeris imponi suis patitur graue admodum. Haec quidem difficultas est communis omnibus, qui in hoc scriptionis genere vires periclitari suas velint. Singularis vero et propria obiecta est ei, qui PLATNERI librum animaduersionibus augere secum animo constituit. Nisi enim puritatem ac perspicuitatem latini sermonis, a qua liber hic partem non minimam commendationis laudisque habet, propius assequi studeat, laborem suum prae populari elegantia et cultu sermonis PLATNERI contemtum iri, certo praescire potest. Haec mecum animo reputans, et modulo me metiens meo, sollicitationibus laudati FRITSCHII diu restiti et vsque, donec Ille, nisi ego manus admouere operi vellem, librum eum alii nemini concrediturum, sed nullo ornatum augmento in vulgus tertia editione editurum se esse serio asseueraret. Ad haec verba mutato consilio, operam meam libro platneriano commodaturum me esse pollicitus sum, non quod ego tantum, quantum FRITSCHIVS, mihi tribuerem, sed quoniam intelligebam, librum non solum modo a nostratibus et Germaniae medicis, verum ab exteris quoque hactenus lectum laudatumque, ex manibus

nibus tironum breui post excussum iri, nisi a nouitate commendatio quaedam et gratia noua ipsi accesserit. Eum autem loco aliquo, haud vulgari aut infimo, ab exteris habitum esse, ne frustra dixisse videar, commemoranda est tum editio eius splendida illa, quae Venetiis A. MDCCXXXXVII ex typographia IO. BAPTISTAE ALBRITII in forma quarta prodiit, et Auctoris Prolusionem de *chirurgia artis medicae parente* dissertationemque de *Fistula lacrymali* subiunctas habet; tum vero versio belgica A. MDCCLXIV Amstelodami voluminibus in forma octaua duobus edita et inscripta: *Handleiding tot de chirurgie of Heelkonst* etc. *van den Heer* I. Z. PLATNER, *met veele nieuwe Anmerkingen verrykt door* M. HOUTTUYN. Med. Doct. Iteratis Fritschii precibus meisque ipsius cogitationibus victus atque compulsus cum de modo edendi libri et mecum ipse et cum illo deliberarem, magnae molis librum neque vsibus discentium neque facultatibus plerorumque accommodatum aptumve, neque adeo talem, qualem inscriptio promittit, fore facile perspeximus. Breuitati igitur studendum esse potissimum, attamen sic, ne fierem obscurus. Simne

vtrumque an fortaſſe neutrum aſſecutus, penes lectores aequos et intelligentes iudicium eſto. Si quis ſeuerior iudex, quod et nouum et vtile fuerit, ſubinde deſiderari animaduertat, eum rogo et obſecro, velit tum ſecum animo cogitare, fieri non poſſe, quin in opere longo interdum dormites; tum vero, humanae ſortis et libri inſcriptionis memor, ſperare, fore, vt diſcentes meliora, deſiderata, plura, edoceri a doctoribus queant. Hoc ſi precibus meis dederit, oſcitationibus etiam meis ignoſcet, neque ipſe ad eas oſcitabit, multo minus ſtomachabitur. Ne vero, ſi quando ego librum PLATNERI temeraui, error in eum refundatur, animaduerſiones, quae figuras has †, †† etc. praefixas habent, a me eſſe profectas, ignorari nolo. Scripſi Lipſiae in mercatu vernali A. MDCCLXXXIII.

---

PRAEFA-

# PRAEFATIO
## I. Z. PLATNERI

In ea opinione me ſemper fuiſſe, profiteor, neminem ne illis quidem morbis, qui interiores corporis partes infeſtant, et quorum curatio a ſolis medicis requiritur, ſcienter ac perite mederi poſſe, niſi ea vitiorum genera, quae chirurgi ſibi vindicant, habeat perſpecta et pertractata. Quae enim in variis corporis ſedibus extrinſecus incidunt, et quae oculis cernuntur, attrectatu ſentiuntur, eadem fiunt in partium internarum viſcerumque valetudinibus; non tam ſenſu in ſingulis morborum generibus, quam coniectura, ex collatis pluribus indiciis percipienda. Iſtorum autem morborum, quibus internae partes afficiuntur, natura, mutatio, euentus, omnisque curatio, quae vel artis beneficio fieri ſolet, vix aliter in notitiam venire poteſt, quam diligenti obſeruatione vitiorum, quae chirurgiae auxilia deſiderant, et omnium rerum, quae in horum decurſu, atque varia curatione, incidere conſueuerunt. Hoc vel ſeuerioribus diſceptatoribus ex facili poſſet probari, ſi iam conſiderationem in inflammationem intendere et demonſtrare vellem, illam, ſi in externis ſedibus orta fuerit, febrem mouere, qua, vel diſcutiatur, vel ſuppuratione finiatur, eamque, ſi male cedat, in gangraenam, ſcirrhum, vlcus, fiſtulam, carcinoma, degenerare. Morbi enim interiorum partium, qui ex iisdem conuerſionibus naſcuntur, nomine

ac ſede magis, quam natura ſua, ab his, quae extrinſecus fiunt, differunt. Quapropter omni tempore artem ſalutarem diſcentibus magnopere autor fui, vt hanc vetuſtiſſimam eius partem, chirurgiam, cuius caeteroquin profectus euidentiſſimus eſt, diligenter excolerent, atque per eius notitiam ad recte medendi peritiam contenderent. Etiam inter caeteras artis diſciplinas illam ſaepius diſcentibus, tum medicinae cultoribus, tum aliis, in hac vrbe chirurgiae operam dantibus, expoſui, in eaque doctrina ſemper cum aliqua voluptate ſum verſatus. Sed plures fortaſſe exiſtimabunt, mancam fuiſſe hanc doctrinam, propterea, quod in hac vrbe ſatis idonea facultas experimentorum huius efficacioris, quae manu fit, medicinae faciendorum in valetudinariis non detur: in omni autem diſciplina, quae non ſola ratione atque intelligentia contineatur, ſed vſu diſcatur, perficiaturque, vel maxime neceſſaria videantur experimenta. Per haec enim illam medendi rationem in valetudinariis diſci poſſe, quae, cum aegrotantibus vario morbo conflictantibus affluentiſſima ſint, magiſtros plerumque habeant peritiores, et qui multo vſu atque fere quotidiana exercitatione maiorem in ſecando dexteritatem ſint conſecuti, vt horum non ſolum inſtitutione, ſed etiam exemplo, proficere poſſint tirones. At enim vero, quanquam, ſi verum ſine ambitione fatendum eſt, inficiari non poſſum, haec efficacioris medicinae experimenta apud nos non ita frequentia eſſe, haud tamen crediderim, ob id omnem harum rerum doctrinam ſuper-

ſuperuacaneam eſſe, et inutilem. Nam altera illa chirurgiae pars, quam medicam vocamus, et quae, impoſitis medicamentis, plurimum praeſtat, quae etiam ad vulnera, a chirurgo facta, omnem victus et medicamentorum intus dandorum rationem dirigit, optime docetur ab iis, qui non ſolam anatomen norunt, ſed, qui omnia, quae ad hominis, tum recte valentis, tum aduerſa valetudine oppreſſi, naturam attinent, habent perſpecta, nec medicamentorum, tum ſimplicium, tum varia arte compoſitorum, facultates ignorant. Quam neceſſaria ſit haec chirurgiae pars, illis obſcurum non eſt, qui interdum aegros viderunt ſcalpello dextre et feliciter curatos, ſed poſtea, vbi inflammatio concitata fuerat, ſanguinis miſſione, vel neglecta, vel immoderatius facta, aut alienis a morbo medicamentis, aut cibo pleniori, potioneque valentiori, ad mortem praecipitatos. Nihil commemoro de varii generis tumoribus, qui nec ſcalpellum, manumque, ſed medicamenta, poſtulant, quibus id, quod intumeſcit, vel reprimendum, vel diſcutiendum, vel, ſi ad ſuppurationem ſpectat, digerendum, emolliendumque, eſt. Nam, ſi haec medicamenta, non diuerſis illorum generibus, et variis etiam, quae in his curationibus ſunt, temporibus, accommodantur, illa omnia exaſperare, et ſaepe immedicabile malum afferre poſſunt, cum et alii tumores ſint, qui, quod in ſe ipſis aliquid corrupti habent, veluti cancer, omnibus auxiliis, tum ſcalpello, tum medicamentis, irritantur. Quid? quod inter illas curationes, quae manu ferramen-

 tis-

tisque fiunt, magnum discrimen est. Sunt quaedam, quae, cum in iis multa genera atque tempora periculi sint, non, nisi vsu atque longa exercitatione perdiscuntur, inter quas fere prima est, qua calculus ex vesica, si huic innatus est, educitur. Inter caeteras autem plures sunt, quae a quouis, cui partium, quibus succurrendum est, natura, et reliqua, aliunde cognita sunt, etiam nullo praeeunte magistro, ad aegrotantes possunt adhiberi. Et nemo ignorat, etiam inter Parisienses chirurgos, qui, prae aliis omnibus, docti et rerum suarum experti sunt, admodum paucos esse, qui, incisa vesica, calculum protrahere audeant. Nec ad illas arduas curandi vias, operationes vocant, aditus fieri potest sola imitatione magistri atque exercitatione, sed etiam vel maxime necessaria est notitia ipsius noxae, cui mederi volumus, et causarum, tum euidentium, tum abditarum, nec non omnium, quae incidere possunt. Parum saepe proficiunt tirones, qui hanc medicinae partem a magistris accipiunt, qui, vsu tantum edocti, aliquando intra paucas horas omnem chirurgiae doctrinam exequuntur. Plurimum autem ab his illi discere poterunt, si, dum eos accedunt, animum accuratiori omnium illarum rerum notitia habeant praeparatum atque praecultum. Nihilominus tamen mihi, omnibusque, qui artem salutarem, in hac Academia, vel profitentur, vel discunt, in votis est, vt olim chirurgiae maior honos habeatur, et occasio nascatur, qua illa etiam apud nos in valetudinario per experimenta possit addisci. Sed vero, cur has Institu-

tiones

tiones ſcripſerim, easque in lucem ediderim, iam paucis, Lector beneuole, accipies. Chirurgiam docenti defuit libellus, qui vtramque chirurgiam, tum medicam, tum manualem, dilucide et in compendio exponeret. Vt igitur diſcentes dictorum memoriam breui repetitione reficere poſſent, has theſes conſcripſi, quae poſtmodum ab his multoties transſcriptae, et ob id etiam mendoſiores factae, fuerunt. Has vero ita diſpoſui, vt, ab inflammatione, quam cum plurimis noxis, et cum vulneribus etiam, quae a chirurgo fiunt, eſſe oportet, orſus, hac quaſi manu ducente ad eius ſupra commemoratos effectus et ea, quae hos conſequuntur, fuerim progreſſus, qui deinceps vulnerum, tumorum, vlcerum, fiſtularum, varia genera, oſſium etiam morbos, executus ſum, et alia quaedam vitia addidi, quae ſingularem, quae manu fit, curationem poſtulant. Reliquorum enim morborum expoſitioni mox efficaciorem medendi rationem ſubiunxi, id quod vel ideo magis opportunum viſum fuit, quod, ſi illae curationes, vel ſic dictae operationes, ſeorſim traduntur, ſaepe neceſſe eſt, tironum animos ad memoriam iam alibi explicati morbi reuocare. Et nemo ignorat, doctrinae varietatem diſcentium animos quaſi reficere, atque ad maiorem attentionem cogitationemque excitare. Commemoraui etiam optimos autores, praecipue eos, qui de morbis quibusdam, et variis eas curandi viis, ſingulari ſtudio commentati ſunt. Hoc autem velim omnes tenere, et ſcire, me ſcripſiſſe tironibus, non excellentibus in arte Profeſſoribus

bus, nec peritis atque exercitatis Magiſtris, quibus in hoc libello plura leuiora, et vix commemoratione digna, videbuntur, quae tamen, diſcentium in gratiam, vel ex anatome, vel ex aliis diſciplinis, repetenda fuerunt. Hoc vel ex iis intelligi poterit, quae ſub finem de partu naturali propoſita leguntur. Prima enim laus doctoris, qui rudes et omnium rerum ignaros bonas artes diſciplinasque docet, mihi ſemper viſa fuit perſpicuitas, et adhibita diligentia, ne ea, quae leuia et minora videri poſſint, omittantur. Cum vero iam ante plures annos hunc laborem his theſibus conſcribendis impendiſſem, et harum Inſtitutionum quaſi primas lineas duxiſſem, iam tum plures me hortati ſunt, vt illas in publicum ederem. Obtulit ſe etiam Nobiliſſimus Vir, mihique, dum viueret, amiciſſimus, CASPARVS FRITSCHIVS, qui neceſſarios ſumtus, ſe ſuppeditaturum promiſit. Igitur ſtatim ab illo tempore quaedam plagulae typis exſcribi coeperunt. Sed, cum, et aegrotantium curationes, et alia negotia, nimis me occupatum habent, interdum etiam aduerſa valetudo incidit, plurimum ſaepe menſium mora eſt illata. Tandem, cum laudatiſſimus Fritſchius ante aliquot menſes diem ſupremum obiiſſet, haeredes me de perficiendo hoc libello vrgere non deſtiterunt, quae poſtulatio tam aequa et honeſta mihi viſa eſt, vt illi reſiſtere haud potuerim. Sed vero eo ipſo tempore in miſerum diuturnumque morbum incideram, quo per plures menſes adeo intabui, vt mihi, ad omnem rem omneque ſtudium minus idoneo, magis

gis de vitae, quam de huius libelli, exitu atque fine fuerit cogitandum. Cum vero tamen promissa exigerentur, iisque satisfacere cuperem, petii a Viro Excellentissimo et omni eleganti doctrina perpolito, IVSTO GODOFREDO GVNTZIO, in Academia nostra Anatomiae et Chirurgiae Professore Extraordinario, vt summam manum opusculo imponeret, idque sibi, si parente suo orbaretur, adoptaret, id quod ab eo, qui semper mei amantissimus fuit, et me singulari beneuolentia prosecutus est, facile impetraui. Huic debes, Lector, ea, quae ad varias calculosos curandi vias, et ad omnem huius curationis historiam, quam longam accuratamque praemisit, attinent. Haec, magno labore ex optimis autoribus composita, quam pulchra sint, ipse legendo deprehendere poteris. Interea, cum meae valetudinis grauitas se paululum remitteret, et ego me aliquantum alleuatum sentirem, ipse iterum hunc laborem suscepi, et pauca, quae post calculosorum curationem sequuntur, inter corporis aegritudines debilitatesque perfeci. Dum vero iam hoc opusculum in publicum emittitur, id abs Te petitum impetratumque volo, vt omnia, et ea etiam, quae emendatione quadam egent, aequi et boni consulas. Multa enim corrigere possem, si, quae ante aliquot annos typis expressa fuerunt, iam scribenda essent, id quod vel ex dissertatione, quam, si Deus vitam dederit, propediem de Hydrocele proponam, clarum erit. Sunt etiam, in quibus per errorem lapsum est, cuius rei exemplum legitur in §. 831. cum quo §. 848. conferri potest.

poteſt. Animus erat, quasdam correctiones, emendationesque, ſub finem libelli addere, et alia quoque adiicere, quae ab illo tempore, quo hae theſes litteris mandatae ſunt, a praeſtantiſſimis autoribus fuerunt prodita, ſed, tum a feſtinante propter nundinas typographo, tum a graui tenacique morbo, qui, dum hoc ſcribo, recrudeſcere videtur, prohibeor. De adiectis tabulis, et ferramentorum, aliarumque rerum, quae ad chirurgi officinam pertinent, iconibus, illud moneo, eas in Cel. HEISTERI et GARENGEOTI libris deſiderari. Longe plura ſunt ferramenta, a recentioribus reperta, quae addi potuiſſent, ſed cura habenda fuit, vt a diſcentibus minore ſumtu libellus parari poſſit; quorum vtilitatibus ſi ille inſeruire poterit, ego magnum laboris mei fructum tuliſſe mihi videbor. D. Lipſiae d. XXIII. Maii MDCCXXXXV.

---

IO. ZACHAR. PLATNERI

# INSTITVTIONES CHIRVRGIAE RATIONALIS.

*PARS PRIOR.*

# PROLEGOMENA

DE

## CHIRVRGIAE DEFINITIONE EIVS CVM MEDICINA NEXV ET MEDICI ATQVE CHIRVRGI IN CASIBVS CHIRVRGICIS OFFICIO.

§. 1.

Chirurgia proprie et ex etymo eſt illa Medicinae pars, quae manu curat. Seu quae hominis ſanitatem tuetur morbiſque medetur manu ac medicamentis, quae exterius corpori admouentur.

§. 2.

Sanitas conſiſtit in integritate omnis actionis vitalis, naturalis, animalis, humanae. Si hae actiones non recte fiunt, varia morborum genera naſcuntur. Omnibus medetur Chirurgia, frequentiſſime autem noxis partium ſolidarum externarum.

§. 3.

Chirurgi curant manu, et nuda, et variis inſtrumentis armata. Illi vero ſibi a longo tempore vindicant etiam tumorum, vulnerum, vlcerumque curationes *, quae ſolis medicamentis fiunt. Diuiditur igitur Chirurgia in medicam et manualem.

* Vid. CELSVS Lib. VII. Praef.

§. 4.

Et medica diuiditur. Nam ad eam pertinet non ſolum cognitio omnium medicamentorum, quae va-



riis

riis ſedibus corporis, ſi vitio laborant, imponuntur ſed etiam eorum, quae intus ſumuntur, omniſque victus ratio, quem his curationibus accommodari oportet. His enim pericula, quae aegris ex variis rebus imminent, propulſantur, et ipſa chirurgica curatio non parum iuuatur.

§. 5.

Ea curandi ratio, quae manu fit, medicamenta recte imponit *, et manu, ferro, igne, varioque ferramento et machinamento dimota iungit (σύνθεσις) concreta diuidit (διαίρεσις) quae intus haerent educit (ἐξαίρεσις) quae vitiata ſunt vel abundant aufert (ἀφαίρεσις) alia adponit (πρόσθεσις) quae loco ſuo non ſunt et detorta reponit (διόρθρωσις) **.

* Exempli loco eſſe poteſt tempus, quo variae compoſitiones, quae imponi ſolent, mutari debent. Cataplaſmata et epithemata quarta vel quinta quaque hora mutari decet; Et, ſi aeger non ſatis ſtragulis tectus eſt, atque in aere frigido decumbit, citius. Vnguenta et Emplaſtra per XII aliquando XXIV. horas ſuperhaberi queunt. Infra de vulneribus dicetur, ſaepe multum ad eorum curationem conferre raram deligationem. Si vero illa alieno humore, pure, ichore, lotio, fecibus, bile et ſimilibus multum inquinantur, linteamina et medicamenta ſaepius mutari oportet.

** Vid. GOVRMELENVS, qui vero διόρθρωσιν et πρόσθεσιν ad σύνθεσιν, ἀφαίρεσιν ad διαίρεσιν retulit.

§. 6.

Chirurgia cum Medicina ita connexa eſt, vt ex toto ſeparari non poſſint *. Neceſſe itaque eſt, vt Medicus et Chirurgus, ſi aegrorum ſanitas quaerenda eſt, concorditer agant, ne in diuerſas curandi vias procedant **.

* Vid. SCRIBONIVS LARGVS Compoſ. 200. p. 109. Herophili et Eraſiſtrati temporibus Medicina in tres partes diducta fuit, vide CELSVM Praef. Lib. I. conf. Praef. Lib. VIII.

** Opta-

** Optandum eſt, vt illa acerrima et ex inimicitiis orta controuerſia, quae in Gallia inter Medicos et Chirurgos agitatur, tollatur. Fungantur vtrique ſuo officio. Medici maiorem diligentiam adhibeant ediſcendis rebus Chirurgicis, ſine quarum notitia nec Chirurgicis curationibus praeeſſe, nec aliorum morborum cauſas, vt decet, noſſe queunt. Chirurgi deſiſtant ab illa arrogantia, qua omnium periculoſiſſimorum morborum curationes, nec iis exceptis, quae in internis corporis partibus conſiſtunt, ſibi ſumunt. Vtrumque aegrotantibus ſaepe pernicioſum et funeſtum eſt. Voluntatum Conſiliorumque facilis conſenſio eſt inter expertum prudentemque Medicum et modeſtum rerumque ſuarum peritum Chirurgum. Intolerabilis Medico eſt Chirurgorum ſaepe ignorantiſſimorum inconſiderata temeritas, arrogantiſſima de rebus ſuis perſuaſio, et odioſa alienae doctrinae affectatio. Nec minus moleſta eſt cordato Chirurgo Medici inurbani, rudis ac indocti imperioſa dictatura.

§. 7.

Medicus, qui praeeſſe vult curationibus chirurgicis, omnium rerum, quae ad hanc medendi rationem pertinent, gnarus ſit, neceſſe eſt. Debet pharmaca intus ſumenda, victuſque rationem ſolus, reliqua auxilia, in conſilium vocato Chirurgo, praecipere. De ipſa efficaci medicina, num hac opus ſit, et num illa ſine maiori aegrotantis diſcrimine adhiberi poſſit, et qua methodo vtendum ſit, praeterea de temporis etiam et loci opportunitate decernere, omnemque inſtrumentorum et faſciarum apparatum diligentius examinare. Praeter haec omnia debet aegro animum addere, et ei, vt Chirurgo confidat, perſuadere, hunc, ſi opus eſt, officii ſui admonere, conſiliiſque adiuuare et ſemper cum hoc laborum ſocio amice ac fideliter viuere.

§. 8.

Qui Chirurgiae operam dare vult, Anatomen ſummo ſtudio diſcat, et crebrius defunctorum cadauera incidat, manuſque ſecando exerceat. Non ſolum vero oportet noſſe ſingularum partium poſituram, figuram, magnitudinem, ordinem, duritiem, mollitiem, laeuorem,

rem, confractum, processus denique singulorum et recessus, quae omnia patefiunt Anatome *, sed etiam singularum partium, tum solidarum, tum fluidarum, naturam, mutationes, effectus et symptomata. Praeterea haud ignorare oportet rerum non naturalium, consuetudinis etiam ad morbos gignendos, alendos, tollendosque miram efficaciam.

* Laudabilem operam praestitit PALFINVS, qui Anatomen Chirurgiae accommodauit et Obseruationibus illustrauit.

† PALFINI librum melius instruxit et latius diduxit A. PETIT, medicus apud Parisienses clarus. Vt autem et Germanorum illi, qui linguas non callent, eum legere possent, in teutonicam linguam a G. L. HVTH et I. W. WIDMAN translatus est.

§. 9.

His praecognitis artem discat a magistro illam docente; legat optimos autores infra nominandos; studeat etiam medicamentariae. Oportet vero prius nosse simplicia, horumque proprias facultates, post vero progredi ad compositiones. Has, quia saepe ex pluribus et sibi contrariis constant, mutare cuilibet, qui earum vires cognitas habet, facile est.

§. 10.

Non sola autem doctrina, sed exercitatio, facit Chirurgum. Tiro itaque magistros duces sequatur, qui artem cum laude in magna vrbe, aut in valetudinario, in quo frequentes aegri decumbunt, exercent. Efficacem Chirurgiam primo crebrius in demortuorum cadaueribus imitetur, post, praesente magistro, veluti monitore, illam in viuentium corporibus tentare poterit. Semper a curationibus, quae ex facili fiunt, veniendum est ad arduas et periculorum plenas.

§. 11.

Chirurgum, qualis caeteroquin is esse debeat, CELSVS * descripsit. Cum in aegrotantium salutem saepe

ſaepe triſtiora adhibenda ſint remedia, aegrorum gratiam is ſibi conciliare ſtudeat honeſtate, modeſtia, omni animi moderatione et laborum taediorumque patientia. Quamuis non raro oporteat eum immiſericordem eſſe, caueat, ne immanſuetus, crudelis, agreſtis et moribus efferatioribus aliis videatur. Nunquam in laude et gratia apud aegros ſunt, qui ſe, hiſtrionum more, gloriando efferunt. Medico, qui curationi praeeſt, Chirurgus obediat, ſi is rerum ſatis intelligens eſt. Aequales ſocioſque aequo animo ferat, omnia ex optimae mentis conſcientia agat, nihil ex lucelli vel gloriolae cupiditate.

* Lib. VII. Praefat. *Eſſe autem Chirurgus debet adoleſcens, aut certe adoleſcentiae propior, manu ſtrenua, ſtabili, nec vnquam intremiſcente, eaque non minus ſiniſtra, quam dextra promptus, acie oculorum acri, claraque, animo intrepidus, immiſericors, ſic vt ſanari velit eum, quem accipit, non, vt clamore eius motus, vel magis, quam res deſiderat, properet, vel minus, quam neceſſe eſt, ſecet: ſed perinde faciat omnia, ac ſi nullus ex vagitibus alterius affectus oriatur.*

## DE VARIA CHIRVRGI SVPELLECTILI, INSTRVMENTORVM, FASCIARVM ET LINEAMENTORVM APPARATV.

§. 12.

Opus etiam eſt vario inſtrumentorum apparatu, qui magis ad vſum, quam glorioſam oſtentationem compoſitus ſit *. Semper enim praeſtat inſtrumentis paucioribus, iisque diligenter atque affabre factis, vti, quam nimia et cum theatrali oſtentatione ante aegri oculos expoſita ſupellectili huic trepidationem iniicere. Noſſe etiam debet Chirurgus inſtrumentorum et machinamentorum fabricam, vt, quae idonea ſunt, poſſit artificibus imperare, alia corrigere.

* HIPPOCRATES de Articulis Textu XXVII. Edit. Charter. p. 377. *Turpe autem eſt in omni arte, nec minus etiam in Medicina, ſine vllo profectu magnam adhibere turbam, magnum ſpectaculum polliceri, et multa verba facere.*

§. 13.

Ex inſtrumentis, quae ſemper et omni occaſione ad manus eſſe debent, ſint haec potiora: Scalpelli recti, falcati, alii ancipites, quos phlebotomos vocamus (*Lancettes*), iique maiores, minores. Forſices rectae, incuruae. Specilla varii generis variaeque magnitudinis, quae parantur ex argento, ferro, plumbo, balaenaria virga, cereo. Alia ſpecilla, quae ſulcum in longum ductum habent, ſuper quae inciduntur ſinus ac fiſtulae; vocantur nonnullis itineraria. Acus rectae, incuruae, variae magnitudinis. Nouaculae, volſellae, hamuli, forcipes, ſpathulae. De aliis inſtrumentis, quae ad ſingulas corporis ſedes earumque chirurgiam requiruntur, ſuo loco dicendum.

* Vid. SCVLTETI Armamentarium. GARENGEOT *des Inſtrumens.* HEISTERI Chirurg.

§. 14.

In promptu etiam Chirurgus habeat faſcias. Aptiſſimae ſunt lineae, quae ex linteo parantur detrito, molli, ſatis tamen valente, eoque mundo et nullo alieno colore infecto. Linteum ſcindatur ſectione ad ſtamen directa, et videndum, quantum fieri poteſt, ne laciniam, oram vel ſuturam habeat. Quare iam multis in vſu ſunt habenae lineae textoris arte paratae (*Zwirn-Baender*). Aliquando valentioribus ligulis opus eſt.

§. 15.

Faſciarum plura ſunt genera. Sunt aliae, quae variis, aliae, quae certis ſaltem ſedibus idoneae ſunt. Aliae ſimplices, aliae compoſitae. Simplices ſunt vel longiores habenae, in vnum aut duo capita glomeratae,

tae, vel mantilia, quibus diuerſae ſedes varia ratione inuoluuntur. Compoſitae faſciae vel ex mantilibus diuerſo modo figuratis et inciſis ſtruuntur, vel ex illis longis habenis ſibi aſſutis. Nomen habent faſciae a ſedibus, quae illis vinciuntur *, a figura **, ab effectu ***, ab inuentore ****.

* Capital magnum, Gallis *le grand Couvre chef.* Capital minus, *le petit Couvre chef.* Capitium cum vinculo ſciſſo ſuſpendente *la Serviette avec la Scapulaire.* Capitium veteribus pectoralis tunica et thoracis genus fuit. vide Varronem de L. L. Lib. IV. cap. 30. p. m. 22.

** Cancer Galeni dicitur linteum ſciſſum, quo caput inuoluitur. Funda, Gallis *la fronde*, linteum ſciſſum pro fronte, auribus, oculo, mento. Accipiter, Gallis *l'éprevier.* Capiſtrum, *Cheveſtre.* Spica, Chirotheca.

*** Faſcia vniens ſ. glutinans, expellens.

**** Faſcia HELIODORI. Accipiter MENECRATIS, Vide VIDVM VIDIVM Chirurg. L. III. p. 55.

§. 16.

Simplicioribus faſciis glomeratis, ſ. habenis, accedit differentia, ex circumducendi ratione. Quae circa membrum in orbem ita voluitur, vt nec ſurſum, nec deorſum feratur, ſed alter circuitus priorem comprehendat, orbicularis, Gallis *le Circulaire*, dicitur. Quae ſurſum verſum, vel deorſum ita fertur, vt quaſi in cochleam ſerpat, et duas tertias prioris comprehendat, Aſcia, Gallis *le doloire*, vocatur. Quae vero in vtramque partem ita ducitur, vt tertiam demum partem prioris amplectatur, Sima, Gallis *le mouſſe*, dicitur. Quae tandem maiori interuallo ita ſerpit, vt orbes ſeſe haud contingant, Gallis *le rampant* audit. A veteribus haec ad ſimam relata fuiſſe videtur. Quandoque, ſi membra inaequalis craſſitudinis ſunt, faſciae in circuitu inuertuntur, quo valentius contineant; Gallis dicuntur *les renverſés.* Hoc faſciandi genus ſubiectas partes offendit.

Vide has denominationes fasciarum in HIPPOCR. de Medic officina L. II. Text. 2. et GALENI in hunc Librum Comment. de fasciis vid. l. c. GALENVS, SORANVS, et HELIODORVS, HEISTERVS, VERDVC *des Bandages*, BASSIVS.

§. 17.

Diuersam latitudinem habeant habenae, melius vero attrahitur, quae angusta est et saepius circumdatur. Nunquam super vulnus, vlcus, aut tumorem incipere debet fascia, ast super fracturam. Extrema eius pars inferioribus assuenda est. Nodus enim, vel sutura, vel acus, qua finis sistitur, vulnus et fracturam offendit. Sic deliganda sunt membra, et circumdandae fasciae, vt contineant, nec tamen adstringant. Quod non recte continetur, elabitur, quod nimis adstrictum est, stupore, atrophia, gangraena, periclitatur. Satius est, fasciam saepius circuire, quam adstringi. Fascia in duo capita glomerata saepe media primum iniicitur et duabus manibus in vtramque partem ducitur. Aliquando tamen capita non aequalem longitudinem habent. Eo ordine, quo iniecta fuit fascia, etiam solui debet, et si membro agglutinata inhaeret, non vi auelli, sed calida alioue liquore molliri. Fasciis, quae pressius et adstrictius glomeratae sunt, concinne vincitur.

§. 18.

Fasciarum ope curantur fracta, luxata, continentur elapsa, sustinentur tumores, adducuntur et glutinantur vulnera, coërcetur sanguis, exprimitur pus et sanies, a membris male affectis auertitur aëris aliarumque rerum, quae nocere possent, iniuria.

§. 19.

Veteres in deligandis vulneribus vsi sunt lana bene carpta, quam imposuerunt. Hodie vtuntur chirurgi linamentis. Horum enim, quae detrita esse oportet, stamina singula digitis euellunt, ea ordinatim sibi apponunt, complicant, et in sic dictos puluillos, Gallis *pluma-*

*plumaceaux*, formant, quibus varia magnitudo ac figura eſt. Hos vulneribus, vlceribus, oſſibus nudatis vitiatiſque imponunt, ſuperque ea medicamenta, quae e re ſunt. Puluilli etiam ex variis liquoribus exprimuntur, et his tincti vulneribus et vlceribus ſuperdantur. Linamenta carpta etiam obiiciuntur ruenti ſanguini, qui ſaepe his ſolis et facta compreſſione cohibetur. Iisdem etiam purgantur madentia vlcera. Nam ea his impoſita humorem, qui ex iisdem fertur, ſpongiae in modum perſorbent. Si, id quod in valetudinariis frequentius incidit, lintei copia non habetur, vti ſolent ſtupa pectine diligenter deducta.

§. 20.

Si iam deſcripti puluilli manu comprimuntur et conuoluuntur, fiunt ellychnia, Gallis *Bourdonnets*, quae plerumque ex filo ſuſpenſa in profundiora vlcera demittuntur. Ex iisdem vero lineis filis, ſeu ſtaminibus, ſtruuntur turundae teretes, oblongae, clauo ſimiles, vel ex vna vel ex vtraque parte ſciſſae. Ab his, quae figuram habent coni, differunt aliae, quae ad figuram cylindri accedunt, quas Galli *les Maiges* appellant (*Fig. I.*). Aliae turundae fiunt ex linteolis in conum contortis, quarum extremum in fila reſolutum eſt. Turundae in vulnera et vlcera profundiora fiſtulaſque demittuntur. Quia vero nec pus exire nec vulnera glutinari ſinunt, oraſque vulnerum grauiter offendunt, iis non niſi minoribus mollibuſque praeterea raro et tunc ſaltem vtendum, quando ſatius eſt vlcera nondum curari. Sunt enim non pauci, qui omnem turundarum vſum veluti noxium repudiarunt. Fiunt etiam turundae, quae, tum humorem ex vlceribus ſorbent, intumeſcunt et vlcerum fiſtularumque ſinus ampliant (Germ. *Quell-Meiſſel*). Harum materia eſt ſpongia cerata, radix ſiccata gentianae, ariſtolochiae, quae radices etiam aliquam vlcera purgandi

vim

vim habent. Rapa ſiccata ſatis inflatur et minime offendit.

- Vid. CAESAR MAGATVS L. I, C. 45. p. 42. BELLOSTE.

† Spongia non cerata, verum arctius fortiusque compreſſa promptius ſorbet, atque intumeſcit, minus vero premit atque irritat. Fieri compreſſio poteſt vel torculari vel circumductis filis, craſſioribus cannabinis (*Bindfaden*) vehementius conſtrictis.

§. 21.

Ex linamentis etiam ſtruuntur penicilli, Gall. *Fauſſes tentes*, quibus mediantibus ex vlcere pus et ſanies extrahitur. Praeterea pilae ſeu glomi, Gall. *Pelottes*, qui vulneri, quod chirurgus in herniae chirurgia facit, imponuntur. Nec non maiores glomi paululum depreſſi, Gall. *Gateaux*, quibus, ſi membra praeciſa fuerunt, carnium oſſiumque frons contegitur (*Fig. III.*). Nec non minores depreſſioreſque glomi, quibus foramen in caluaria modiolo factum impletur (*Fig. IV.*)

§. 22.

Linteola etiam varie figurata adaptantur et imponuntur durae matri, ſi calua effracta vel modiolo exciſa eſt. Alia ſunt linteola caeſitia, ſeu quorum ora in fila reſoluta eſt, quae in pectoris vulnera, ſi chirurgus turundis vti non vult, coniiciuntur (*Fig. V.*). Linteolis ſanguinem ex vulneribus extergunt, ſi in varia chirurgia vulnus faciendum eſt, quae opportuniora habentur, quam ſpongiae.

§. 23.

Emplaſtra in varios vſus ex gummi, reſina, cera, ſeuo, admixtis pulueribus vegetabilium, animalium, mineralium, abſurde ſaepe compoſita, inducuntur panno lineo et ſerico, nec non alutae. Multis modis figurantur. Imponuntur cuti, pilis prius abraſis, et continent impoſita pharmaca, puluillos et turundas. Purgant et curant vulnera et vlcera. Tumores reſolvunt,

vunt, molliunt, digerunt, pus mouent, et ab omnibus aëra auertunt.

§. 24.

Ad hanc ſupellectilem etiam pertinent panni, qui ſimplices, duplices et multiplices ex linteo ſtruuntur variamque figuram accipiunt. Qui oblongi ſunt, veteribus ſplenia dicta fuere *. Iisdem partes laeſae inuoluuntur, vel ſiccis vel vino alioue liquore tinctis, et dicuntur Epithemata. Neceſſe eſt plerumque, ſi ſic imponuntur, vt liquor, quo madent et ex quo diligentius exprimendi ſunt, caleat. Panni ſicci comprehendunt fracta et luxata, aliaſque ſedes contra aëra et ea, quae incidere poſſunt, cuſtodiunt. Madentes vero medentur inflammatis, alioque vitio laborantibus partibus. Denſis gradatiſque pannis membra craſſitudine inaequalia aequalis craſſitudinis fiunt, vt iis melius ferulae accommodari poſſint. Gradatis etiam ſanguis ſiſtitur, et pus vel ſanies ex profundiori vulnere vel vlcere exprimitur.

* Vid. MARTIAL. L. II. Ep. 29. PLINII H. N. L. 29. T. II. p. 514. PLINIVS EPIST. L. II. Ep. 2.

§. 25.

Fiſtulis ex auro, argento, plumbo fabrefactis, rectis, incuruis, rigidis, flexilibus educitur ſanguis, ſerum, pus, ex thorace et abdomine, vrina ex veſica. Debent eſſe recuruatis in exteriorem partem labris, vel circumcingente quadam remora, ne intus totae delabi poſſint. Et hae vulneribus infeſtae ſunt, ſi in his relinquuntur, imo magis, quam turundae. Siphonibus etiam quandoque dicti humores euocantur, frequentius varii liquores in vulnera vlcerumque ſinus immittuntur.

§. 26.

Nec deeſſe debent Chirurgo ferulae, loramenta, ligamenta, ligulae, fila, quibus in fractis luxatiſque membris extendendis, iiſque in ſedes compellendis, in tumo-

tumoribus continendis, in ſiſtendo ſanguinis profluvio, vulnere ſuendo chirurgus vtitur.

§. 27.

Autores, qui de vniuerſa chirurgia optime ſcripſerunt et ideo legendi, ſunt: HIPPOCRATES, CELSVS, GALENVS, ORIBASIVS, AETIVS, PAVLVS AEGINETA, ALBVCASIS, DE SALICETO, DE CAVLIACO, DE VIGO, GOVRMELENVS, PARAEVS, FEL. WÛRTZIVS, VESALIVS, FALLOPIVS, GVILLEMAEVS, HOLLERIVS, FABRICIVS AB AQVAPENDENTE, FABRICIVS HILDANVS, A CRVCE, M. A. SEVERINVS, SCVLTETVS, GLANDORPIVS, DE MARCHETTIS, PECCETTIVS, SOLINGIVS, ROONHVSIVS, NVCKIVS, PVRMANNVS, VERDVCCVS, CLERICVS, DIONIS, HEISTERVS, BELLOSTIVS, GARENGEOTTVS, MARINVS, LE DRAN etc.

† Numeroſum recenſum ſcriptorum chirurgicorum habet PORTAL in libro inſcripto: *Hiſtoire de l'Anatomie et de la Chirurgie*, Paris 1770. A. HALLER in *Bibliotheca Chirurgica*, Baſileae 1778. STEPHAN. HIERON. DE VIGILIIS in *Bibliotheca Chirurgica*, Vindobonnae, 1781. Recentius editorum Scriptorum chirurgicorum penum habemus in AVG. GOTTL. RICHTERI *Bibliotheca chirurgica*.

# DE INFLAMMATIONE.

§. 28.

Chirurgiae operam daturo valde neceſſaria eſt inflammationis notitia. Nam ſi externae ſedes inflammantur, requiri ſolet Chirurgorum opera. Ex inflammatione etiam variae noxae naſcuntur, quarum plures ferramentorum operam deſiderant. Nec vulnera, tum quae Chirurgus accipit, tum quae facit, ſine illa eſſe queunt, quae, ſi increbreſcit, magna pericula adfert.

adfert. Saepe ea quoque tumores, vlcera, luxata fra-ctaque occupat.

§. 29.

Nomen habet a similitudine, quae est inter partes igne ambustas et inflammatas. In vtrisque differentia est, si variae sedes leuiter adfectae sunt, aut grauiter, et si vitium altius descendit.

§. 30.

Inflammatio est motus auctus sanguinis in corpore viuo, quo succus in minimis arteriis partium mollium quiescens maiori vi agitatur, vt is vel mobilis reddi vel in pus verti queat.

§. 31.

Sanguis mouetur secundum naturam et per corpus diuiditur actione potissimum cordis, cuius valentiori et celeriori motu etiam is celerius et valentius propellitur. Cordis tamen actio non sola ad mouendum sanguinem sufficit, sed requiritur, praeter naturale illud, etiam vitale robur, quod tum in vasis tum in omnibus aliis partibus est, qui neruos sensum motumque praestantes habent *. Nisi hoc, quod plura experimenta probant, concedas, intelligi vix poterit, cur sanguis maiori vi per vnam arteriam feratur, quam per alteram, et cur in inflammatione, v. g. ex infixa spina tumor circumcirca fiat, vt taceam, inflammationes vehementiores et periculosiores esse in neruosis partibus, quam in aliis sanguine abundantibus.

* Vid. praeter STAHLIVM GORTERI Compend. Med. Tract. LXVI. n. 8. T. I. p. 234.

§. 32.

Motus hi vitales, data obstructione in corpore viuo, seu quiescente in arteriis humore increbrescunt. An propterea, quod sanguis, qui vasa quaedam ob-

ſtructa permanare nequit, copioſior per caetera fertur? An quia nerui tum partis laborantis, tum ab his cardiaci in vehementiorem motum cientur? An inflammationis motus debetur vnice illi vitali vi, ſiue autocratiae naturae *, quae corpus tuetur, et quae multis morbis, interque hos vulneribus oſſibusque fractis, ſola medetur?

* Ne ambiguitas in vocabulo ſit, intelligo per naturam complexionem omnium cauſarum, quae nobis vitam praeſtant. Harum cauſarum plures, ex Phyſiologia, cui Phyſica, Mechanica, Chemia et Anatome praelucent, nouimus, non paucas tamen ignoramus. Vide LANCISIVM de Corde p. 2.

§. 33.

In omni inflammatione humor quidam in aliqua parte quieſcit; plerumque ſanguis; ſi vero verbum inflammationis pluribus valetudinum generibus accommodare, et eryſipelas, rheumatiſmum, arthritidem ad eam referre velimus, etiam lympha, ſerum aliique ſucci. Prior vera, altera ſpuria inflammatio dici poterit.

* v. g. ex ſero per tubulos, qui in cute ſunt, exire ſolito eryſipelas, ex lympha in ligamentis articulorum arthritis, podagra, ex eadem in perioſtio et aponeuroſi rheumatiſmus.

§. 34.

Quieſcit humor inprimis in arteriis, quippe quae conicam figuram habent et finem verſus anguſtantur. Eum tamen etiam quandoque in venis haerere, ſi ſpaſmis conſtringuntur, vel aliis rebus premuntur, varices et haemorrhoides coecae, nec non oedema, ex compreſſa maiori vena ſanguinea ortum probant. Non vero in ſolis arteriis, per quas ſanguis in corpus diffunditur, inflammationis ſedes eſt, ſed etiam in aliis longe minoribus, quae alium tenerioremque ſuccum habent. Si enim in oſcula harum arteriolarum, quae ex latere maiorum educuntur, humor, qui caeteris ſuc-

cis

cis craſſior eſt, cogitur, ille per minores fiſtulas permeare nequit, in iis haeret et ſic obſtructionem atque excitata vitali virtute inflammationem parit. Hoc ita fieri, iam olim CELSVS * cognouit. Ad oculum res demonſtratur in tunicarum corneae atque adnatae inflammatione.

* Praefat. L. I. *Si ſanguis in eas venas, quae ſpiritui accommodatae ſunt, transfunditur, et inflammationem, quam Graeci φλεγμονὴν nominant, excitat.* Et mox: *Si manantia corpuſcula, per inuiſibilia foramina ſubſiſtendo, iter claudunt.*

† Haereatne ſanguis in minoribus vaſis arterioſis, an vero extra ea in telam celluloſam effuſus ſit, haud pauci dubitant; quorum ſententias, rationes et animaduerſiones vid. apud A. HALLERVM in *Phyſiologiae operis* T. I. p. 37. 38. et aliis locis. Verum eorum opinioni repugnat contemplatio diligentior. Nam in oculorum, menyngum, ventriculi et inteſtinorum venenis acribus laeſorum, aut hernia incarcerata affectorum inflammationibus vaſa ſingula et diſcreta ſanguine turgeſcere oculus et microſcopio armatus et non armatus clare cernit.

§. 35.

Inflammatio igitur naſcitur ex obſtructione, quae incidere poteſt in omni corporis parte, quae arterias habet. Itaque etiam obſtructio in oſſe duriſſimo, non vero, vt infra dicetur, vera inflammatio. Cum autem plura arteriarum genera ſint, in omnibus quidem obſtructio oriri poteſt, genuinae et ſanguineae tamen inflammationis ſedes eſſe videtur in arteriis lymphaticis, ſi in has, non niſi tenuem et pellucidum humorem vehere ſolitas, rubicundus ſanguis transfunditur.

§. 36.

In omni itaque parte molli, arterias ſanguine et lympha plenas habente, oriri poteſt obſtructio et inflammatio. Hoc autem incidit frequentius in adipe et tunica celluloſa. Nam mollis raraque eius compago eſt, cuius cellulae ita factae ſunt, vt ex vna in alteram aditus ſit, id quod vel flatu immiſſo quilibet

experiri poteſt. Sanguinis motus in ea multo tardior eſt, ac in aliis partibus, quae exquiſitiorem ſenſum habent. Propterea a quieſcente ſanguine facile diſtenduntur, rumpunturque arteriae, quae humorem in cellulas illas mittunt. Sanguis ibi quieſcens miſcetur oleo, quod quiete et calore rancidum fit. Vterque itaque humor putreſcens motus inflammatorii neceſſitatem parit.

§. 37.

Fit vero obſtructio et inflammatio in ipſis arteriis, quae ſanguinem vehunt, ſi illarum fines nimium arctantur. Hoc incidit, ſi a rebus externis, tumoribus varii generis *, fractis luxatiſque, aliiſque duris et ponderoſis, corpus praegrauantibus, etiam huius pondere in vario ſuper duris cubitu, a telis aliiſque corpori infixis, ſanguine etiam, qui in vexatis e vaſis effluxit et aliqua parte haeret, arteriae premuntur. Arteriae etiam quandoque nimium elongantur, vel ſpaſmo conſtringuntur, quod vltimum incidit, quando acria, frigida, valde calida et adurentia corpori, inprimis nervoſis eius ſedibus, admouentur. Rarius arteriarum tunicae, quae etiam et vaſa et contextum cellulofum habent **, ita intumeſcunt, vt mananti humori iter claudant ***.

* BOERHAAVE Aphor. 112.

** GORTER Comp. Tr. XIX, n. 41. p. 76.

*** In vaſe maiori ſ. aorta, vid. STENTZEL de Steatom. in aorta.

§. 38.

Arteriae etiam obturantur in omni vulnere. Ex ſauciata enim arteria humor effluit, quod profluuium contracta obturataque arteria ſiſtitur. In vexatis, colliſis, ambuſtis vaſa ita laeſa ſunt, vt defecta omni elaſtica et vitali virtute ſanguinem promouere nequeant. Si vero in arteriarum finibus obſtructio fit, premitur ſanguis

ſanguis in minores laterales. Hoc etiam ex contraria cauſa incidit, ſi omnis in his renixus ſublatus eſt. Recipiunt enim ſic laxiora oſcula humorem, quem traiicere nequeunt, et oritur in his etiam obſtructio ac inflammatio.

§. 39.

Etiam humor denſatur et obſtructionem ac inflammationem parit, id quod etiam a cauſis ſibi contrariis fieri deprehendimus. Sanguis enim, ſi vel nimium caleſcit, vel refrigeſcit, craſſus fit, in quo ouorum albo ſimilis eſt. Si is quieſcit, mox cogitur, id quod in omni ſanguine, qui ex bene valentis vena miſſus eſt, cognoſcimus. Etiam quieſcit in omni vulnere, quippe qui aere externo denſatus inhaereſcit arteriarum ſauciatarum extremis.

§. 40.

Aſt is etiam cogitur valentiori et perniciori motu, quo calor in corpore viuo increſcit. Ideo, ſi inflammatoria febre laboranti ſanguis mittitur, non ſolum rubicundus celerius in cruorem cogitur, ſed huic etiam inhaeret ſubalbidum, glutinoſum, tenax coagulum, quod oritur a lympha nimio aeſtu denſata. Quo maior in inflammatione aeſtus vehementiorque febris, eo magis haec *διάθεσις φλογιστικὴ* extimeſcenda. Calore praeterea aquoſa difflantur, relictis terreſtribus, craſſis et glutinoſis.

† De cruſta inflammatoria ſanguinis multa diſſeruit ANTON. DE HAEN in *Ratione medendi in noſocomio practico* etc. vid. etiam HENR. PALMAT. LEVELING *Diſquiſitio cruſtae inflammatoriae* etc. Auguſtae Vindelic. 1772. nec non FRANC. IOSEPH. KRAVS *Diſſertatio de natura cruſtae inflammatoriae* etc. Pragae 1773.

§. 41.

Sanguinem etiam et lympham cogit alcohol exterius admotum, ipſe etiam ignis, vt et frigus, nec non

 acetum

acetum aliaque, quae frigida dicuntur, inter quae omnia, quae ex plumbo parantur, Lithargyrium, Cerussa etc.

§. 42.

Nocet ob hanc causam etiam nimia sanguinis copia, quae eum libere moueri haud sinit. Crassius lentusque est in aliis morbis, scorbuto, cacochymia, et si multo sudore, alui profluuio, vrinae excretione, ptyalismo etc. blandum aquosum euaporatur et educitur, crassum relinquitur, id quod aliquando ex morbo fit, aliquando ex medicatione et nimia exercitatione.

§. 43.

Nimio tamen et perniciori motu, siue hunc cieant externa, frictio, exercitatio, siue interna e. g. febris, sanguis in oscula lymphaticorum cogitur. Hoc etiam fit, si eius particulae iusto minores sunt, et vel intestino aliquo motu v. g. in malignis, vel nimio attritu plus iusto attenuatae. In tali sanguine etiam plerumque acrimonia est vel alcalescens, vel alia maligna, tomentum minimorum vasculorum rodens. Quare in malignis, quamuis sanguis nec post mortem cogatur, frequens est inflammatio.

§. 44.

Inter inflammationis causas etiam non omitti debet robur partium solidarum, tum illud vitale (31), tum alterum elasticum, quod ab elementorum mistione habent, et quod naturale dici potest. Si enim illa vitalis vis nimium intenditur, id quod in omni musculorum et fibrarum inuita contractione seu in spasmo fieri nemo ignorat, et si partes nimis rigidae sunt, etiam sistitur humorum motus. Quare facilis transitus est ex morbis spasticis in inflammatorios. Vulneribus itaque aliisque noxis partium neruosarum superuenire solet vt plurimum grauis inflammatio, maxime si illa nimia

nimia conſtrictio et quae illam efficiunt, haud tolluntur. Acria itaque, rancida venena, aliaque, quae, ſiue exterius admota fuerint, ſiue ingeſta, partes neruoſas grauiter afficiunt, inflammationem excitant. Corpora vero rigida ex omni inflammatione non parum periclitantur, quia ille rigor impedit, quo minus ea facile diſcuti poſſit *.

* HIPPOCR. T. I. p. 560. in Coacis. *Τῶν σωμάτων τὰ γεγυμνασμένα καὶ πυκνὰ θᾶσσον ὑπὸ τῶν πλευριτικῶν καὶ περιπνευμονικῶν ἀπόλλυνται τῶν ἀγυμνάστων.*

§. 45.

Si vero in arteriis fibriſque partium nullus renixus eſt, et defecta vitalis et naturalis illa virtus, obſtructio oritur, dum minora vaſcula aeque ac oſcula lateralium diſtenduntur, quare in confiniis laeſionis oritur inflammatio, in media parte putredo. Propter hanc atoniam etiam illas ſedes, quae olim inflammatae fuerunt, ſaepe iterum occupat inflammatio.

§. 46.

Nec omitti debet, frequentius fieri metaſtaſes et varias ſedes inflammari, in quas impetus morbi eiuſque materia a natura conuertitur. Hae inflammationes, quae criticae ſunt, diligentem animaduerſionem habent neceſſariam, quia in his omnia reprimentia aliena ſunt.

§. 47.

Vel ex iam dictis intelligitur, inflammationis non vnam et ſimplicem cauſam eſſe, ſed eam plerumque a plurium conſortio enaſci. Poteſt enim aliquid eſſe in corpore vel aliqua huius ſede, quod per ſe tantum non eſt, vt inflammationes excitet, ſed eam tamen huic magis obnoxiam reddat. Quare plerumque illud pro cauſa apprehenditur, quod vel prius accidiſſe, vel plurimum contuliſſe videtur.

§. 48.

Inflammationis notae ſunt quatuor: rubor et tumor cum calore et dolore. Ruborem facit ſanguis, qui minora et lympham vehentia vaſa implet. Tumor oritur, quia minores arteriae ab intus haerente ſanguine et ab impetu irruentis diſtenduntur. Calor ab attritu eſt. Quo maior enim in corpore noſtro eſt motus, et ex hoc attritus, eo maior eſt aeſtus, vel in vniuerſo corpore, vel in aliqua eius ſede. A quiete vero frigus. Si pars inflammata multum rubet, in illa multus calor eſt. Dolor oritur a neruis, qui a vaſis ſanguine confertis diſtenduntur. Accedit etiam ſpaſtica neruorum et fibrarum in parte inflammata contractio. Dolor σφυγμώδης eſt, ſeu qui omni momento, quo arteriae in diaſtole ſunt, exacerbatur, quia eo tempore maior ſanguinis vis ad partem inflammatam apprimitur, quo nerui magis intenduntur.

† *Inflammationem doloris expertem* eſſe nonnunquam differit in ſingulari Diſſertatione PHILIP. ADOLPH. BOEHMER. *Halae* 1772. Neque notae illae quatuor in partibus interioribus aut alte ſub carnibus conditis, ſi illae laborant, reperiuntur; inflammationem tamen tum ſubeſſe dolor ſedem non mutans et febris inflammatoria cum ſymptomatibus ſuis monſtrant. Sed etiam hoc ſit, vt febris inflammationem concomitans non inflammatoria ſit, ſed vel catarrhalis vel eryſipelatodes vel putrida. Hanc differentiam aut ex cauſis aut ſymptomatibus cognoſcimus. Ei autem accommodanda eſt curatio, quae vniuerſo corpori fit.

§. 49.

Omnes etiam, qui inflammatione laborant, febricitant. Prout autem febrium plures corpori praeſidio ſunt, ita etiam febris in omni inflammatione neceſſaria eſt, quae ſine ea eſſe nequit. Certus vero eius modus eſſe debet: quare illud curandum eſt medentibus, vt febris talis ſit, quae inflammationem haud peiorem faciat; nec minus videndum, ne illa prorſus deſinat. Si enim febris nimium vrget, aeger gan-

graena

graena periclitatur, ſi illa nimium et ſine integritate remittit, ſcirrho et vlcere. Febris etiam valde tenuata non raro in lentam et hecticam degenerat.

§. 50.

Febri vero huic, quam vulnerariam vel ſymptomaticam nominant, alia quoque mala accedunt, horror et ex horrore calor, ſitis, inquies. Febris cum inflammatione ſoluitur et plerumque multo ſudore finitur. Vrina etiam craſſa eſt, et ex qua multa deſidunt. Adverſus tumorum, vulnerum, vlcerum inflammationem auxilium in ſuppuratione eſt. Si vero febris ſubito ſine bonis ſignis conquieſcit, inflammatio in alium morbum mutatur (48. 50.).

§. 51.

Grauiora vero febris pericula ſunt, vbi illa (48. 50.) increſcunt et alia ſigna peiora accedunt. Si vltima aegro infirmitas eſt, nulla requies, ſed vigilia, delirium, vel ſopor noctu atque interdiu continuus, ſpirandi difficultas, aeſtus et ſudor non per totum corpus aequalis, vel ſudor frigidus, vrina cruda, fulua et tenuis, aluus liquida, illaque nigra, et cui magna odoris foeditas accedit, neruorum diſtentio, quae vltima, ſi incidunt, mortis futurae indicia ſunt.

§. 52.

Inflammatio varium exitum habet. Nam quieſcens humor vel reſoluitur, vel orta ſuppuratione in pus vertitur, vel inflammatio degenerat in gangraenam et ſcirrhum. Ex gangraena facilis tranſitus eſt in ſphacelum, ex ſcirrho in cancrum. Si vulnus et abſceſſus male cedunt, aut non recte et negligenter curantur, ex iis vlcus oritur, ex vlcere fiſtula.

§. 53.

Sine vlla noxa inflammatio tollitur, ſi illa reſoluitur. Hoc fieri poteſt, ſi quieſcens et obſtructionem

efficiens humor, aucta illa vitali cordis et neruorum actione, et a ſanguine a tergo veniente commotus iterum abripitur, et mobilis redditus circumeuntibus humoribus admiſcetur. Haec curatio locum habet, ſi parum humoris quieſcit, inflámmatio nec magna nec profunda eſt, ſi vaſa nondum rupta ſunt, ſi ipſe humor malus putriſque non eſt, nec vaſa erodit. Si ſanguis aliquantum, aſt non nimis vehementer agitatur, nec febris ingentem feruorem habet. Si praeterea ipſa pars inflammata, nec nimium rigida eſt et contracta, nec laxa et ſoluta.

† Inflammatio aliquando etiam e loco in locum remotum migrat, modo ſine grauiori noxa modo cum periculo, ſc. ſi locum quendam nobiliorem petit.

§. 54.

Ad ſuppurationem ſpectat inflammatio, ſi ſanguis, qui malus non eſt, ex ruptis arteriis iam emiſſus coiit. Is enim extra vaſa quieſcens vitali motu in pus vertitur, id quod fit, dum globuli illi rubicundi, qui in ſanguine ſunt, vario, externo et inteſtino motu, ipſoque calore rumpuntur, et in ſubalbidum humorem vertuntur. Pus ob hanc cauſam albidum eſt, craſſum vero, quia calore denſatur. Pus vero non ex ſolo quieſcente humore oritur, ſed etiam ex partibus ſolidis. Nam quae iuxta ſunt etiam ſuppuratione liqueſcunt et puri miſcentur.

† De generatione puris nonnulla propoſuit DE HAEN l. c. Putat, pus non in abſceſſu gigni ſed in ſanguinis flumine parari, et in loco affecto tantum ſecerni, eiusque materiam eſſe in cruſta inflammatoria reperiundam. Verum haec perſpicue falſa ſunt. Etenim pus et laudabile et illaudabile fere ſaepius in abſceſſibus vlceribusque diutius pus plorantibus gignitur, quamuis nulla inflammatoriae cruſtae nota in ſanguine exiſtat. Et ex leuioribus inflammationibus partium idem non raro fit.

§. 55.

§. 55.

Gangraena vero occupat, ſi humor quieſcens malus eſt, et omnis corporis ſuccus vitiatus, qualis a venenato vulnere, vel a maligna febre, eſſe ſolet. Si quieſcens ſanguis penitus inſedit, obſtructio magna et profunda eſt, febris autem et alia ſymptomata valde vrgent. Si cauſa, ex qua obſtructio orta fuit, tolli haud poteſt. Si inflammatio magna eſt et vehemens, ſi ea neruoſas ſedes occupat, et dolor acrior vrenſque aegrum vexat. Si accedunt quaedam, ſiue externa, ſiue alia, quae in ipſo corpore fiunt, quibus pars, quam inflammatio tenet, grauiter afficitur. Si ſanguis nimium cietur, ſi ipſa pars aliqua re premitur, ſi ſuperhabentur adſtringentia, reprimentia, frigida, pinguia, anodyna. Si febris nimium incenditur. Si humoris, qui ex ruptis vulneratiſque vaſis exiit, maior vis eſt, quam vt his vitalibus motibus digeri ſatis et in pus verti poſſit. Id quod etiam accidit, ſi cruor aliuſue humor in cauum quoddam effluxit, et haud euocari poteſt. Humor enim quieſcens, accedente corporis, eoque aucto, calore, putreſcit, putredo vero in partes iuxta ſitas, quae integrae ſunt, tranſit: Inter quae febris oritur, ex qua iterum gangraena increſcit. Hoc etiam in maioribus abſceſſibus fit, ſi altius malum eſt, nec pus per ſe aperitur, nec ſcalpelli opera euocatur. Vitiatur enim et corrumpitur illud, et ex eo vel gangraena, vel vlcus ac fiſtula, oritur.

§. 56.

Ex quibus et ſupra dictis (36) intelligitur, cur nulla pars gangraenae adeo obnoxia ſit, quam tunica adipoſa, quae frequentiſſima huius vitii ſedes eſt. Ruptis enim et exeſis vaſculis humor cum oleo remixtus corrumpitur, putredo ſerpit, et, quia ex corrupta materia craſſum deſidit, fluidum ſub epidermide coit, haec in

veſiculas illo humore plenas leuatur. Quieſcit in affecta parte omnis dolor, peritque ſenſus, tumor minuitur, color vero ex rubro in pallidum et liuidum mutatur, putredine interea vltra procedente.

§. 57.

Ex gangraena ſphacelus oritur, ſi membrum penitus ad os vſque emortuum et ſine omni ſenſu motuque eſt *. Putredinem aliquando ſine inflammatione oriri, infra videbimus.

* Motus intelligitur, quem praeſtant muſculi ſphacelo adfecti.

§. 58.

Si vero, id quod crebrius in glandulis fit, inflammatus locus parumper detumeſcit, et ex quieſcente id, quod fluidum eſt ac mobile, euaporatur, vel per naturalia emiſſaria excernitur atque difflatur, craſſum vero et terreſtre magis compingitur, concreſcit et penitus cohaeret, manet tumor durus ac renitens, haud dolens, quem ſcirrhum vocamus.

§. 59.

Scirrhum itaque pariunt omnes humores, qui in variis glandulis partibuſque et viſceribus glanduloſis ſunt, lac in mammis, ſaliua et lympha in glandulis hos ſuccos ſecernentibus, ſemen in teſtibus. Hi humores enim in duritiem coguntur ex variis et ſibi contrariis cauſis. Nimirum quiete, ſi in tali inflammatione febris ſine integritate conquieſcit, vel, id quod crebrius fit, medicatione intempeſtiue nimiumque tenuatur, tumor vero manet. Nimio etiam motu et aucta febre humores valde compinguntur, id quod incidit, ſi calidiora et aeſtum augentia intus ſumuntur, vel ſi exterius ipſa pars inflammata premitur, fricatur, vexatur, vel nimio ſiccoque calore adficitur. Idem accidit, ſuperhabitis coagulantibus, ſpirituoſis, refrigerantibus, quibus omnibus humores magis denſantur. Si vulnus

in

n parte glandulosa est, his adhibitis, non pus melioris generis exit, sed humor tenuis, qui ipsum vulnus erodit, quod sic in vlcus mutatur.

§. 60.

Quae vero spem vel periculum ostendunt in inflammatione, haec sunt:

1) Aetas, vires, temperies aegri, morbus praegressus, et totius corporis habitus.
2) Pars, quam infestat inflammatio, si illa ad vitam necessaria est, eiusque natura, si vel neruosa est, vel glandulosa, vel carnosa. Multum etiam interest, qualis humor ad inflammata permanet.
3) Magnitudo inflammationis, si illa intus tendit, multum et subito procedit et vehementer vrget, nec non eius symptomata.
4) Causae. Nam grauis morbi periculum est, si inflammatio a malo corporis habitu, vitioque humorum, nec non ex veneno, vel dato, vel exterius corpori illato, nascitur.

§. 61.

Qui igitur inflammatis mederi vult, variam adhibere debet curationem. Nam non omnia auxilia omnibus conueniunt, et ea, quae nascenti inflammationi opportuna sunt, aliena sunt, si illa iam adoleuit. Inflammationis etiam minor impetus minus acrem curationem requirit. Aliam quoque postulant sedes neruosae, et quibus exquisitior sensus est. Semper eo enitendum est Chirurgo, vt inflammationem reprimat atque resoluat, vel, si resoluendi nulla spes est, vt humorem digerat, molliat et pus moueat, vtque gangraenae scirrhique periculum auertat.

§. 62.

Ab initio vero et ante omnia remoueri oportet causas, ex quibus inflammatio coepit, si illae in aperto sunt.

ſunt. Poſt auertendus nimius ſanguinis aditus eſt, in quod fit ſanguinis detractione, eaque repetita. Hanc ſi inflammationis timor eſt, quam primum fieri oportet. Mittendus vero ſanguis eſt quam longiſſime inde, vbi eſt inflammatio. Si vero humoris maior vis iam in aliqua parte coiit, mittendus eſt ex ea ipſa parte, aut ea, quae proxima eſt, vt affectus locus exhauriatur. Quia vero vſus oſtendit, ſanguinem, inciſa vena, ex vlterioribus partibus ſequi, confert, ne is in id ipſum, quod grauatum eſt, euocetur trahaturque, eum iterum, et quidem ex diſtanti vena, detrahere. Etiam remotis partibus imponi poſſunt cucurbitulae, vel integra vel conciſa ante ſcalpello cute. Nec minus frictione, non vehementi, ſed leni, euocatur ſanguis ex partibus inflammatis, ſi, cum aliud dolet, aliud perfricatur. Id quod etiam efficitur, ſi ſuper remotas partes imponuntur, quae adurunt, ſinapi, ranunculus, pyrethrum. Videndum tamen, ne, dum his ſanguinem ab inflammatis euocare volumus, eum nimis vehementer agitemus et febrem incitemus. Nec vtendum cantharidibus. His enim impoſitis, virus additur humoribus, quod teneriora vaſcula laedere, atque inflammationem maxime in nobilioribus partibus, augere poteſt.

† Inflammationis paulo poſt futurae aut incipientis vehementiam minuit etiam tempeſtiue datum opium ſcilicet tum cum a nimio dolore parti affectae metuimus. Peritus autem medicus, etiam non admonitus, intelligit, ante vſum opii ſanguinem mitti aluumque ſolui oportere.

§. 63.

Aluus etiam duci poteſt per data cathartica, quae leniſſima eſſe debent et ἀντιφλογιστικὰ, ſatis tamen valentia. Aliena ſunt reſinoſa, tutiora vero, quae ex tamarindis, manna, vuis paſſis Corinthienſibus, cremore tartari, ſale cathartico, magneſia alba parantur. Opti-

Optimae etiam ſunt lotiones mollientes in aluum immiſſae.

† Alui ſolutio maxime neceſſaria eſt, et repetenda quoque, quandocunque primarum viarum vitia ſubeſſe videntur, quod ſaepius quidem fieri conſueuit, ſi qua pars interior affecta eſt inflammataque. Ipſa emetica tempeſtiue adhibita opem tum, cum ventriculi vitia ſubſunt, praeſtant.

§. 64.

Adhibenda ſunt, quae aeſtum infringunt, ſucci acidi fructuum horaeorum, liquores ex aceto, melle et aqua compoſiti, ſerum lactis dulce, vel acidulum, ptiſana ex hordeo, nitro et ſucco citri, quae copioſa praebenda eſt, vt aeger etiam illam vltra ſatietatem bibat, quia et aeſtum infringit, et humores diluit. Miſceri poteſt nitrum cum terreſtribus. Cum aqua etiam contundi poſſunt ſemen papaueris, ſemina ſic dicta frigida, amygdalae, pineae, et liquori expreſſo nitrum adiici. Maximum vero praeſidium a victus ratione petendum et abſtinentia vtendum. Neceſſaria etiam eſt quies. Summum periculum oriri poteſt, ſi quidam mali affectus interueniunt, et aeger animo laborat. Eius itaque notitiae omnia ſubtrahi debent, quae animum exaſperatura ſunt. Nocet et nimius calor et frigus. Nimius aeſtus fere peſtilentior eſt frigore.

§. 65.

Si vero inflammationis incrementum iam conſiſtit, medentis conſilium eo dirigi debet, vt tumor diſcutiatur. Eum itaque oportet febrem moderari, non nimium minuere, ne corpus exinaniatur, vireſque conuellantur: Solui poteſt inflammatio, ſi ea nec grauis, nec profunda eſt, tumor non valde durus, ſed aequaliter mollis, in latum diffuſus, nec febris admodum vehemens, et ſi aeger ab initio non valde inhorruit. Conf. (60.)

§. 66.

§. 66.

Si vero ad resolutionem dirigenda est curatio, prosunt diluentia, quibus nouus humor quiescenti additur, isque mobilis redditur. Si coctionis signa apparent et cutis relaxatur, corpus madescit, quae sudorem venturum esse testantur, vtendum maxime sorbitionibus est, et aqua calida cum radicibus herbisque resoluentibus. Eo tempore oportet aegrum continere, nunquam vero illum multis stragulis vel vestimentis strangulare, sed admodum leuibus tantum velare, et cauere, ne eum frigus adspiret. Si magis se inclinauit inflammatio, paulo efficaciora danda sunt vbi nec sic dictae Essentiae resoluentes alienae sunt.

§. 67.

Optimum medicamentum est victus. Quamdiu inflammatio increscit, cibus vel nullus dandus est, vel talis, qui non nutrit, sed sustinet. Omnis enim nocet, qui febrem incitat. Potioni vero aptissima est ptisana. Cibus sit ex imbecillissima materia, ex fructibus horaeis siccatis, prunis Damascenis, pomis, cerasis, aliisque vegetabilibus, acidum succum habentibus. Ex aqua coqui possunt oryza, auena decorticata, hordeum, additis vuis Corinthiacis et adiecto succo acidi Punici mali. Aliena sunt valentiora, iurulenta, et quae multum alimenti praestant. In decessione vero morbi, ne vis omnis corpori desit, cibus paulo plenior, et vini meracioris aliquid dari potest.

§. 68.

Sunt aliae quaedam obseruationes in inflammatione necessariae. Si inflammatio metuenda est, quamprimum, nisi magnopere res aliqua impediat, sanguis mittendus est. Demitur enim inflammationi materia, illaque sic saepe auertitur. Si aeger robustus est, laesio vero magna, multum sanguinis detrahendum, nec adeo

ideo metuenda imbecillitas eſt. Satius tamen eſt, ſanguinis miſſionem diuidere, quam ſimul omnem humorem atque vim effundere. Aptiſſimi autem ſunt primus dies et ſecundus. Sera vero, et, quae poſt tertium diem ſit, ſanguinis miſſio, vix vnquam vtilis eſt, qua aeger imbecillus redditur et reſolutio turbatur.

† Poteſt ſanguinis miſſio poſt tertium etiam diem neceſſaria eſſe, ſi vel reſolutionis ſpes decollat, ſc. ne gangraena fiat.

§. 69.

Quod ad medicamenta pertinet, iuuenes ſanguine pleni optime ferunt ſuccos acidos vegetabiles, ſiccioribus vero melancholicorum ſenumque corporibus conuenit nitrum. Si aliud vitium in corpore eſt, cacochymia, ſcorbutus, lues venerea, et his accommodanda medendi ratio eſt. Si morbus mutatur, et vel grauior, vel leuior fit, mutanda ſaepe ſunt medicamenta, nunquam vero ſubito ab vno genere ad alterum tranſeundum eſt. Omnibus, maxime, quibus nobiliores neruoſaeque partes inflammantur, venus pernicioſiſſima eſt. Si poſt grauiorem acutamque febrem, et in ipſa eius deceſſione, facta μεταςάσει, quaedam per ſe intumeſcunt, et ſanguinis miſſio, et alui ductio, nimiaque abſtinentia pernicioſa ſunt. Augenda potius eſt per contraria inflammatio, cum, ſi illa diſcutiatur, recidiuae timor ſit. Si igitur locus opportunus eſt, enitendum, vt coitus malae materiae fiat, illaque matureſcat.

§. 70.

Accidere poteſt, vt in maiori malo maior ſit virium imbecillitas, ſi aeger graui ſanguinis profluuio exhauſtus, aetate, inedia, alioue morbo confectus eſt. Tunc cum febricula tenet, aſt pro modo ipſius noxae non ſatis valens. In hoc caſu circumſpecti Medici eſt, vires reuocare et febrem augere. Minime etiam in

hoc

hoc caſu vtile, ſanguinem mitti, aluum duci, vel inediam imperari; nec refrigerantia proſunt. Danda ſunt, quae vires reficiant, iuſcula carnium iuniorum, vinum meracius et ex hoc intrita cum ſaccharo et cinamomo. Ex medicamentis prima ſunt cardiaca, ex cinamomo, caryophyllis, nuce myriſtica, horumque olea, inprimis alcohol ſoluta, ſeu balſama vitae, tincturae bezoardicae, alexipharmacae.

§. 71.

Praeuiſis vero, quae ad vniuerſam inflammationem et huius curationem per victum et data medicamenta pertinent, veniendum eſt ad eam, quae externas ſedes occupat, et ad medicamenta, quae exterius ſuperdari poſſunt. Duo vero inflammationis modi ſunt, qui etiam diuerſam curationem requirunt, Phlegmone et Abſceſſus. Addunt Eryſipelas, de quo ſupra (33).

# PHLEGMONE.

§. 72.

Phlegmone omnem inflammationem, ſaepe tamen eam ſignificat, quae externas corporis ſedes infeſtat. Eſt tumor cum inflammatione, latus, profundus, aequalis, et qui potiſſimum adipem occupat.

§. 73.

Differt ab eryſipelate, quod ſine altitudine latum eſt, et in ſola cute conſiſtit. Eryſipelas etiam ſerpit cum calore et rubore, ſaneſcente eo, quod primum vitiatum erat, plegmone autem magis nocenter adoleſcit, altius deſcendit, et latius intumeſcit. Maior in phlegmone ſymptomatum acerbitas eſt. Differt ab abſceſſu. Si enim inflammatio ad ſuppurationem ſpectat, tumor non ita aequalis eſt, ſed profundus, et qui in medio maiorem duritiem habet.

§. 74.

§. 74.

Oritur ab omnibus, quae obſtructionem inferunt (35. ad 47). Superuenire ſolet frequentius vulneribus, vexatis, fractis. Aliquando ex febre oritur, et concurrente poſt eam morbi materia (46).

§. 75.

In hoc inflammationis genere negotium periculumque maius eſt, quam in eryſipelate et abſceſſu. Facile enim tranſit in gangraenam. Ex omnibus ſignis et aegri proprietatibus (60) colligitur, num is ſine periculo euaſurus ſit.

§. 76.

Omni opera enitendum, vt inflammatio diſcutiatur (53). Quare quam primum auxilium petendum eſt ab iis, quae ſupra (62. ad 70.) praecepimus. Si vero ad ea veniendum, quae exterius inflammatis imponi debent, et haec variis temporibus accommodanda ſunt. Concurrentis humoris aditum mox ab initio auertunt reprimentia. Remotis enim ante omnia, ſi fieri poteſt, cauſis, aliquando confert corpori vel per ictus, vel, vbi ex alto decidit, colliſo, frigidum ferrum aliudue durum corpus apprimere. Filo etiam ſupra noxam iniecto membrum deligari poteſt, non tamen nimis vehementer, ne torpeat, qua ipſa re impeditur, ne illud adeo intumeſcat: id quod maxime obſeruari decet, ſi ſerpentium aliorumque venenatorum morſus non nimium diſtantem curationem deſiderat. Sunt, qui membrum pellicula inuoluunt, quae in ouo eſt, qua in aëre ſiccata, illud etiam valentius adſtringitur. Superdari in maiori malo poſſunt epithemata ex aceto et aqua expreſſa, in quibus alumen, ſal marinus, ſal ammoniacus ſoluta fuere. Reprimunt etiam et his adiici poſſunt omnia ex plumbo parata, ceruſſa, lithargyrium, ſaccharum ſaturni: ex vegetabilibus adſtrin-

gentia, radix biſtortae, tormentillae, filipendulae, acori adulterini, herba alchimillae, equiſeti, millefolii, herniariae, hederae terreſtris, pentaphylli, ſaniculae, virgae aureae; flor. roſarum rubr. balauſtiorum, hyperici, gallae, cupulae glandium, malicorium, cortices quercus, fraxini, muſci varii generis, quibus, ex aqua cum aceto vel vino auſtero decoctis, addi poſſunt dicti ſales. Emplaſtra, quae vulgo hic laudantur, defenſiua minoris efficaciae, et vix minori malo opportuna ſunt. His admiſceri poteſt camphora.

† Epithemata frigida maxime tum proſunt, cum a grauiori ictu capiti illato metus eſt, ne partes encephali inflammatione corripiantur; tum quoque, cum articulorum vulnera metum incutiunt, ne a concurrente humore mala vlcera, nimium madentia illa fiunt. De his legantur SCHMVCKERI viri peritiſſimi *Obſeruationes chirurgicae* (*Ioh. Lebrecht Schmuckers chirurgiſche Wahrnehmungen*). Maxime autem frigida et reprimentia neceſſaria ſunt, ſi a futura inflammatione partibus nobilioribus tanquam oculis grauior noxa imminet.

†† Nobilem aquam traumaticam cum medicis communicauit THEDENIVS, de qua vid. eius *Obſeruationes nouae chirurgis dicatae* (*Neue Beobachtungen für Wundärzte*) vid. etiam *Pharmacia rationalis. Caſſellis*, 1782. iterum edita.

§. 77.

Haec vero ita ſuperdari oportet, vt nec calor, nec frigus locum irritet. Nec conueniunt, niſi a primis initiis, et antequam membrum prorſus intumuit. Si enim humor iam coiit, illa nocent. Tunc enim commodius eſt, tumorem vel reſolui, vel maturari atque aperiri. Vtrumque non ſinunt reprimentia, quae in tali caſu faciunt, vt indureſcat locus et vt obſtructio pertinacior fiat. Nec ſuper glandularum tumores vtendum eſt reprimentibus et refrigerantibus. Si vero glandularum inflammatio nimis nocenter et ita increſcit, vt gangraenae timor ſit, circa tumorem ea poſſunt membro ſuperdari, non vero ipſi tumori imponi, id quod etiam in phlegmones et abſceſſus curatione fieri poteſt. Magis iſta aliena ſunt in inflammatione

matione, quae ex vulnere nafcitur, quod virus habet. Maxime vero in tumoribus ex febre maligna per μετάςασιν ortis. Crebrius haec medicamenta mutanda funt. Nam fi diutius fuperhabentur, eorum vis effoeta redditur. Sanguinem mitti, aluumque lotionibus duci, ad hanc curationem, quae per reprimentia fit, non tam commodum, quam neceffarium eft.

§. 78.

Membrum inflammatum continendum eft, et ita collocandum, vt a nulla re offendatur, vtque nec moveatur, nec dependeat. Sine quiete inflammata aegrius curantur. Si epithemata fuperhabentur, illa nocentiffima effe poffunt, fi nimium madent, calor vero moderatus fit.

§. 79.

Vbi autem inflammatio adoleuit, illaque plane membrum tenet (65), Chirurgi cura effe debet, vt illam refoluat. Praeter ea, quae fupra (66. ad 70.) praecepimus, imponi debent medicamenta, quae quiefcentes tumores attenuant, et refoluentia vel difcutientia vocantur. Si inflammatio non magna, nec profunda eft, opitulari poffunt fpirituofa, et ex his fpiritus vini camphoratus, cui addi poteft effentia croci, nec non facculi ex refoluentibus parati, vel ficci, vel ex calido vino expreffi. Aduerfus vehementiorem vero inflammationem auxilium eft in epithematis, quorum compofitiones et mifturae variae funt. Fiunt enim ex vegetabilibus amaris, ex quibus fere prima funt: radix angelicae, ariftolochiae, bryoniae, imperatoriae, ireos florentinae, herba abrotani, abfinthii, agrimoniae, betonicae, maioranae, marrubii, menthae, origani, pulegii, roris marini, rutae, fabinae, faluiae, fcordii, ferpilli, tanaceti, flor. fambuci, chamomillae, lauendulae.

§. 80.

Haec res vero eam prudentiam exigit, vt, ſi locus, qui inflammatus eſt, valde rigidus fiat et durus, haec epithemata ex aqua coquantur, iiſque quaedam ex mollientibus adiiciantur, id quod fere neceſſarium, ſi corpus valde adſtrictum eſt. Si vero tumor iuſto mollior eſt, et nihilominus inflammatio vehemens, et in corporibus, in quibus phlegma abundat, aliena ſunt mollientia, neceſſaria vero, quae adſtringunt et roborant (76). Ob hanc cauſam, antequam epithemata imponuntur, lauari poteſt locus vino aduſto, ſpiritu matricali, ſpiritu vini cum camphora. Epithemata coquantur ex vino auſtero, vel adiiciatur iis acetum, nitrum, ſal ammoniacus. Haec vltima etiam aduerſus putredinem ſunt, quorum vis multum augetur, ſi, priuſquam ſuperdantur, cutis paululum conciditur. Hoc neceſſarium eſt, ſi inflammatio iam ad gangraenam ſpectat, et locus iuſto mollior eſt.

§. 81.

Si inflammatio ſe inclinare coepit, tumor cum integritate reſedit, iſque nec durus eſt, nec mollis, et color etiam in naturalem conuertitur (66), magis vtendum eſt roborantibus, quae fibrarum laxatarum imbecillitati opitulantur. Si, inflammatione prorſus leuata, membro quaedam imbecillitas manet, confert ei ſubinde infrictionem adhibere, illudque ex ſpiritu quodam perfricare. Aptiſſimus eſt ſpiritus ſerpilli, lauendulae, iuniperi, formicarum, et ex compoſitionibus matricalis. Alternis etiam vicibus imponi poſſunt emplaſtra, et inter haec potiſſimum, neruinum et oxycroceum. Confert etiam, quando quies non ita neceſſaria eſt (78), vt membrum iterum ad ſuos vſus promoueatur. Aliquando infirmis optime medetur faſcia, qua fibrae modice adſtringuntur.

§. 82.

§. 82.

Si vero inflammatio pro magnitudine noxae minor eſt, confert locum perfricare et ſuper illum iniicere cataplaſmata ex reſoluentibus et emollientibus, vel emplaſtra, quae molliunt et digerunt, inter quae diachylon compoſitum primum eſt. De his infra, vbi de gangraena agetur, dicendum.

§. 83.

Nocent, ſi inflammatis admouentur, olea deſtillata, vnguenta, opiata. Si magnis vulneribus ſuperuenit inflammatio, pus mouendum eſt; ſi autem vulnus eſt in parte neruoſa, incidendum eſt, donec ſatis pateat, ſine quo inflammatio curari nequit. Si ab emoto oſſe orta fuit, non prius, quam illo repoſito, leuatur. Medicamenta celerius imponenda ſunt, cum frigus et aër non parum offendere poſſint inflammata.

## ABSCESSVS.

§. 84.

Vbi autem nimis valenter retenta materia eſt, illa in pus vertitur (54). Suppurationem vero futuram eſſe, intelligitur, ſi inflammatio non ita valida eſt, ac eſſe ſolet, ſi illa ad gangraenam ſpectat, ſi febris, quamvis tenuata, cum dolore, calore omnibuſque ſymptomatis permanet, et ſi omnia illa auxilia, quae ſupra praecepimus (61. ad 81.), nihil proficiunt. Si decreſcente febre ex vrina nihil deſidit. Si tumor rotundus profunduſque ab initio cum duritie ac rubore adoleſcit. Si aeger grauitatem tumoris ſentit. Si etiam dolor cum ſiti, vigilia aliiſque ſymptomatis increſcit.

§. 85.

Oriente vero pure, iterum inhorret aeger, horroris tamen incerta tempora ſunt. Summus tumor mol-

lescit et rubor in album mutatur. Vbi iam in tumore humor subest, ille digito parumper cedit, circumfluensque id, quod non premitur, attollit, quo tempore etiam dolor se aliquantum remittit, grauitas vero augetur. Quamdiu enim humoris magna pars in vasis haeret, tumor durus est et renitens, quam primum vero is ex iis exiit coiitque, leuatur inflammatio et tumor mollescit.

§. 86.

Aliquando tamen in penitus condita suppuratione, et si altius pus mouetur, nihil horum in cute deprehendi potest. Sentit tamen aeger cum febre, siti, vigilia aliisque symptomatis intus aliquas punctiones, et locus prurit, tandemque subliuidus aut subalbidus fit.

§. 87.

Hoc inflammationis genus, nisi valde magnum sit, et partem aliquam nobilem occupet, non ita periculosum est. Magnae tamen et longae suppurationes, quia mala materia aliis corporis succis admiscetur, saepe cacochymiam, phthisin et hecticam relinquunt, id quod accidere etiam potest, si ex abscessu pus non iusto tempore emittitur, vel si ipsa suppuratio cohibetur. Hoc, impositis reprimentibus, spirituosis fieri, et si sub curatione locus valentius fasciis adstringitur, pannisque premitur, infra, vbi de vulneribus agetur, docebo.

§. 88.

Aliquando, si in vrina purulentum, laeue ac album subsidit, abscessus soluitur, id quod tamen rarius fieri compertum est.

§. 89.

Si iam tumor ita adoleuit, vt pus alat, aliena sunt reprimentia, discutientia et spirituosa, quippe quae eum in scirrhum vertunt. Si chirurgo non certa

resolu-

resolutionis spes est, ab initio imponere potest, quae vtramque facultatem habent, et resoluendi et molliendi. Igitur ex remixtis inter se resoluentibus ac emollientibus parari possunt cataplasmata, vel imponi supra commemorata emplastra mollientia.

§. 90.

Quod vero his non discutitur, necesse est, vt maturescat. Si autem, id quod crebrius incidit, pro tumoris magnitudine minus valida est inflammatio febrisque leuior, maiori vi opus est. Incitare itaque oportet febrem, quo in casu fere optimum est, nulla medicamenta dare. Aliena est sanguinis missio, alui ductio, et omne, quod aestum infringit. Adhibenda est exercitatio, loci inflammati fricatio, cibus plenior, potio etiam liberalis, et quae valentioris generis est.

§. 91.

Tumori imponenda sunt, quae pus mouent, in quibus aliquod discrimen est. Sunt enim quaedam, quae tantum molliunt, fibrasque laxant, et exspirationem ex cute cohibent. Ex his prima sunt radix altheae, maluae, liliorum alborum, herba altheae, maluae, brancae vrsinae, meliloti, mercurialis, parietariae, verbasci, violarum, flores chamomillae, meliloti, verbasci, semen lini, foenu graeci, psyllii, sesami, omnis generis farinae. Praeter haec olea blanda, liliorum alborum, verbasci, lini, axungia et butyrum, oui vitellus, quae vltima non rancida esse debent, sed recentia. Fiunt ex his cataplasmata. Expeditissimum etiam est, quod paratur ex simila, vel pane similagineo, semine lini, contusis, quibus ex lacte coctis oleum liliorum alborum adiicitur. Et cataplasmata nocent, si hument et frigescunt. Emolliunt etiam emplastra, de meliloto, malacticum, de ammoniaco, diachylon simplex. Emplastra emolliendis tumoribus valde idonea sunt.

§. 92.

Alterum genus medicamentorum eſt, quod maturationem iuuat, dum puris concurrentis internum motum auget, et facit vt colliqueſcat. Haec vel emollientibus miſceri poſſunt, vel ſummo tumori imponi, ſuperdatis iſtis emollientibus. Ad mouendum itaque concoquendumque pus maxime poſſunt cepae vſtulatae, allium, caricae pingues, ſapo, mel, fermentum panis, panis domeſticus maſticatus et ſaliua ſubactus, gummi ammoniacum, galbanum, ſagapenum, bdellium, quae potentiora ſunt, ſi aceto ſoluuntur, et aliis admiſcentur *. Ex compoſitionibus praecipuum eſt emplaſtrum diachylon compoſitum.

* Si gummi ſoluuntur vitello oui, ad mollienda, quae dura ſunt, magis valent.

§. 93.

Haec vero conueniunt in minori inflammatione, et ſi febris pauca et mediocris eſt. Si vero vtriuſque maior impetus eſt, atque ſanguis malus, qualis in malignis eſſe ſolet, vltimum genus medicamentorum, omniaque emplaſtra aliena ſunt, et ſola emollientia proficiunt, quibus acetum adiici poteſt, quo putredo auertitur. Circa tumorem imponantur (76. 77.) obſeruatis (78).

§. 94.

Si tumor induruit, inflammatio vero et febris ſe plane remiſerunt, id quod accidit, ſi alius chirurgus refrigerantia, reprimentia, ſpirituoſa ſuperhabuit, vel ſi euacuantibus omnem calorem motumque infregit, primum genus medicamentorum (91) ad concoquendum pus magis valet: Quae vero curatio ſaepe longa eſſe ſolet. Pus ex his tandem victis plerumque pallidum, liuidum, ſero ſimile, ac faeculentum effunditur.

§. 95.

§. 95.

Pus maturuiſſe, ex notis (84. 85. 86.) colligitur. Illud, ſi altius non eſt, per ſe aperitur, vel impoſitis adurentibus, vel ſcalpelli opera euocatur.

§. 96.

Plerumque expectanda maturitas eſt, qua cutis extenuatur, omneque pus in abſceſſu iungitur. Si enim ſubcruda aperiuntur, pus multo ſanguine remixtum, tenue, dilutum, eſſe ſolet, non vero craſſum, albidum, laeue, aequale et vnius modi, quod optimum eſt. Orae inciſae plagae intumeſcunt et inflammantur, vlcus manet, quod aegrius, et non, niſi impoſitis aliis concoquentibus et pus mouentibus, ſaneſcit. Aer enim, ſi hoc tempore adſpirat, adſtringit vaſorum diſruptorum oſcula, quae ideo humorem aegrius dimittunt. Nec tamen hoc perpetuum eſt. Nam interdum maius malum, quod timetur, requirit, vt ex crudo tumore pus euocetur. Id quod in abſceſſibus, qui iuxta anum ſunt, ſaepe fieri oportet. Aſt non ſola feſtinatio nocet. Nam aeque nocet pus, quod, ſi maturum eſt, non educitur. Nam et illud diutius ſubſidens in ſaniem vertitur tenuem, liuidam, acrem, et quae proxima atque ſana rodendo ſinuat. Inde autem vlcera fiunt ac fiſtulae, et ſaepe, quia mala materia, ſi eius maior modus eſt, ſanguini admiſcetur, vitiatur totus corporis habitus.

† Pus ex iis abſceſſibus, qui ad parietes maiorum cauorum corporis ſunt, mature emittendum eſt, ne rupto tumore in cauum effundatur.

§. 97.

Vbi chirurgus medicamentis, quae adurunt atque exedunt, abſceſſum adaperire vult, ad hoc commodiſſimus eſt lapis infernalis, vel lapis cauſticus chirurgorum. Haud ita opportunum eſt butyrum antimonii, quod calore liquatur et diffunditur. Alienus eſt mercurius ſublimatus. Si haec admouentur, locus empla-

ſtro tegitur, quod in medio foramen habet. Super cutem itaque inter emplaſtri oras ponitur medicamentum adurens, quod, alio emplaſtro ſuperdato, pannis et faſcia apprimitur. Priuſquam imponuntur, cutis humidanda eſt. Intra aliquot horas adurens medicamentum cutim exeſt.

§. 98.

Expeditiſſima vero curatio eſt, ſi tumor inciditur, id quod fit ſcalpello ancipiti maiori. Vbi ſcalpellus admouetur, altera manu tumor modice comprimendus et pus verſus ſuperiora vrgendum, quo illud propius reperiatur. Maior abſceſſus maiorem plagam deſiderat. Scalpellus ita demittitur, vt mucro prius etiam oppoſitam partem incidat, et poſt acies per ſummam cutem educatur. Aliquando nondum ſatis tenuata eſt adeps, quae igitur profundiorem ſectionem poſtulat. Cauendum tamen, ne grandes arterias venaſque praecidamus *. Huius rei vero, ſi pus maturuit, minor metus eſt, quia illud inter cutem et vaſa medium eſt. Minus aptum eſt, tumorem non in ſumma, ſed inferiori parte, incidi, id quod nonnulli eam ob cauſam praeceperunt, vt puri exitus eſſet. Nam et haec ſectio cruda (96) foret.

* Vid. Exemplum in GALENO de Adminiſtrat. Anat. L. VIII. c. XIII.

§. 99.

Rupta itaque vel inciſa ſuppuratione, pus exprimi debet. Nil vero magis alienum eſt, quam, ſi ea valentius premitur, ſi in eam immittuntur duriores turundae (20), et ſi haud modice deligatur, ſed adſtringitur. His enim tumor durus fit et orae calloſae.

† Si magni abſceſſus aperiendi ſunt, proficuus eſt vſus ſetaceorum. Adhibetur autem ſetaceum ſic, vt id a ſuperiori abſceſſus parte ad inferiorem acu maiori perducatur, et poſt quotidie verſus eandem inferiorem regionem moueatur, noueturque. Sic enim et aer a cauo abſceſſu arcetur, et

et pus paulatim effluit, et sanatio breuiori tempore absoluitur. Decrescente puris copia minuenda est setacei crassities. Est autem haec medendi ratio maxime tum vtilis, si circa abscessum multus tumor est, vt fere fit, si loco glanduloso diu antequam accessit inflammatio, tumor durus erat. Si altius conditus est abscessus, commoda non videtur haec ratio.

§. 100.

Caetera, quae ad purgandum abscessum, eum implendum, et cicatricem inducendam, conueniunt, infra docenda sunt (v. de vulneribus). Iam etiam medicamenta, quae sanguinem purgant, necessaria sunt. Omnis curatio ad corporis habitum, aetatem, vitae genus, aliosque morbos, quibus aeger laborat, dirigenda est. Perniciosa esse possunt, quae aduersus humorum vitia dari solent, si sanguinem nimis cient. Aliena etiam sunt ab initio purgantia, quia puris exitum cohibent, quae, quando ad inducendam cicatricem ventum est, requiruntur. Necessaria est abstinentia. Nam, si cruditas in corpore est, ea etiam in pure deprehenditur, quam facile dignoscit peritus chirurgus *.

* *Si aeger se vino vel alia valentiori potione iniurgitauit, vel si concitato animi motu perturbatus fuit, noua oritur inflammatio, siccantur orae, pus tenue fit, acre, rodens. Si se carnibus impleuit, pus lentum est et mucosum.*

§. 101.

Si durities, postquam pus effusum est, manet, superhaberi debent emollientia et pus mouentia, ex emplastris diachylon compositum.

## FVRVNCVLVS.

§. 102.

Furunculus est abscessus quoddam genus, quod oritur, si sanguinis parum ex rupta aliqua minori arteria coiit, et, quia solui ac mobilis reddi nequit, in pus vertitur. Nam, si plures arteriae rumpuntur, maior

maior puris concurrentis modus eſt, et fit abſceſſus. Ex furunculo enim minime multum exit.

§. 103.

Eius notae ſunt: tuberculum acutum, valde durum, cum inflammatione et pro modo tumoris vehementiſſime dolens. Furunculus enim oui dimidii magnitudinem raro explet, nunquam excedit. Manet durities et cum dolore increſcit. Tandem ſummus tumor inalbeſcit, et naſcitur puſtula, ex qua rupta parum puris craſſi, ſanguine remixti, exit. Nullum periculum eſt, etiamſi nulla curatio adhibeatur. Si vero tumor partes neruoſas occupat, aut, ſi plures idem corpus infeſtant, oportet dolorem leuare. Non a cute, ſed ab interioribus partibus incipit, et per ſe intumeſcit furunculus vitio in ſanguine orto, qui, ſi craſſus, vel glutinoſus eſt, morbum facere videtur.

§. 104.

Si propter doloris vehementiam oportet furunculo curationem adhibere, efficiendum eſt emollientibus, vt celerius matureſcat atque pus erumpat. Supervacua enim hic ſcalpelli opera eſt, cum pus cutim rumpat et per ſe aperiatur. Superdari itaque poſſunt emollientia, et quae puri mouendo idonea ſunt (91. 92.). Vbi pus expreſſum eſt, ſuperhaberi poteſt emplaſtrum diachylon compoſitum, quo duritia, quae plerumque manet, ſoluitur, et quicquid materiae in vaſis haeret, euocatur. Nec aliis medicamentis opus eſt.

† Ad cicatricem perduci non poteſt hoc genus abſceſſus, niſi purgetur libereturque corrupta et tenaci materie celluloſa et vaſculis abſcedentibus. Vt haec purgatio fiat, aliquantum et ſatis quidem comprimendus duobus digitis eſt maturus prorſus furunculus Ea materie, quam Germani *den Eiterſtock* vocant, expreſſa abſceſſus facile et breui ſanatur.

VARI.

# VARI.

§. 105.

Furunculis fere ſimiles ſunt vari, quorum ſedes eſt in glandulis ſebaceis MORGAGNI. Naſcuntur in facie, etiam, vt videtur, ex craſſo, glutinoſo et impuro ſanguine. Si foeminae eo tempore, quo catamenia fluunt, veſcuntur cibis, qui mali ſucci ſunt, nec non, ſi illis cutis ſordeſcit, quia neglecta munditie, faciem pinguioribus digitis contrectant.

§. 106.

Aduerſus eos, maxime ſi ſanguis non tam impurus eſt, quam glutinoſus, proficiunt cucurbitulae conciſa cute tergo admotae, nec non aquae minerales. Nocent plerumque coſmetica, prae aliis ea, quae ex mercurio parantur.

† In nonnullis neceſſaria eſt curatio, quae fit per haematocathartica, quae vocant.

# CARBVNCVLVS.

§. 107.

Maius periculum adfert ἄνθραξ, ſeu carbunculus, qui quaſi malignus furunculus eſt. Nam tumor vehementiſſima inflammatione cingitur, quae non tam in ſuppurationem, quam in gangraenam tendit. Plerumque naſcitur ex maligna peſtilentique febre. Eius notae ſunt tumor valde durus, ex atro rubens et liuidus, qui parum leuatur, ſed inferioti carni quaſi affixus eſt. Dolor acerbiſſimus eſt, et qualis ab adurentibus eſſe ſolet.

§. 108.

Aridus duruſque tumor, ſi ſuperhabitis emollientibus curatur, non, vt furunculus, in pus vertitur, ſed, ſuper-

ſuperueniente gangraena, putreſcit. Si vero res ben[e] cedit, gangraena non ſerpit, ſed id, quod corruptum eſt, ab integro ſeparatur, pure inter vtrumque mot[o] (Vid. de Gangraena).

§. 109.

Carbunculus ſemper magni et maligni morbi teſti monium eſt, et ſummum periculum habet. Is ta[men] tolerabilior, qui leuatur, rubet et muſculoſa loca occu pat. Circa quem vero magna inflammatio eſt, et quae ſubteractis quaſi radicibus, ſerpit, qui nigrum liuidum que colorem habet, qui non leuatur, ſed inferioribus quaſi affixus manet, vel qui ſine integritate iterum minuitur, qui loca neruoſa, articulos atque tendines occupat, mortis periculum oſtendit. Aeger etiam rapi poteſt, ſi plures, quamuis boni, idem corpus infe ſtant, quia is nimio dolore conficitur.

§. 110.

Aduerſus carbunculos auxilium eſt in emollienti bus, quibus pus mouetur et vitiatum ab integro ſepa ratur. Imponenda itaque cataplaſmata ex farina, quam ex lacte coqui optimum eſt. Adiici poſſunt oleum, mel, carica pinguis, et alia (91. 92).

§. 111.

Sunt, qui feſtinare malunt, et crudum carbuncu lum protinus excidere vel adurere, et ad id, vel igne, vel medicamentis, quae rodunt atque exedunt, vti. Aſt ſic vitium non tollitur, ſed inflammatio, quae oras noui vlceris occupat, perículoſius procedit (96).

§. 112.

Commodum magis videtur, ferrum candens emi nus admoueri carbunculo, ſi is quaſi imis affixus eſt, quo magis leuetur. Nam cantharides non ita oppor tunae ſunt (62). Si omne corruptum vndique a viua

carne

carne diductum eſt, vlcus curatur implentibus. (Vid. infra de Vulneribus.)

† Ferrum candens, itemque butyrum antimonii quidam laudant, alii reiiciunt. Sed optimum eſt, locum ſcarifare, et adhibere vnguentum digeſtiuum cum puluere vel corticis peruuiani vel herbae ſcordii, adiecto ſale ammoniaco, et deſuper dato pulte e mica panis candidi, floribus ſambuci lacte et cepis; ſeparato eo, quod corruptum erat, vtendum eſſentia vulneraria et emplaſtro diachylo compoſito, donec ad ſanitatem perueniat.

# MAMMARVM INFLAMMATIO.

§. 113.

Aliter etiam curari debent glandulae, ſi illae cum inflammatione intumuerunt. In his enim reprimentia plerumque aliena ſunt, cum nec ſola diſcutientia ferant. Nam ſi earum tumor reſolui debet, neceſſe eſt plurimis emollientibus vti, vel horum non minimam partem aliis admiſcere.

§. 114.

Nonnunquam mammae inflammantur, id quod iis frequentius euenire ſolet, quae ſuo lacte prolem alere nolunt, vel dum eam delactant. Enitendum eſt, vt his lac, quod in mammis confertim haeret, reprimatur et ſanguini admiſceatur (87).

§. 115.

Expeditiſſimum eſt, faſcia paulo adſtrictiori mammas protinus comprehendere, et in altum leuare. Sic enim, et hac obiecta, lacteus humor, ne in mammas concurrat, prohibetur et auertitur. Faſcia vero non ita opportuna eſt, ſi mammae lacte iam tument et valde durae ſunt. Nam facile ex nimis valida preſſione increſcit duritia et inflammatio. In hoc caſu optimum eſt, ſi lac exitum habet, et ſponte ex mammis effluit, hae autem molleſcunt et reſidunt. Circumdari

dari cum fascia potest emplastrum, quod ex aequis portionibus emplastri de spermate ceti et diaphoretici Mynsichti miscetur, vel aliud, quod crebrius in vsu est, emplastrum filii Zachariae. Nihil vero maiorem vsum praestat, quam abstinentia, et si aqua calida, vel iuscula, quae minime pinguia, sed quam dilutissima esse oportet, potioni dantur. Egregie etiam in puerperis proficit alui deiectio, quae vero medicamentis quam mitissimis, et minime acribus, iisque petenda est, quae ἐκκοπρωτικὰ dicuntur. Ex horum genere potiora sunt: manna, passulae, cremor tartari, rhabarbarum. Iis, quae prolem, quam aluerunt, iam adultiorem ablegant, paulo validiora dari possunt.

† Febris autem, quae plerumque tumores eos concomitatur, ratio praecipue habenda est sic, vt datis diluentibus et temperantibus vis eius, si qua est, frangatur, et perspiratio moveatur.

†† Iis, quae prolem suam lacte suo alere nolunt, mature et anteaquam lac in mammis colligatur, h. e. altero post partum die, danda est medicina aluum purgans, non acris quidem, sed pro viribus mulieris sat efficaciter aluum soluens.

§. 116.

Vim nocendi habet cibus potusque valentior, calidus et sanguinem ciens, qui inflat, et in quo nimium alimenti est, qualia esse solent iurulenta. Malum etiam auget aluus contracta, et si in puerpera lochia non proueniunt. Has vero foeminarum purgationes medicamentis calidis promouere pestiferum esse puto, maxime, si aestus pulsusque concitatior febrem superventuram esse indicant, quam calidis incendi nemo ignorat. In hoc enim casu, ex medicamentis ore sumendis, quae temperandi vim habent, habent etiam dissipandi. Nocent etiam extrinsecus spiritus vini cum camphora, et alia (59. 77.), interque haec fascia iusto adstrictior.

§. 117.

§. 117.

Crebrius autem incidit, vt mulieri prolem alenti mammae ex repreſſo coactoque lacte intumeſcant atque inflammentur. Hoc autem fit, ſi inopina re territa fuit, vel ſi frigore horruit, vel ſi ipſas mammas aliquid offendit, id quod ex emplaſtris accidere poteſt in iis, quarum cutis omnium rerum impatiens eſt. Hic diligentem obſeruationem adhibeat chirurgus, an talis ſit inflammatio, quae diſcuti poſſit. Si enim tumor non valde durus eſt, aequalis et ruber, qualis in eryſipelate eſſe ſolet, ſatis eſt, mammas ſiccis pulueribus conſpergere, qui aduerſus eryſipelas proſunt (vid. infra de eryſipelate) illaſque contra frigus cuſtodire.

§. 118.

Si autem iam magis adolenit et altius deſcendit inflammatio, et tumor durus eſt ac nodoſus, ea obſeruanda, quae ſupra praecepimus (93). Dari poſſunt temperantia et diluentia. Lac euocandum ſuctione catelli, vel alius mulieris. Conducit etiam lenior mammae fricatio, quae fieri poteſt mediante molliori excutia. Si vero lac iam penitus coactum eſt, et tumor ad ſuppurationem ſpectat (59. 84. 85. 93.), maturandus eſt, obſeruatis omnibus, quae ſupra praecepimus. (90. ad 101.)

† Lac in mammis quieſcens redditur mobile, vt pars reſorberi, pars ex mamma effluere poſſit, ſi aquae calidae vapor admittitur, aut butyrum recens, non ſalitum imponitur, aut ſapo Venetus lacte vaccino ſolutus et agitatione in ſpiſſam ſpumam mutatus, calide quidem, adhibetur.

## PAROTIDVM INFLAMMATIO.

§. 119.

Parotides ex varia cauſa intumeſcunt, ex concurrente mala materia in ſcabie et venereo morbo, nec non illo vlcere, quod a faui ſimilitudine veteres κηρίον appella-

pellauerunt *, et ſi humor argento viuo ſolutus eo concurrit. In ardentibus et ipſa peſte ſaepe in parotides μετάϛασις fit (46). Accidere etiam poteſt, vt in glandulae emiſſario, ſeu ductu a STENONE inuento, ſe aliquid opponat, et ſaliuam efflui prohibeat.

* CELSVS Lib. V. cap. 28. PAVLVS L. III. c. 3. p. 16. TRALLIANVS L. I. c. 9. p. 5.

† Parotidum tumores iſti vix non ſemper incipiunt ab glandula conglobata illa, quae parotidi glandulae inſidet.

§. 120.

Vt vero hae cauſae, ſic etiam curationis ratio multum inter ſe diſtat. Quantum fieri poteſt, auertendus materiae coitus eſt, et cauendum, ne aperiantur. Propter humorem enim, quem continent, pus boni generis haud fit, ſed acre, et quod iunctas partes erodit; inde vlcera fiunt, quae difficilius ſaneſcunt. Si tamen acuti, grauioris malignique morbi materia eo conuerſa eſt, ſatius eſt, tumorem aperiri, quam reprimentibus curari. (46. 77.) Nec tamen hae parotides omnes in pus vertuntur, ſed ſaepe vel iterum euaneſcunt *, vel aluo bilioſa, craſſaque vrina ſoluuntur **.

* Vid. HIPPOCRATES Epidem. L. I. Sect. I. p. 653.

** c. I. Sect. II. p. 667.

† Materiae coitus a primo initio auertitur aqua frigida identidem et aſſiduo applicata, et dato ſat valenti medicina aluum purgante.

§. 121.

In aliis morbis praeſidium petendum eſt potiſſimum ab illorum curatione. In ſcabie maliſque vlceribus aluus ducenda catharcticis, quibus adiiciendus eſt mercurius dulcis, dandaque ſunt, quae ſanguinem ac lympham purgant. In catarrho, et ſi ſaliuae ductus confertus eſt, proſunt praeter ea, quae ipſi morbo atque febri medentur, maſticatoria, et ex his pimpinella alba. Leuiter etiam pertractari fricarique locus pot- eſt

eſt. In omnibus vero his caſibus tumor calidus ſervandus eſt, et ſuperdandum emplaſtrum diaphoreticum, cui admiſceri poteſt emplaſtrum de meliloto. Et in hac curatione cauendum, ne ſcirrhus oriatur. (58. 59. 93.)

§. 122.

Si vero felix haec curatio non fuit, et tumor totus ad ſuppurationem ſpectat (84. 85.), ſuperdari debent emollientia cataplaſmata et emplaſtra (91.), et deinde tumor aperiri (96. 98. 99. 100.), vlcus curari. Hoc aliquando, quia nimium et perpetuo madeſcit, difficilius ſaneſcit. Confert, ſi hoc incidit, linteamenta paulo ſpiſſiora ex ſpiritu vini exprimere, et vlceri imponere, eaque iniecta adſtrictiori faſcia adprimere, faciam vero ante ſextum diem, niſi aliud quid hoc exigat, non ſoluere. His vero diebus ſilentium habendum, neque quidquam, quod mandi debet, edendum *, ſed in iuſculis, pulticulis et ſimilibus perſeuerandum eſt aegro, donec vlcus fuit glutinatum.

* LE DRAN Obſ. T. I. Obſ. 2.

# B V B O.

§. 123.

Fiunt etiam tumores ſub axillis et inguinibus, quorum vltimos bubones appellant *. Hic tumor non abſimilis ei eſt, quem in inguine faciunt epiploon et inteſtina, ſi ex abdomine deſcenderunt. Cum vero nullus error maius periculum habeat, et cum vtrumque genus ſaepe cum inflammatione ſit, ſedulo notanda eſt differentia. Illud autem herniae genus, quod ſuper cruralibus vaſis oritur, et quod herniam cruralem vocant, maxime, ſi non omentum, ſed ſolum inteſtinum deſcendit, prae aliis minus perito opinionem bubonis facere poteſt. Nam bubonocele, a pu-

dendis propior eſt, quam bubo. Epiploocele mollio plerumque eſt, et digitis plus cedit, quam enterocel et bubo, inter quae itaque maior ſimilitudo eſt. At enim in hernia crurali tumor rotundus eſt, in bubon oblongus. Si vtrumque vitium digito premitur, plu cedit inteſtinum, etiamſi diſtentum ſit, quam bubo, qu maiorem duritiem habet. In hernia, niſi id inflamma tio prohibeat, tumor, ſi premitur, ad abdomen reuer titur, haud vero bubo, qui preſſus increſcit, indureſc et magis inflammatur. Hernia repente oritur, ſi ab domen valde conſtringitur, premitur, concutitur, nec non ſub clamore, vomitu, et ſi homo ſub aliquo pon dere nixus eſt. Bubo naſcitur ex aliis cauſis, frequen tiſſime ex impura venere, et pedetentim adoleſcit. S inflammatio mouetur, ea, quae herniam occupat, ma xima eſt, cum ſummo dolore et vomitu, et per euolu tum compreſſumque inteſtinum nec aluus, nec ſpir tus tranſmittitur; aluus ſumptis purgantibus hau ſoluitur, quamuis frequens ſit deſidendi cupidita Tandem, niſi minime diſtans curatio adhibeatur, bil et ſub finem ſtercus per os redditur, inflammatio ver in gangraenam ruit. Bubo lenta plerumque inflam matione in pus vertitur, rumpitur, vel a chirurg aperitur.

* Βȣβὼν, inguen et tumor inguinis. Vide SVIDAM Tom. p. 444.

§. 124.

Bubones non raro intumeſcunt, ſi gonorrhoe male curata fuit, et virulentus humor celerius ſuppre ſus. Hoc vitium, ſi recens eſt, tollitur, ſi retenta ma teria reſolui, et illud humoris profluuium reuoca poteſt. Hoc vero efficiunt emulſiones, ſi amygdala pineae, papaueris et alia ſemina his idonea ex diuret cis aquis in mortario conteruntur, et liquori per lin teum tranſmiſſo pauciores guttulae balſami Peruuian adiiciun

adiiciuntur. Si vero inflammationem adesse dolor et vrinae difficultas significant, fere alienum est balsamum, et vtilius nitrum.

† Si his adhibitis non reuertitur gonorrhoea, aliquando vtilis esse potest cereus. Nonnulli quoque nouam infectionem per cereum materie virulenta infectum laudant. Aliquando et datum emeticum medicamentum gonorrhoeam refricat.

§. 125.

Attamen, vbi bubo iam adoleuit, illum resoluere non ita tutum est, quia per suppurationem multum vitiati virulentique humoris exit. Hoc vero, si febris non vrget, fieri potest, superhabito emplastro molliente et diaphoretico, et datis simul catharcticis paulo valentioribus, inprimis ex mercurio dulci. Postquam tumor resedit, dari oportet medicamenta efficaciora, sanguinem purgantia, et quae aduersus venereum morbum valent. Emplastrum Vigonis de ranis cum mercurio, nisi fere quadruplum mercurii adiicias, parum efficax videtur.

§. 126.

Optimum est, si pus mouetur (90. ad 99.), et post longam suppurationem, qua humores purgantur, vlcus glutinatur * (100. 101). Nec hic omittenda sunt medicamenta (125).

* Est tamen quaedam differentia. Si bubo mox post impurum coitum vel cohibitam gonorrhoeam oritur, is fere criticus est, et quo virulenti humoris plurimum ex corpore eiicitur. Si autem ex inueterato morbo nascitur, is nec leuamen adfert, nec adeo facilem curationem recipit.

† Tumores huius generis aegre purgantur in abscessum versi. Quapropter quidam inter Britannos clari Chirurgi eos anteaquam magnitudine augentur, sectione tollunt. Quod si factum non est, et tumor pus concepit, ad vlceris purgationem plerumque opus est mercurio praecipitato rubro, aut aliquando etiam separatione solidi corrupti ope tenaculae et scalpelli.

§. 127.

Si pestilentis morbi materia in bubonem coiit, obseruandum, quod (46. 69. 77.) praecepimus. Mollientibus

lientibus cataplasmatibus (91. 92.) adiici potest, si dolor vehemens vrget, parum croci atque theriacae. Abscessus maturus factus scalpello aperiendus (96.), et vlcus purgandum est.

§. 128.

Pueris saepe bubones indurantur et intumescunt ex lymphae bonique succi redundantia. Vocant vulgo *die Wachs-Beulen.* His medentur abstinentia, corporis exercitatio, purgatio, sorbitiones ex superinfusa herbis discutientibus calida.

# TESTICVLORVM
## INFLAMMATIO.

§. 129.

In testiculis vero inflammatio ex variis causis oritur; ex impura venere, et si virulenta et venerea gonorrhoea cohibita est, nec non ex ictu, et si valentius re quapiam premuntur. Haec inflammatio, et propter doloris acerbitatem, et propter ipsarum, quae laborant, partium naturam, non sine periculo est. Testis enim scirrho (59), scrotum autem et eius interior cellulosa tunica gangraena periclitatur. (36.) Si a retenta materia vitium oritur, prima tumet epididymis.

§. 130.

In hoc casu, et si gonorrhoea haud ita pridem coercita fuit, illa quandoque reuocari potest. (124.) Si vero res non feliciter cessit, prospicienda duo sunt; ne tumor pus alat, et ne vitium contrarium oriatur, et duritia scirrhusque maneat. Si itaque inflammatio vehemens est, mox sanguis ex brachio mittendus (62); et omnia adhibenda, quae (63. ad 68.) praecepimus.

† Sanguisugae etiam, si initio morbi plures scroto admouentur multumque sanguinis extrahunt, discussionem iuuant.

§. 131.

§. 131.

Extrinſecus inflammationi opitulantur cataplaſmata, quae vero minime humida eſſe oportet. Panis candidi interior pars, adiecta herba hyoſcyami et pauco croco, coqui poteſt ex aqua fluuiali, donec habeant ſpiſſi cataplaſmatis temperaturam, et poteſt addi parum olei cuiusdam mollientis, verbaſci, liliorum alborum, altheae, hyoſcyami. Etiam farinae ſeminis lini, fabarum, addita pauca farina ſeminis cumini, ex aqua coquuntur, donec craſſitudinem cataplaſmatis minime madentis habeant, quibus parum olei additur. Si durus teſticulus emollientia poſtulat, ſcrotum vero inflammatum eſt, hoc, priusquam cataplaſmata iniiciuntur, lauari poteſt vino auſtero vel aqua calcis viuae, ex quibus decocta ſunt roborantia et diſcutientia vegetabilia. (76. 79.)

§. 132.

Quod ſi, omnibus his fruſtra adhibitis, pus oritur, illudque increſcit, aliter ſuccurri ei non poteſt, quam, ſi inciſo tumore (98. 99.) emittitur et vlcus purgatur. Si diſſipata inflammatione tumor durus manet, diu ſuperhabenda ſunt mollientia, et, ex his, niſi cutis emplaſtri impatiens ſit, emplaſtrum, quod aequas portiones diachyli compoſiti et diaphoretici Mynſichti habet. Neceſſarium autem eſt, vt ſcroto vinctura ſubiiciatur, quae illud et teſticulos ſuſpenſos teneat; ſuſpenſorium vocant.

§. 133.

Si vero teſticulus totus vitiatus eſt, iſque ſeruari non poteſt, neceſſe eſt, vt excidatur. Prius tamen ſpermaticis vaſis vinciendo proſpiciendum. (Vid. infra de Sarcocele.)

§. 134.

Si inflammatio ſcrotum tenet, illa celerius ſerpit (36. 129.) et in gangraenam degenerat, qua non raro

totum ſcrotum corrumpitur. Huic vitio occurrendum eſt roborantibus. (76. 79. 131.) Si iam nigrities illud occupauit, protinus omne, quod corruptum eſt, excidendum. Videndum tamen, ne ex inciſa arteria profuſio ſanguinis oriatur. Quare ſaepe praeſtat cruſtas ſcalpello concidere et medicamentis reſoluere. Digerentibus igitur et pus mouentibus adiici poſſunt ſeptica, et ex his vnguentum WÛRTZII, eaque obſeruanda, quae de gangraena infra docebimus. Non raro accidit, vt omne ſcrotum abſcedat, quod adhibitis digerentibus et balſamicis renaſcitur.

§. 135.

Solent etiam TONSILLAE VVAQVE inflammari. Si malum vehementer adoleſcit, ab initio neceſſaria ſunt. (62. 63. 64.) Aqua gargarizandum eſt, in qua decocta ſunt reprimentia. Radix ſigilli Salomonis, biſtortae, tormentillae, herba pyrolae, prunellae, hyſſopi, ſaluiae, origani, flores roſarum, ſambuci, balauſtiorum, malicorium. His adiiciendum eſt nitrum, lapis prunellae, roob dianucum vel diamoron.

† Efficaciora illa fiunt, ſi ex aequis partibus aquae et aceti coquuntur.

§. 136.

Si vero inflammatio ad ſuppurationem ſpectat (84. 85.), ex aqua vel lacte coqui poſſunt mollientia. Radix altheae, maluae, herba parietariae, mercurialis, flores maluae, verbaſci, ſemen foenu graeci, lini. Ex vtroque genere decoctum componi poteſt et varia proportione miſceri, prout res poſtulat.

§. 137.

Si vero faucium ardor aegrum male habet, illum leuant cydoniorum pſylliique ſemina, ſi adiecta paulatim aqua plantaginis teruntur, et ſic cremor paratur, eoque fauces illinuntur. Melli, quod roſam excepit, admiſceri poteſt roob diamoron et nitrum, eoque per-

vngi

vngi fauces. Hoc penicillo fit, aut ſpecillo, quod linteo carpto inuolutum in medicamentum demittitur; quo etiam tenacior pituita, ſi fauces obſidet, extergenda. Praeſtat enim, ſi inflammationis metus eſt, penicilli vſus, quia, ſi liquores per ſiphonem expreſſi maiori vi in fauces immittuntur, hae non parum offenduntur. Haec etiam vuae per cochlear commode illinuntur. Pituitam melius reſoluit eſſentia pimpinellae albae, ſi pauciores guttulae fruſtulo ſacchari exceptae in ore continentur, quod remedium vero non, niſi in minus valida inflammatione, opportunum, in maiori alienum eſt. Cum his collum velandum eſt. Sal calidus et ſambuci flores cum ſaccellis ſuperponi extrinſecus poſſunt. Vbi autem inflammatio periculoſior interiora occupat, illaque extrorſum euocanda videtur, vtiliora ſunt emplaſtra et cataplaſmata emollientia. Non parum confert, ſi caput ſublimius habetur.

§. 138.

Vehemens inflammatio in ANGINA terret, ſi ea fauces difficultate ſpirandi ſtrangulat. Haec tamen aliquando deſiderat, vt ſanguis ex ipſa parte, quae laborat, vel ex proxima mittatur. Hoc vero auxilium non prius arripiendum, quam ſi nullum aliud apparet. Super faucibus itaque et tonſillis concidenda cutis ſcalpello eſt, idque altius, quo multum ſanguinis exeat. Prius tamen ſanguinis non parum detrahendum eſt ex inciſa alia vena. Celerius inflammatae fauces exhauriuntur, ſi ſanguis ex iugulari mittitur, id quod magis commodum eſt, quam ſi inciduntur venae ſub lingua. (Vid. infra de ſanguinis miſſione.) (62. 68.) Si periturus eſt aeger, is temeraria via, ſecta nimirum trachea, adiuuandus. (Vid. infra de bronchotomia.)

§. 139.

Vbi tonſillae pus alunt, tumorque maturuit, is vero pure ſubſtante non rumpitur, incidendus eſt.

Ad id aptum eſt anceps ſcalpellus linteo carpto ad mucronem vſque obuolutus, vel inſtrumentum, quod Φαϱυγγότομον appellant, cuius etiam varii modi ſunt *. Vlcus purgat mel cum roſa, cui tantillum eſſentiae ſuccini et pimpinellae admiſceri poteſt. Etiam vtilis eſt pimpinella cum ſaccharo. Ex male curata inflammatione non raro tonſillae ſcirrhoſae fiunt. Si earum maior tumor eſt, iſque premit Euſtachii tubam, aegri grauius audiunt.

* Vid. WIDEMANNI Diſſert. de Tonſillis. GARENGEOT des Inſtr. Tom. I. p. 371.

# PARONYCHIA.

§. 140.

Propriam animaduerſionem etiam poſtulat illud abſceſſus genus, quod in extremis digitis oritur et veteribus παϱωνύχια vel reduuia *, recentioribus barbaro nomine panaritium dicitur. Adfert magnam inflammationem, acerbiſſimum dolorem, grauioremque febrem, non raro gangraenae metum.

* Reduuia proprie ſignificat, ſi cutis e latere et ad radicem vnguis ſoluitur.

§. 141.

Naſcitur vitium, ſi humor aliqua parte in digiti extremo coiit et quieſcit, qui vel ſanguis eſt, vel illud oleum, quo interius tendines inunguntur. Nam in paronychia non ſemper pus, ſed ſaepe ichor tenuis acris reperitur. Non raro ex punctura cum acu aut feſtuca fit. Saepe tamen non tam a cute, quam ab interioribus partibus incipit. Cui rei occaſio datur, ſi digitus calida mollitus et aeſtuans repente in frigidam demittitur. Obſeruatio docuit, ad id etiam valere lixiuium ex cineribus, quod ad purganda coquinaria et alia vaſa adhibetur.

§. 142.

§. 142.

Hoc inflammationis genus ſummum dolorem habet, quia locus, quem infeſtat, neruis abundat. Illud ſaepe ſine notabili tumore, nunquam ſine maiori inflammationis impetu eſt.

§. 143.

Variam autem ſedem habet malum. 1. Aliquando enim tumor coiit in tunica adipoſa, ſub cute, quae hac parte et multum ſenſum habet, et exercitatis durior eſt; quod genus optimum eſſe ſolet. 2. Fere peius eſt, ſi humor ſub vngue haeret. 3. Longe difficilius, ſi humor ſub perioſtio eſt. 4. Peſſimum autem, ſi is haeret in vagina, qua tendines muſculorum digitos mouentium, ſublimes et profundi, comprehenduntur. Neque enim alia importunior acutiorque inflammatio ea eſt, quam haec vltima paronychiae ſpecies mouet. Alia etiam ſedes eſſe poteſt, ſi materia ſub vagina illa perioſtio inhaeret.

§. 144.

Primum autem huius mali genus tumorem habet elatiorem, cum aliquo rubore dolorem vero tolerabiliorem. In altero et tertio genere locus nec tumet, nec rubet, et colorem cutis haud excedit, dolor autem ſubeſt âtrocior, qui vehementius creſcit, aegro omnem ſomnum eripit, et ſummam febris intentionem adfert, ex qua etiam delirium naſcitur. Ex quarto autem genere tumor oritur, qui cum ſummo periculo totum brachium occupat, vt etiam magis intumeſcat manus, quam digitus, illeque locus, vbi prima mali ſedes fuit. Mox a principio in hoc genere aeger dolorem ſentit eo loco, vbi ex condylo interno humeri, vlna et ligamento interoſſeo educitur muſculus flexor digitorum ſublimis ſeu perforatus.

† In vehementiori malo interdum glandulae, quae ſub axillis ſunt, intumeſcunt.

§. 145.

§. 145.

Expeditiſſima curatio eſt illius, quod ſub cute eſt. Si ſub vngue vitium haeret, is abſcedit. Si vero mala materia oſſi inſidet, hoc vitium contrahit et totum vitiatum plerumque eximendum eſt. Quarto generi, niſi quam primum ſuccurratur, proximus eſt gangraenae metus, quae in totum brachium tendere ſolet.

§. 146.

Raro haec inflammatio, et non, niſi ab initio, diſcutitur, vbi nondum penitus inſedit. Ad id vero maxime poſſunt aqua, quantum tolerari poteſt, feruida, in quam digitus demittitur et per multum tempus in ea relinquitur. Alii magis idoneum eſſe volunt ſpiritum vini cum camphora. Imponi etiam poteſt emplaſtrum ſaponatum Barbette, addito croco et camphora, vel cataplaſma ex allio, ſcordio, hyoſcyamo, quibus, ex lacte coctis, adiicitur crocus et theriaca.

† Quartum paronychiae genus, vbi et in tribus digiti phalangis et in vola manus rubor de ſede morbi teſtabatur, impoſito emplaſtro malactico diſcuti vidimus.

§. 147.

Quod vero his non ſoluitur, euocandum eſt. In primo genere humor in pus verti poteſt, id quod efficiunt cataplaſmata mollientia et diachylon compoſitum. Tandem cutis ſupra pus exciditur et plaga hoc exempto purgatur atque ad cicatricem perducitur. Ad hanc curationem apta ſunt, quae locis neruoſis conueniunt, eſſentia balſamica Stahlii, cum balſamo Arcaei. (vid. de Vulneribus.)

§. 148.

Vbi autem tumor ſub vngue coiit, et hic incidendus eſt, quo is poſſit effundi. Vnguis abſcedit, quo in caſu ſuper eum imponitur cera, vt is, qui renaſcitur, contra iniurias cuſtodiatur.

§. 149.

In tertio paronychiae genere neceſſe eſt ad euocandum humorem etiam crudum feſtinare. Inciditur vero locus hoc modo: digitus tabulae, ſeu alii corpori duro, imponitur, ita, vt noxa chirurgo obuerſa ſit, ſcalpellus in locum, qui maxime dolet, ad os vſque demittitur, et vſque ad extremum digitum plaga inciditur paucuſque humor exprimitur. Si autem tumor prope articulum aperiendus eſt, incidi debet e latere, cum tendini flexoris parcendum ſit. Sectionem recte factam eſſe, intelligitur, ſi dolor conquieſcit. Aduerſus plagae inflammationem auxilium eſt in ipſo ſanguinis curſu, quem haud ſupprimere oportet, ſed pati fluere, donec ſponte conquieſcat. Si parum fluxit, mitti debet ex talo, vel altero brachio. Vulnus impletur linamentis, vel ſiccis, vel ex aqua vulneraria, quae paucum theriacae habet, expreſſis. Multum nocent linamenta, ſi nimium premunt. Haec ſectio etiam in eo caſu, vbi inter vaginam et perioſtium tumor coiit, locum habere videtur.

§. 150.

Vbi perioſtio iniuria acceſſit, os vitiatur. Ex eo vero rarius ſquama ſecedit, dum id, quod vitiatum eſt, aridum fit, vel hoc adhibitis medicamentis pedetentim ſecedit; crebrius autem incidit, vt totum oſſiculum, quia caries ad illud totum tranſiit, eximendum ſit. Quamdiu vitiatum nondum eiectum eſt, neceſſe eſt, vt plaga pateat. (vid. infra de oſſium morbis.)

§. 151.

Vltimum paronychiae genus requirit, vt vagina tendinum digitos flectentium, in qua materia haeret, incidatur. Niſi enim hoc fiat, illa nocenter increbreſcit ac in vaginam diffunditur, quare et vagina neruoſa et ipſe tendo, qui premitur, multum intenditur (44. 83.).

83.). Haec vero res magnam inflammationem, et, nisi efficacior curatio adhibeatur, gangraenam brachio adfert.

§. 152.

Protinus igitur scalpello recto digiti extremum, ipseque, qui ibi minimus est, tumor aperiri debet, post in plagam demitti specillum sulcatum, et super id vagina incidi, donec perueniatur ad purulenti humoris sedem, et, si res postulat, ad carpum, illudque ligamentum, quod huius ossiculis innexum, annulare vulgo dicitur. Quia vero, si vitium iam adoleuit, saepe humor sub illo ligamento haeret, huic parcendum est, quia, si id secatur, tendines, quos comprehendit, euoluuntur. Igitur sub ligamento in vaginam compellere oportet specillum, et in altera parte supra ligamentum istud paulo inclinatum cuti apprimere, quo haec contra specilli principium incidatur, et exitus materiae detur. Saepe enim super musculo pronatore quadrato, vbi copiosa adeps est, multum puris haeret, quod omne euocandum est. Quo specillum melius eo vsque compellatur, aegri manus ac digiti, quantum res permittit, debent inflecti. Si euocata materia fuit, vlcus purgandum est. Ne orae celerius coeant, commode sub ligamento linum, vel habenula, traiicitur, cui medicamenta, purgando vlceri idonea, illinuntur.

§. 153.

Si haec omnia non proficiunt, nec se remittit inflammatio, expeditissimum est supra carpi ligamentum, ipsum musculum, vbi is in tendinem degenerat, praecidere, quod auxilium magis commodum videtur, quam ligamenti annularis sectio, quod, nisi rodente materia violatum sit, integrum seruandum est. Si vero illud dissectum fuit, oportet aegrum semper digitos inflexos habere, donec illud iterum fuit glutinatum.

Quae-

Quaecunque etiam curatio adhibeatur, minor, vel nullus vſus illius digiti, qui laborauit, relinquitur, cuius etiam ſaepe parum ſupereſt in tota manu, quam rigidam manere neceſſe eſt.

§. 154.

Inciſa vagina ſinere oportet ſanguinem fluere, quo minor inflammatio oriatur. Si vero is cum impetu periculoſius ruit, non medicamentis ſupprimendus eſt, ſed arteriae vinciendae ſunt. (Vid. de Vulnerum haemorrhagia.)

§. 155.

His autem ſauciatis compreſſisque neruoſis partibus ſaepe caro ſupercreſcit, quas medicamentis leniter exedentibus et adurentibus tolli poteſt. Commodiſſimum vero eſt, forfice carunculam excidere, vulnus ampliare, et ſic id, quod contractum erat, laxare, plagae vero eam curationem adhibere, quae locis neruoſis idonea eſt. Deligatur manus faſcia, quae duo de viginti capita habet.

Vide GLANDORPIVM de Paronychia. GARENGEOT Operat, T. III. c. VIII. p. 283.

# ERYSIPELAS.

§. 156.

Nec omittenda eryſipelatis curatio. Eſt illud quaſi ſpurium inflammationis quoddam genus, quod in cute naſcitur, ſi humor per hanc exire ſolitus in minoribus fiſtulis retinetur, et tumorem cum febre excitat.

§. 157.

Notae eryſipelatis ſunt: tumor aequalis, fere ſine altitudine latus, ex albo et liuido ſplendens, ſubrubicundus, aut rubore et pallore miſtus, aliquando, ſi eo corpora tentantur, quae mali habitus ſunt, ex rubro ſubni-

ſubniger. Membrum, quod eryſipelas recepit, non tam dolet, quam prurit. Accedit febricula, quae cum ſat magno horrore incipit, ſudore et vrina, ex qua multa craſſa deſidunt, ſoluitur.† Fit praecipue eryſipelas in pedibus et cruribus, aliquando etiam in capite, ceruice, facie, palpebris, aliiſque ſedibus. Non raro ſuperuenit vulneribus et vlceribus. Oritur etiam ex μεταςάσει, ſi febris, vel alius morbi materia, in aliquem locum incumbit. (46.) Locum mutat, et ſaneſcente eo, quem prius occupauerat, in id, quod integrum eſt, tranſit. (73.)

† Color ex pallido rubens plerumque flauum admixtum habet, quod maxime decedente morbo conſpicuum fit. Locus digito impreſſo palleſcit, ſed remoto digito prior color redit. Malum non modo in vicina ſerpit, ſed et facile interdum reprimitur. Febris modo leuis, modo vehemens, atque grauioribus ſymptomatis, capitis dolore, aurium tinnitu, ſtupore, delirio, vomitibus ſtipata eſt, neque hominem prorſus relinquit, etiamſi eryſipelas in cute effloreſcat. Finitur autem aliqua deſquamatione epidermidis fere vndecimo die. Si morbus et febris mitior eſt, breuior etiam eſſe ſolet.

§. 158.

Et hoc vitium aliquod diſcrimen habet. Nam ſaepe minor pruritus, qui ex quieſcente et acri humore in cuti fit, veram inflammationem mouet, et dicitur ἐρυσίπελας φλεγμονῶδες. Si vero inflatio maior eſt, quam rubor, tumor mollis, febris non magna, ἐρυσίπελας οἰδηματῶδες vocatur. Σκιῤῥῶδες autem, ſi tumor maiorem duritiem habet. Incidere ſubinde vltimum ſolet ex mala curatione.

† Aliquando eryſipelas cuticulam vel in puſtulas minores, vel in bullas maiores eleuat, diciturque vel puſtuloſum vel bulloſum.

§. 159.

Eryſipelas excitat animi grauior commotio, praecipue terror et ira, immoderata exercitatio, frictio, ignis, vel ſolis ardor, et omne, quod exſpirationem in cute

cute coercere poteſt. Ad id corpora, quae mali habitus ſunt, opportuniora eſſe compertum eſt. Subinde illud ex eadem cauſa reuertitur.

† Cacochymiam bilioſam ſaepe peccare et flaueſcens color docet et cauſa praegreſſa h. e. ira, et cauſa praediſponens h. e. temperies bilioſa. Aliquando et ſapor amarus in ore et vomitus bilioſi idem demonſtrant.

§. 160.

Sedes eius eſt in cute et huius minimis fiſtulis, per quas tenuiſſimus halitus ſudorque effertur. Si enim ille in his, ex variis cauſis, ex quibus obſtructiones fieri ſupra retulimus (35-37. ad 47.), ſubſiſtit haeretque, oritur tumor, incitantur vitales motus, cieturque febris. Humor autem, qui ex oleo tunicae adipoſae et recrementis omnium corporis ſuccorum ortus videtur, motu et calore acrior fit, vrens, ac tandem putris. Oleum enim rancidum, et optimam lympham ſalſam fieri, et ſic ex variis ſibique contrariis cauſis putre, ſalſum ac volatile in corpore caeteroquin recte valente oriri, compertum eſt. (vid. de Gangraena.) Quare hic humor nunquam, vt ſanguis, inflammatione coquitur, et in pus bonae notae vertitur, ſed, ſi haud diſflatur, in ſaniem mutatur, quae cutim rodit et mala vlcera parit.

§. 161.

Si eryſipelas ſine inflammatione eſt, minus periculum habet. Peius tamen, quod caput, palpebras, faciem infeſtat. Perículoſum eſſe poteſt, quod cum mala febre oritur et in phlegmonem tranſit.*. (conf. 50.)

* Vid. Illuſtr. HOFFM. Med. Rat. Syſtem. T. IV. P. I. Sect. I. cap. XIII.

§. 162.

Oportet itaque eryſipelas diſcutere. Dari debent aegro, ſi valentior febris eſt, medicamenta, quae aeſtum minuunt (64.), et ex his praecipue pulueres abſorbentes,

bentes, bezoardici cum pauco nitro. Praeter haec et iam diluentia, ptiſana. Vbi morbus ſe inclinauit, ſorbitiones calidae, liquores bezoardici, alexipharmac opportuni ſunt. Valde neceſſaria eſt abſtinentia e quies. Nocet frigus; magis vero aeſtus. Si ſudo venit, debet aeger ſe ſub ſtragulis continere, vt is ſ per totum corpus diffundat.

† Vt vbique ſic et hic habenda eſt ratio cauſarum et ſymptomatum. Itaque videndum vtrum perſpiratio cutanea repreſſa, an vero ſordes bilioſae morbum faciant. Si prius eſt neque febris vehemens, quies, abſtinentia, diluentia, ſalina pauca, vſus aeris temperati, fuga perflatus aeris, veſtes et ſtragula tum vniuerſum corpus tum partem ſatis non tamen nimium fouentia atque ſi aluus non reſpondet, vel enemata non acria vel lenis medicina purgans primis diebus ſufficiunt. Liquores bezoardici et infuſa herbarum hyſſopi, ſcordii, fl. ſambuci conueniunt, tum, cum cutis vda et mollis fieri incipit. Si eryſipelas phlegmonodes et cum vehementi febre eſt, poteſt ſanguinis miſſio neceſſaria eſſe, qua tamen non multum ſanguinis effundi debet ne humor mobilior e loco affecto, in alium nobilioremque retrahatur. Alia ratio medendi adhibenda eſt, ſi ex ſapore foedo, nauſea, vomituritione, ſordibus linguae, bilioſa i. primis viis ſubeſſe intelligimus, ſanguinis miſſio omittenda eſt. Oportet autem aluum ſed per antiphlogiſtica dict. purgantia ſoluere, et, ſi febris, ne tum quidem remittit, vomitum mouere; caeteroquin vero omnia ea adhibere, quae febris eiusque ſymptomata indicant.

§. 163.

Si vero ad medicamenta veniendum, quae exterius imponuntur, et vſus et ratio docuerunt, aduerſus eryſipelas in iis auxilium eſſe, quae tenuem, acrem, in cutis fiſtulis haerentem humorem recte diſcutiunt, dum ſolidas partes paululum adſtringunt, et tetrum illum halitum bibunt atque abſorbent. Proſunt itaque pulveres ſicci, farina ſecalis, fabarum, lupinorum, quibu admiſcentur radix glycyrrhizae, cortex medius ſambuci, flores ſambuci, adiecta etiam pauca camphora.

† Vt ſatis ſicci pulueres ſint, ex rebus iis antea humidum mediocri calore expellendum eſt.

§. 164

§. 164.

Vbi autem eryſipelas cum magna inflatione, ſeu φλεγμονώδες eſt, corpus vero molle, laxum, humidum et obeſum, requiruntur efficaciora roborantia. Iis igitur admiſceri poſſunt bolus Armena, ceruſſa, plumbum vſtum. Ad id idonea eſt compoſitio Mynſichti. Puluœres ſubinde, et poſt ſextam circiter horam, mutari debent, quos nec frigidos, nec valde calentes, eſſe oportet.

§. 165.

Vitium vero, quod cum mala febre eſt (161), hand curationem haud admittit. Tolerari debet, cum ſatius ſit, ſummam cutem corrumpi et exulcerari, quam, id quod nocet, impoſitis reprimentibus, in interiores partes verti. Febre enim diſcuſſa, etiam huic ſuccurritur.

† Hoc caſu pars ſolummodo fouenda eſt velamine molliori et leuiori, aut imponendi ſacculi herbis floribusque diſcutientibus, cuique notis, pleni, parum tantum calentes.

§. 166.

Ad eryſipelas referri poſſe videtur rarum illud morbi genus, quod veteribus ζωςὴρ, ZONA, vel ἕρπης dictum eſt. Nam ab vmbilico ad genua vſque cutis per puſtulas liuidas exaſperatur, rubet et multum roditur. Habet etiam febrem, eamque ſubinde grauem, cum delirio aliiſque ſymptomatis, et periculum adfert, praecipue, ſi imprudentia curantis irritatur. Nec huic ris, impoſitis externis, adhibenda, ſed febris curanda eſt, qua quieſcente, etiam hoc eryſipelas ſanatur.

Vide SCRIBONIVM LARGVM Comp. 53. p. 44. et Comment. RHODII p. 122. PLINIVM H. N. Lib. XXVI. Cap. XI. T. I. p. 409. et Exempla in IOH. LANGII Lib. I. Ep. 32. TVLPII Obſ. Lib. III. Cap. 44. HOFFMANNO l. c.

§. 167.

In omni eryſipelate male plerumque mittitur ſanguis, niſi illud plethora magnaque febris et iuncta in-

 flamma-

flammatio poſtulare videantur. Nec aliis, niſi lotionibus mollientibus, aluus ſoluenda. Nec multus ſudor eliciendus eſt. Quare aliena ſunt omnia calida, externus etiam calor, et, ſi, quae imponuntur, nimium concalefacta ſunt, quibus ardor atque pruritus augentur, inflammatio incitatur. At etiam frigus vitandum, quod, ſi locum laborantem ferit, metum adfert, ne mala materia repreſſa in partem magis neceſſariam incumbat. Alienus etiam cibus eſt, qui intus facile corrumpitur, iurulentus et calefaciens (64. ad 67). Nocere tamen aliquando poteſt nimia abſtinentia (70). Emplaſtra pinguia, humida, ſi ſuperdantur, vlcera faciunt, quae non facile ſaneſcunt, quia acris illius humoris (160) exhalationem impediunt. Nec proficit Spiritus vini cum camphora, quo fiſtulae nimium arctantur.

† Non pauci aetate noſtra audaciores ſunt, et ad eryſipelas vtuntur modo aqua frigida modo aqua vegetabili-minerali a GOVLARDO, Chirurgo inter Franco-gallos claro, ita dicta. Quae quidem ratio medendi tempeſtiue et tum, cum a repulſa materie noxa grauior non imminet, expedita eſt admodum; fierique tuto poteſt, ſi vitium non ab vniuerſi corporis affectione procedit, ſed, quod dicunt, locale eſt. Quodſi aliquando a repreſſa materie pars nobilior obſidetur et grauia ſymptomata incidunt, pars prius affecta frictione, fotu, pulte ex fermento panis et ſem. ſinapeos parata, curanda, loco nobiliori illi emplaſtrum cum cantharidibus imponendum eſt. Opus etiam eſſe poteſt ſanguinis miſſione, nitroſis, enematibus, perſpirationem mouentibus. Si puſtulae vel bullae erumpunt, nec ſponte humorem dimittunt, aperiantur vel acu vel forſice, et humor acris linteo molliſſimo abſtergeatur. Poſtea vtilis eſſe poteſt vel aqua calcis vel ſaturnina.

§. 168.

Si, diſcuſſa febre omnique inflammatione, tumor durus manet, id quod ſaepius obſeruatum eſt, ſi eryſipelas ſpiritu ardente curatum fuit, durities molliri poteſt emplaſtro de meliloto, nec non emplaſtro de ſenſiuo viridi; vel miſcendus eſt par modus emplaſtri

vltimi

vltimi, vel diachyli ſimplicis, et emplaſtri diaphoretici. Vlcera enim, niſi duritia per haec mollientia euicta fuerit, vix glutinantur (vid. de Vlceribus). Nec haec curationem recipiunt, niſi adhibeatur quies, et iniiciatur faſcia moderate adſtringens. In cruribus ad id commodiſſima ſunt tibialia, quae per ligamen adſtringuntur.

# GANGRAENA ET SPHACELVS.

§. 169.

Inflammatio, ſi fatalem exitum habet, tendit in γαγγϱαίναν. Dicitur autem quaelibet pars ſolida mollis hac laborare, ſi in ea vitalis humorum circuitus tolli coepit, et mors * atque putredo ** imminent (55). Vbi vero membrum plane et ad os vſque ſine ſenſu ac motu eſt, atque emortuum, illud σφάκελος tenet (57).

* Pars corporis viuere dicitur, quamdiu humores in ſuis vaſis actione cordis et ſolidarum (31) mouentur et vitalem circuitum conficiunt. Si hic motus penitus ceſſat, pars emortua eſt.

** Putreſcunt corpora, tum vegetabilia, tum animalia, ſi motu inteſtino et accedente calore externo conuertuntur in liquamen foetens, quod admoto igne ſalem dat volatilem valde attenuatum et oleum rancidum. Ex his ſale et oleo attenuatis et inter ſe mixtis oritur ſal volatilis. Terrae inhaeret et manet aliud oleum craſſum piceum. Humores enim corporis, at his praecipue ſanguis ex vena miſſus, calore in putre liquamen foetidiſſimum acerrimum conuertuntur, maiori vero calore, ſi minor humoris quieſcentis modus eſt, ſiccantur et coguntur in materiam ſolidam. Id quod etiam oui albo, humori animali minime acri, accidere in vulgus notum eſt. In corpore viuo putreſcunt humores ex variis et ſibi contrariis cauſis. Hoc incidit 1) a quiete. Si ſanguis haeret in tunica adipoſa, et ſub cute in phlegmone, ἐκχυμώσει, aneuryſmate ſpurio, in vexatis. Si is haeret in cauo quodam, ſub calua, in pectore, abdomine etc. Sic etiam putreſcunt pus in abſceſſu, et, ſi hic ruptus fuit, in aliis locis, axungia in articulis, medulla in oſſibus, id

 quod

quod in ἐξοστώσει maligna, carie et παιδαρθροκάκῃ deprehenditur, lympha in hydrope, ſerum, quod per cutim exire ſolitum eſt, perſpiratione cohibita in eryſipelate (160), anaſarca. 2) Putredo oritur a languido nimis motu, qui lentam corruptionem parit, v. g. in ſcorbuto a vita ſedentaria orto, in gangraena ſenum, infirmorum. 3) A valentiori motu atque aeſtu, quo humores ſimilem in modum attenuantur, ſoluuntur, volatiles fiunt et acres. Hoc obſeruatur in febribus acutis, valentiori corporis motu, aëre feruido. Quamuis enim ab initio in febre acuta humores cogantur (40), mox tamen illud coagulum, per διάθεσιν φλογιστικὴν ortum, motu inteſtino ſoluitur, et oritur attenuatio ſumma, atque, ſi hoc liquamen non vi vitae elicitur, putredo. 4) A cohibita excretione ſeri, vrinae, fecum. 5) A defectu noui chyli blandioriſque ſucci, qui ſanguini admiſceri debet, in diuturniori inedia, potus defectu, ſi viae chylum ferentes obſtructae, e. g. in pueris, quibus indurantur meſenterii glandulae, oritur rhachitis, παιδαρθροκακὴ, nec non, ſi ductus thoracicus vulnere laceratus eſt. 6) Inter putredinis in corpore ortae cauſas eſt, ſi chylus nondum ſubactus et in ſanguinem coactus iterum crudus ex corpore per varia loca expellitur, in coeliaca, diabete, ſudore ac diarrhoea hecticorum. Quod vero ad ea attinet, quae extrinſecus corpori hanc διάθεσιν adferunt, vt humores celerrime putreſcant, potiora ſunt varia venenorum genera, maxime illud, quod morſu viperarum ſerpentiumque infertur, occulta etiam illa peſtilentium ac malignorum morborum cauſa. Putredinem augent quoque ſales volatiles, ſi intus ſumuntur et extrinſecus admouentur, ſapones cum alcali parati, rancida, et omnia, quae ranceſcunt. Si vero aliqua parte putredo orta fuit, illa, niſi cohibeatur, peruadit proximas ſedes, imo defecta vitali virtute omnes humores, quos tandem prorſus maligno ſidere adflat et corrumpit. Id factum eſſe, humorum lixiuium, vrina, quae putris, foetens, ſpumans, acris, obſcura exit, teſtatur, nec non putidiſſimae et malae olentes deiectiones.

## §. 170.

Praecipua gangraenae ſedes in adipe eſt et tunica celluloſa (36. 56.), quam, et omnes, et ſingulos, muſculos, et muſculorum fibras, membranas aliaſque partes comprehendere conſtat. Haec, ſi exeſa eſt, et putredine conſumta, haud renaſcitur. Quae res occaſionem dat, vt, ſi haec omnis per gangraenam corrupta fuerit, integris manentibus muſculis nullus ſit motus

motus, quamuis caeteroquin hi omne illud habeant, quod motum praeſtat.

§. 171.

Cum vero hoc vitium et ſua initia habeat, et in perniciem procedat, et, cum aliter medendum ſit ei, ſi increſcit, aliter, ſi ſubſiſtit, aliter, ſi iam ad ſanitatem reuertitur, explicandae ſunt propriae notae, quae haec tempora et vel ſpem vel periculum oſtendunt.

§. 172.

Protinus vero ex (55) propoſitis ſignis ſcire licet, ſi inflammatio in gangraenam tendit. Vbi vero haec incipit, dolor, aeſtus loci inflammati, intentio ſe remittunt, et aeger de bonis ſuis gaudet, qui ſe meliuſculum eſſe credit. Haec enim, quae ſuſpecta et periculi plena eſt, leuatio non fit ob aliam cauſam, quam, quod vaſa, quae cum neruis a quieſcente humore tenſa erant, iam rupta ſunt. Dolorem enim fieri, ſi nerui intenduntur, nemo ignorat (48). Haec etiam ſine bonis ſignis fiunt, mala crudaque eſt vrina, aeger ardentius ſitit, viribus deficitur.

§. 173.

Vbi autem malum increuit, et gangraena penitus inſedit, inſolitus quidam torpor ac ſtupor membrum tenet, ita, vt tactus is locus, etiam acu punctus vel inciſus, paucum, vel nullum, dolorem habeat. Tumor, qui durus erat renitenſque, iam mollis eſt atque cedens, vt digiti impreſſi ſedes etiam maneat, cutis vero inflata eſt, turgida, pallida, liuida, ſubnigra, puſtuliſque impletur, quae vario humore, cruento, pallido, flauo, tenui, acri, male olente, plenae ſunt. Circa locus dolet et inflammatus eſt, vitium vero alte lateque ſerpit. Puſtulae enim in eum locum, qui pallet et liuet, pallor et liuor in id, quod inflammatum eſt, inflammatio in id, quod integrum eſt, tranſit. Tandem in puſtuloſo

corruptoque loco ſe cruſta oſtendit, quae ex quieſcentibus putribuſque humoribus cum ruptis emortuiſque vaſculis ac fibris concreſcit.

§. 174.

Tumor enim mollis fit, quia humor non per arterias ad cutim fertur, ſed ex his ruptis ſub cute in adipem, etiam iam putrem atque exeſum, emittitur, qui humor ipſe valde tenuatus cutim inflat et turgidiorem reddit. Ab eo, qui gradatim in putidiſſimam ſaniem vertitur, etiam color in cute mutatur. Quia etiam humor tenuatus per cutis poros traiicitur, iſque ſub epidermide coit, puſtulae naſcuntur ſimili humore plenae.

§. 175.

Si vero, omnibus his adauctis, putredo totum membrum ad os vſque occupat, et omnis etiam caro corrupta eſt, illud ſphacelus tenet (169).

§. 176.

Inter haec vero, et, dum membrum paulatim emoritur, magis decedunt vires, et aeger intra verba deſipit, vel, ſi mentis compos eſt, balbutiendo vix ſenſus ſuos explicare poteſt, accedunt inordinati horrores, pulſus debilis et σκωληκίζων, ſeu vermiculate arteriam attollens *. Vrina eſt craſſa, nigra foetidaque, et alvus liquida, nigra, ſanguini atro ſimilis, pinguis, cum magna odoris foeditate, quae aegrum in praecipiti iam eſſe denunciant, qui ſub ſudore frigido et ſaepe neruorum diſtentione moritur.

* Vid. GALENVS de Praeſag. ex pulſibus Lib. II. Cap. 9. T. VIII. p. 270.

§. 177.

Vires autem franguntur, quia ſanguis et omnis humor ita coactus eſt, vt is minores, tum corticis cerebri, tum reliqui corporis, arterias permanare haud poſſit. Supra enim (40) retuli, in omni valida febre fieri

fieri illam ſanguinis διάθεσιν φλογιστικὴν, ſeu humores glutinoſos, tenaces, coactos fieri. Hoc coagulum etiam horrorem excitat, prout omnis cruda materia, quae euacuationi inepta eſt, qua vires irritantur. Hi enim vagi et intempeſtiui horrores diſcernendi ſunt ab illo, qui poſt materiae in febribus concoctionem eo tempore incidit, quo natura morbi materiam emolitur. Is enim breui deſinit, corpore protinus recaleſcente *. Pulſus autem naturaliter ordinatus eſſe, et arteria recte attolli haud poteſt, quia defectum viribus cor non ſatis contrahitur, et quia lenti coactique ſanguinis parum ex vena caua in cor influit. Ex eadem cauſa cor etiam palpitat.

* De horrore illo mortifero vid. HIPPOCR. Lib I. Epid. Sect. 3. de aegro IX. Critone, Lind. T. I. p. 680. et aliis locis. De horrore critico Epidem III. Sect. 3. aegr. XII. c. I. p. 738. de Virgine in Lariſſa, quae, quum inhorruiſſet, ſudorem multum calidum per totum corpus effudit.

§. 178.

Magna tamen diſcrimina recipit gangraena, cum ex variis cauſis oriatur. Haec enim, quae iam executus ſum, ita fiunt, ſi valida corpori vis eſt, magna febris intentio, et, ſi malum a cute incipit et ſerpendo penetrandoque ad oſſa vſque deſcendit. Poteſt autem incidere, vt inflammatio et gangraena aliqua parte intus moueatur. Quod ſi enim os frangitur, et fragmenta haud recte repoſita ſunt, etiam grauis inflammatio oritur et gangraena, quae a perioſtio incipit, et plerumque ſequitur vitae periculum. Huius vero, ſi id in femore accidit hominis habitioris atque obeſi, nullae aliae notae ſunt, quam dolor ac febris. Cutis enim non, niſi ſub finem, rubere incipit, vbi iam omnis caro corrupta, et ad vltima ventum eſt.

§. 179.

Genere etiam vitii et ratione curationis multum diſtat gangraena, quae non a vi vitae aucta, ſed a vi-

 rium

rium defectione in valde infirmis oritur. Hoc vero accidit senibus, nec non iis, quorum succi aliis, longisque morbis, malo victu *, nimia venere, corrupti sunt: in quorum vitiosis, inualidis, effoetisque corporibus ex paruula saepe causa, ira, terrore, frigore, malum oritur. Incipit vero hoc plerumque ab extremis artubus pedumque digitis. Aeger sibi recte valere visus vix quicquam, praeter insolitum torporem sentit, et tandem conspicitur liuida macula, quae pedetentim increscit. Haec sine sensu est, et totum membrum sine notabili tumore et inflammatione; proxima tamen cutis, quae vitium receptura est, paululum rubet, mollliorque existit, quam esse naturaliter solet. Interea vitium tarde serpit et vix intra aliquot hebdomadas ex pede ad tibiam peruenit. Vbi vero loca carnosa occupat, quae magis putrescere possunt, celerius procedit. Putre vlcus ab initio humidum est, post nigrum et aridum, humor vero, qui ex eo fertur, mali et cadauerosi odoris. Specillum vel scalpellus sine dolore demittitur. Totum tandem membrum nigrum, aridum fit, carnes durae, friabiles et infumatis similes, aeger vix de dolore conqueritur, sed de debilitate, et crebrius animo linquitur. Nonnunquam tamen superueniens febricula efficit, vt malum celerius serpat, vel, vt consistat moto pure inter illud, quod viuum est, et quod emortuum.

* Secale cornutum, quod apud nos grauissimas et funestas neruorum distentiones adfert, in Galliis lentam attulit gangraenam, vid. H. A. R. Sc. Anno CIƆIƆCCX. p. 80.

§. 180.

Frigore autem si densantur humores in aliqua corporis viui parte, oriuntur tumores, ab initio albicantes, mox rubentes, non tam cum dolore, quam intolerabili pruritu. Hi tumores ita dolentes dicuntur τὰ χίμεθλα, perniones, in quibus, si cutis finditur ac exasperatur,

peratur, mala vlcera fiunt. Si vero omnis humor in membro quodam frigore concreuit, et is admiſſo re- ente calore regelatus motu inteſtino ſoluitur, mem- rum fit rubicundum, putre, nigrum, et oritur verus phacelus. De combuſtis vide infra.

§. 181.

Si maior arteria ligata et compreſſa eſt, illudque, uod ſanguinis motum per hanc impedit, tolli nequit, erit cum calore omnis mouendi poteſtas, membrum aulatim et lenta putredine emoritur. Quod vero mortuum eſt, non intumeſcit, ſed aridum contractum- ue fit. Si ad membrum aliae, quamuis minores, ar- eriae ſanguinem ferunt, illud non emoritur, ſed te- uius fit, et imbecillum. (Vid. infra de Aneuryſmate.)

§. 182.

Maiori vena compreſſa, ligata obſtructaque, mem- rum extrema ſua parte valde intumeſcit, tumor fit durus, renitens, cutis valde intenta maioribus puſtulis mpletur, cruentiori humore plenis, et aeger grauita- em membri cum ſummo dolore ſentit. Compreſſis enim ſanguinem ferentibus venis, omnes lymphaticae venae diſtenduntur et partem tumidam reddunt, id quod etiam in oedemate accidit, cui hic tumor fere imilis eſt. Tandem cutis a ſubiecta tunica adipoſa diducitur et multum inflatur, quare tumor mollior fit, n quo digiti impreſſi ſedes manet, et e cute, ſi incidi- tur, ſpiritus cum ſono fertur, quem ex rarefactis et putreſcentibus humoribus naſci, a vero propius eſt.

§. 183.

Quod ſi membrum totum valentius premitur, id quod ab adſtrictiori faſcia, vel a ferulis nimis coarcta- tis incidere poteſt, oritur intolerabilis pruritus, in parte, quae ſub vinctura eſt, tumor, ei ſimilis, de quo mox retuli; et tandem perit dolor omniſque ſenſus,

et

et membrum ea parte, qua compreſſum erat, fit n grum, aridum et quaſi fumo induratum.

§. 184.

Si autem poſt ſcorbutum gangraena acceſſit, i ab extremis plerumque incipit. Nigrities cutim o cupat, quae fere non ſentitur, ſed ſerpit et altius p netrat, membrum aridum fit, nigrum, haud multu foetidum. Odorem enim foedum continent ſales sa guini in ſcorbuticorum corporibus admixti.

§. 185.

Perniciofiſſima gangraena eſt, quae oritur ex mor viperarum, ſerpentium, animaliumque, quae virus h bent. Breui enim, poſtquam vulnus illatum eſt, ſ quitur ſyncope et neruorum diſtentio, ſpiritus diff cultas, et in omni corpore id, quod album eſſe debe fit luteum. Tumor magnus fit et magna inflamm tio, quae breui in gangraenam tranſit, ſumma cu celeritate ſerpit et morte finitur. Si neruoſus locu ictus fuit, celerius rapitur aeger.

§. 186.

Quodſi vero maior neruus praeciſus, aut ſpin medulla a vertebris fractis compreſſa eſt, oritur i membro putredo, quia vitalis humorum motus ſiſti tur. Haec nullum dolorem adfert, ab interioribus in cipit, et aegrum occidit. Pars omnis, ad quam ner illi, qui laeſi ſunt, pertinuerunt, ſoluta eſt.

§. 187.

Sed ex his propoſitis ſignis et ſupra dictis (55) ſci re licet, quae ſint, quibus gangraena excitatur. Diſſi miles vero cauſae ſunt, quae etiam diſſimilem curatio nem requirunt. Nam multum diſtat illud gangrae nae genus, quod valida vi excitatur, et vbi magnu febris impetus eſt grauiorque et acerbior dolor, ab illo quod langueſcentibus viribus, ex vitioſis humoribus fere

ere ſine doloris ſenſu oritur. Gangraena itaque fit, vbi magna obſtructio eſt, ſeu vbi quaedam inflammatis ſuperueniunt, quae obſtructionem augent. Inter haec ſunt ea, quae arterias venaſque premunt. Quare gangraena occupat epiploon atque inteſtinum, ſi haec qua parte ex abdomine deſcenderunt, et hernia orta fuit. Ob hanc cauſam etiam gangraena ſuperuenire ſolet vulneribus colliſis, nec non aliis partium neruoſarum (44), ſi fibrae haud laxantur, vel vulnera ampliantur. Etiam paraphimoſis, niſi tollatur, gangraenam genitali membro adfert. Concitatior etiam ſanguinis motus auget obſtructionem in inflammatis (40. 43.), ſiue is internis, ſiue fricatione, exercitatione, immodico aeſtu externiſque cieatur. Obſtructio etiam increbreſcit, ſi humores frigore (180), et impoſitis frigidis (39. 41. 55.), nec non nimio aeſtu (40.), coguntur.

§. 188.

Gangraenam etiam adfert omnis humor ex vaſis ſuis miſſus et aliqua parte haerens (169**) vitioſus humor in hydrope et ſcorbuto, pus in abſceſſu. Virus etiam, quod morſu teloque venenato per totum corpus diffunditur, nec non illud, quod contagio peſtilentium malignarumque febrium in corpus importat, humores ita corrumpit, vt breui putreſcant (169**). Quae vero accidunt, ſi maior arteria (181), vena (182), neruus, ſpinaeque medulla (186) laeſa eſt, iam retuli.

† Aliquando critica quoque metaſtaſis in febribus eſt generis gangraenoſi, atque adeo peioris, quam vbi purulenti tantummodo generis eſt, quo caſu pedes aliquando decidere CELSVS noſter iam memoriae prodidit.

§. 189.

Nulla gangraena leuiter terrere debet, niſi illa ex re quadam enata ſit, quam tollere facile eſt. Semper enim

enim in ſphacelum mortemque tendit. Maiorem ve ſpem maiuſque periculum oſtendunt ea, quae ſupra inflammatis relata ſunt (60). Periculoſiſſima omniu eſt ea, quae intus incipit (178), et quae ex humoru aliquo vitio (184. 185.) defectaque vitali virtute (17 oritur, vel, cui etiam, ſi aliunde orta fuerit, aliqu horum acceſſit. Nam ii, quos hydrops, aut tabes, au ſcorbutus, male habet, gangraena multum periclita tur. In ea, quae ex inflammatione valentiori naſcitu (172. 173.), quo vehementius agitantur arteriae, qu celerius procedit vitium, quo plura accedunt ſympto mata, eo maius ſubeſt periculum. Ex inciſis etiam puſtulis (173.) ſcire licet, quid ſperandum metuen dumque ſit. Si enim humor effertur limpidus et pal lidus, ſpes eſt; ſi vero is cruentus, flaueſcens, malus eſt; peſſimus vero, ſi liuidus, ſubniger, et in quo ma gna foetidas eſt. Difficilem, plerumque nullam, cura tionem recipit gangraena, quae laeſa ſpinae medulla, nec non diſſectis maioribus neruis, arteriis veniſque orta fuit. Mortis etiam indicium eſt, ſi circa vlcus omnia arida fiunt et nigra. (Confer. 176.)

§. 190.

Sphacelus vero aliquando loca carnoſo occupat, v. g. nates, femora. Hoc ſi incidit, et ſi non nimium alte et ad os vſque vitium deſcendit, nec a cauſa mala ortum fuit, quandoque valentioribus auxiliis curari et mortuum a viuo reſolui poteſt. Vbi vero totum membrum emortuum eſt, hoc nullam curationem recipit. Supereſt miſerum, ſed vnicum auxilium, illud, vt caetera pars corporis tuta ſit, abſcindere. Vbi iam ſphacelus maiora vaſa tenet, is longe celerius procedit.

§. 191.

Quod ſi igitur magna vehemenſque inflammatio ex magna obſtructione orta, in gangraenam ſpectat

(55.

(55. 172. 173.), ab initio eadem fere curatio adhibenda est, quae supra (61. 62. 63. 64. 69.) praecepta est. Sanguis etiam iterum mittendus, si pulsus magnus, aequalis, celer atque durus, vrina rubra, spumea, foetida, lingua arida, fissa est, iuuenilis praeterea aetas, quae omnia significant, corpus nimias habere vires. Aluus ducenda lotionibus paulo valentioribus, quae fiunt, si cum mollientibus sena cremorque tartari ex lactis sero coquuntur, et iterum ac saepius in aluum immittuntur. Idonea etiam sunt apozemata ἀντιφλογιστικὰ (63). Ratione vero et obseruatione compertum est, corpora, quae sanguine redundant, optime ferre sanguinis missionem, eamque repetitam, iis vero, quae phlegmate abundant, alui ductionem vtiliorem esse. Nec alia medicamenta sumi debent, quam, quae calorem temperant, (64. 69.) Est tamen et hic aliquod discrimen. Sanguine redundantibus optima sunt acida, corporibus siccis nitrum cum absorbentibus, et iis, qui multum phlegma habent, decocta ex resoluentibus, herba rutae, scordii, veronicae, saluiae, summitatibus centaurii minoris, floribus lauendulae, rosarum rubrarum, radicis sassaparillae, scorzonerae, quibus herba acetosae admisceri potest. Victus etiam non alius sit, quam, quem supra praecepi (67).

† Haec a Platnero dicta fere magis ad arcendam gangraenam faciunt, quam ad eam curandam. Saltem in his quoque casibus si iam aliquod gangraenae initium est, euacuationes quaecunque, si nimiae, facile nocent vires frangendo, necessarias illas ad coctionem materiae.

§. 192.

Extrinsecus superimponenda sunt, quae discutiunt, exspirationem iuuant (79. 80.), et quae impediunt, quo minus putre penitius descendat, et venis sorptum sanguini admisceatur. Quare aliena sunt reprimentia (76), sed opportuna fomenta, quae putredini resistunt, et molliendo humorem corruptum euocant. Est

vero

vero et illa obſeruatio iam ſupra propoſita (80) vale neceſſaria. Maior enim emollientium neceſſitas eſt, corpus adſtrictum, locus neruoſus, et maior partis intentio eſt, quare etiam in his cataplaſmata aliis fomentis fere opportuniora ſunt. Vbi vero tumor mollis et caeteroquin corpus plenius et humidum, ibi et ſpiritus et ſales epithematibus admiſceri debent.

§. 193.

De omni genere medicamentorum, quae in gangraena extolluntur, haec tenenda ſunt: Herbae amarae, et, quae inter eas primae ſunt, herba abſinthii, rutae, ſcordii, alliariae, abrotani, cardui benedicti, centaurii minoris, ſaluiae, matricariae, menthae, ſi iis in fomentis calor accedit, illud efficiunt, vt locus, qui gangraena laborare coepit, exſpiret, qua re prohibetur, ne humor quieſcens tam celeriter putreſcat, et ne vitium altius ſerpat. Herbae vero mollientes et lini farina poſſunt quidem putredinem augere, aſt iuuant ſeparationem putris atque mortui, et prohibent, quo minus cutis aliaeque partes corruptique humores in duram et omnia ſtrangulantem cruſtam concreſcant. Praeterea iis etiam humores ab interioribus euocantur. Nihil efficacius putre continet, quam ſal et alcohol. Sales vero, ſi eorum nimium fomentis adiicitur, reddunt humores ſpiſſatos rigenteſque, id quod praecipue efficiunt vitriolum, alumen, ſal communis, et ex vegetabilibus gallae. Optimus eſt ſal ammoniacus, qui melius per vitiatum locum penetrat. Corruptionem, ſi celerius cum ſummo foetore increſcit, coercet efficacius nitrum. Ad id vero maxime valet acetum acrius, quod etiam putrorem vltra ſerpere non ſinit, humores vero non ita nocenter cogit ſpiſſatque. Nec vinum alienum eſt, ſi cum amaris coquitur, eique acetum et ammoniacus ſal adiicitur.

✝ Ad

✝ Ad ſalia tenuiora pertinet ſpiritus Mindereri, Tartarus tartariſatus, Terra foliata tartari, et eius liquor, aqua marina, vel ſalinarum.

§. 194.

Alcohol, ſeu ſic dictos ſpiritus chemica arte paratos carnes etiam à putrore vindicare, omnes norunt. Si vero ſoli, iique efficaciores, gangraena laborantibus imponuntur, nocent adhuc viuis et integris partibus, quia vaſcula contrahunt, adeoque rigida reddunt, vt illa facile rumpantur. Hoc vero ſi factum eſt, putreſcentium ſanies celerius in cruſtam concreſcit (173) duram, quae, niſi molliatur tollaturque, vitalem humorum motum in parte adhuc viua tollit, vaſorum ora praecludit, ſicque omnem reſolutionem ac ſuppurationem cohibet. Diluere itaque et ex aqua coctis miſcere oportet ardentes ſpiritus. Gummi, et inter caetera aloe myrrhaque etiam contra putredinem valent, ſi aceto ſoluuntur et aliis adduntur. Aſt motum etiam eo concitant, quare non tam diſcuſſioni apta videntur, quam, ſi cruſta iam emortua a viuo reſoluenda, vel maior motus ciendus eſt. Lixiuia acriora et ſaponem in gangraena, ex valentiori motu orta, huiuſque initiis, aliena eſſe exiſtimo. Sine graui noxa adhiberi non poſſunt terebinthina aliaque balſama, quae ad condienda cadauera, non vero ad vitalem humorum motum tuendum inſtaurandumque accommodata ſunt, quippe quae omnem exſpirationem penitus coercent.

§. 195.

Chirurgus itaque, qui horum medicamentorum facultates exploratas habet, et aegri etiam naturam, nouitque, humidum magis, an ſiccum corpus ſit, an validi nerui, an infirmi, an vires integrae, an fractae, qui etiam non ignorat, vnde morbus coeperit, gangraenae naſcenti occurſurus eſt. Nec ei difficile erit,

ex vario remediorum genere fomenta componere quae tamen mutari subinde necesse est. Nam quaedam remedia increscentibus morbis, alia inclinati conueniunt, et saepe a variis mutationibus, quae incidere solent, nouum consilium petendum, nouaque curandi ratio ducenda est. Prudentem igitur chirurgum oportet non tanti putare compositiones, a summis etiam autoribus propositas, quas illi, prout magis quid quisque sibi persuasit, et prout cuiuis curatione cesserunt, quasi solas venditauerunt, sed praesidia petere, tum ab iis, quae experientia in ipsis curationibus docuit, tum a ratione et a medicamentorum facultatibus exploratis. Prosunt tamen frequentius fomenta si herbae illae amarae ex aequis portionibus aquae atque aceti, vel ex vino coquuntur, illisque et sal ammoniacus, et, si locus valde humidus est, spiritus quidam additur, vel si scordium, absinthium, ruta in vase clauso et sic dicta cucurbita ex spiritu ardente coquuntur et expresso liquori acetum et sal ammoniacus additur.

§. 196.

Calida vero haec omnia admoueri oportet, maxime enim prodest calor, nocet omne frigus. Quo tempore etiam fomenta mutanda, vel, si inaruerunt, iterum madefacienda sunt, auertendus aeris afflatus (47), illudque obseruandum est, quod (38) praeceptum est. Quo fomentis calor diutius maneat, illis eminus adponi potest concalefactoria tegula, non nimis tamen his membrum onerandum est. Quia etiam cutis, si putrescendo intenditur, medicamenta, quo minus descendant, prohibet, ea prius, quam haec admouentur, concidenda est. (80.)

§. 197.

His vero adhibitis non raro increscens gangraena continetur. Si vero illa constitit et tumor se ad naturalem

alem duritiam coloremque inclinat (66), aegro danda unt resoluentia, sorbitiones ex herba scordii, saluiae, eronicae, radice cichorii, sassaparillae, nec non analeptica, et aliquid meracioris vini. Quae, quibus temporibus, et quantum eorum dari possit, ex ratione vel dauctae vel leuatae solutaeque febris apparebit.

§. 198.

Quod si vero gangraena eo processit, vt super utri serpenteque vlcere arida et intentioni cuidam roxima vel corrupta foetidaque crusta sit, medentis onsilium ad illud dirigi debet, vt haec, moto, inter id, uod viuum, et quod mortuum est, pure, resoluatur. um vero pus moueri nequeat, si locus sine omni inammatione est, hanc non prorsus cohiberi, sed potius d suppurationem dirigi expedit. Nocere igitur et 1 hoc casu possunt sanguinis missiones, alui ductiones, : alia, quae omnem febrem tollunt, vitalemque vim neruant. Viribus potius, datis analepticis, succurendum et aliqua febricula accendenda vel toleranda est.

† Quodcunque gangraenae genus sit, si iam notae quaedam sunt virium plus minusue fractarum, nocent omnia euacuantia, quia iis hoc fit, vt motus humorum a parte affecta retrahatur, fiatque putridi resorptio, serpatque putredo, neque corruptum a viuo separare possit natura, pus mouendo inter id, quod viuum est et illud, quod mortuum. Quam ob rem et tum, cum a vehementiori inflammatione gangraena coepit, non sine magna animi attentione aut sanguis detrahendus aut aluus mouenda est.

§. 199.

Protinus vero, quo corrupto humori exitus detur, : medicamenta melius penetrare possint, ad corpus num vsque concidenda etiam crusta est. Plagae faiendae sunt, non solum rectae et maiores, sed et aliae anfuersae. Incidendae enim sunt transuersae apoeuroses (44. 83.) v. g. musculi bicipitis in brachio,

musculorum rectorum abdominis, fascia lata femori quo harum neruosarum membranarum intentio toll tur et plagae satis pateant. Summopere vero cauen dum est, ne praecidantur maiores venae, arteriae atqu nerui, qui sub adipe conduntur.

† Sic incidenda et crusta sicca et vlcus humidum, vt ad v vum quidem perueniant plagae, sed id minime vulneren alioquin et nouus dolor fit, et sanguinis iactura, et pror pta putridi resorptio. Ex incisis locis exiens humor putr dus diligenter vel pannis mollioribus vel spongia absterge dus est, et munditiei opera danda, quam diligentissime.

§. 200.

Extrimsecus aliena sunt reprimentia et siccanti Omne enim auxilium petendum est ab emollientibu et ab iis, quibus putrida curantur. Imponantur it que crustae incisae cataplasmata ex mollientibus (91 additis etiam amaris (193), quae ex lacte coquuntu Si crusta valde putrida est, id quod ex odoris foeditat dignoscitur, acetum vel spiritus cataplasmatibus adii potest. In hoc casu vero commodissimum est, cru stam concidere, et prius, quam cataplasma iniicitu eam calido aceto vel spiritu fouere, hisque etiam saler ammoniacum addere. Semper enim medicament vtendum, quae corruptionem coercent, ast vero prae cipue iis, quae mitius hoc efficiunt, ne spissatis humo ribus materia valentius retineatur et suppuratio coh beatur. (193. 194.)

† Emollientia cum amaris conueniunt praecipue tum, cur dolor partem adhuc tenet. Videndum tamen ne applic tiones humidiores putredinem augeant. Qua de re no modo putredini aduersa adiicienda sunt, sed et cataplasm ta ad debitam spissitudinem percoquenda, epithemata ver diligentius exprimenda, atque sic demum admouenda. Putre dini aduersa sunt vinum acidum, acetum, spiritus vel vini ve frumenti, aer fixus, puls aliqua fermentans, camphora, flore chamomillae, cortex, myrrha eiusque liquamen, aloe, sed hae omittenda si aluum sollicitat. Emplastrum sulphuratum descr ptum a SCHMVCKERO in Obseruationibus (*in chirurgische Wahrnehmungen, 2ten Bande*). In eorum defectu amari sim-

ſima quaelibet, et ex iis parata decocta maxime ſaturata, aut cataplaſmata. Si gangraena humida eſt et inciſiones ſat multae factae ſunt, humor putridus antea quam medicamenta admoueantur, diligentius remouendus et pars abſtergenda,

§. 201.

Gangraenam vero ſtare, et pus inter id, quod emortuum et viuum eſt, moueri, ſignificat cruſta, quae depreſſior fit ac contractior, orae autem vlceris circa cruſtam, quae intumeſcunt, rubent et pure madent. Tunc autem confert, cruſtam iterum concidere et per diductas lateque patentes plagas demittere linimenta, puri ſubter mouendo et vlceri purgando idonea. Ad illud aptiſſimum eſt vnguentum baſilicum, cui vnguentum Aegyptiacum, vel aliud Felicis Würtzii admiſceri poteſt. Mercurius etiam aqua forti ſolutus et aqua plantaginis dilutus, ſeu liquor Belloſtii vtilis eſt, in quem penicillum vel ſpecillum linamento inuolutum, demittendum, et ſuper cruſtam illumque locum, qui inter integrum vitiatumque eſt, teneri poteſt. Linteolum etiam his madefieri poteſt, et ſuper id, quod emortuum, iniici, ſuper linteolum vero cataplaſma imponi. Non facile ad ea veniendum, quae vehementius erodunt atque adurunt. His enim et illud, quod viuum eſt, aduritur, et huic noua cruſta inducitur, quam reſolui aeque neceſſe eſt. Nec confert, cruſtam excidere, vel vi a viuo diducere. Cruenta enim ſectione noua ſubinde inflammatio cietur. Si tamen interea, dum cruſta mollitur atque reſoluitur, quae partes emortuae dependent, illae forfice poſſunt praecidi. Nec ſpiritus aut balſama proſunt, quae eſcharam ſiccant. Cuilibet vero vſus oſtendet, cur hoc, vel illo auxiliorum genere potius vtendum ſit, et quamdiu in aliqua curatione perſeuerandum. Ex mutationibus enim, quae incidunt, medendi vias trahere oportet. Inimicum eſt frigus, quare, ſi illud laedere poteſt,

eft, in eo conclaui, in quo curatur aeger, ignis con- nuus effe debet. Aft immodicus aeftus corpus, et bri, et corruptioni, magis obnoxium efficit, quare n parum expedit, aera et temperatum effe, et purum.

† Aeris impuritas in nofodochiis plurimum facit ad gign- dam gangraenam eamque augendam; quare praecipua r- dentibus cura effe debet de aere mutando, conclauil. repurgandis etc.

§. 202.

Quod fi vero iam vlcus magis ad fuppurationem fpectat, ipfaque crufta vacillare videtur, nulla alia m- dicamenta imponenda funt, quam, quae illam mollie- do refoluunt. Sunt autem digerentia: vnguentum melle, terebinthina, quae vitello oui excipiuntur, fe digeftiuum: et ex aliis cognitis compofitionibus, vn guentum bafilicum et vnguentum aureum. Supe dari etiam poteft recens acetofae herba, butyro nc falito fubacta, nec non farinae, atque emollientia lacte cocta, donec cataplafmatis temperaturam h beant. Si his tandem crufta refoluta fuerit, vlcu purgandum glutinandumque eft. (Vid. infra de Vu nere collifo.)

§. 203.

Maximum interea praefidium a victus ratione pe tendum eft, et omni cura enitendum, vt aegri vire alantur fuftineanturque, quare omnia, quae eas m nuere atque infringere poffunt, ftudiofe vitanda fun Victus vero non alius effe debet, quam, qui ex graui fimo morbo conualefcentibus neceffarius eft. Aege nec fuperuacua materia onerandus, nec fame perden dus eft. Si vires fuperfunt, eo tempore, quo vlcu glutinandum eft, leniora dari poffunt cathartica, i quod fere neceffarium, fi illud valde humidum eft.

§. 20[4]

§. 204.

At, si ex senectute, aliaue imbecillitate, gangraena enata est, omnia, quae in aliis casibus detrahendo iuvant, pestifera sunt. Nam in ea (179) sanguinem mittere, aluum ducere, et vires iam inualidas conuellere, hominem iugulare est. Danda sunt aegro, quae boni succi sunt, et alendo corpori idonea, iura feruentia, aromate, mace, vel nuce myristica condita, iura gelata, vinum dulce, idque feruens, aromate, cinamomo, caryophyllis conditum, ex medicamentis autem cardiaca, balsama vitae, sal volatilis oleosus Syluii, et prae caeteris cinamomum eiusque oleum. Naribus etiam admoueantur, quae grato odore vires reficiunt.

§. 205.

Aduersus hanc potissimum gangraenam ex imbecillitate ortam summopere recentiores extollunt corticem Peruuianum cum analepticis dandum. Hoc enim solo quandoque desperatam gangraenam expugnatam coercitamque fuisse pluribus exemplis probant *.

* De eo peculiarem Tractatum scripsit DVGLASSIVS. Vid. Cel. VATERI Diss. de efficacia admiranda Chinchinae ad gangraenam sistendam, Witteb. Anno MDCCXXXIV. et Conf. *The Medical Essays* Vol. II. Art. XXXIV. p. 383. Vol. III. Obs. V. p. 35. et Art. VI. p. 43. Vol. IV. Obs. X. p. 47. Dari potest quarta quaque hora cortex ad drachmae dimidium cum duplo confectionis alkermes, vel cum syrupo caryophylliorum. Aeger quidam post vncias duodecim corticis deuoratas conualuisse dicitur l. c. Vol. III. p. 42.

† Corticis chinae vsus post auctoris nostri tempora in curationibus gangraenae aliorumque morborum non paucorum adeo inualuit, vt nostra aetate nihil eo nobilius celebratiusque in arte salutari sit, et medicamenta, quibus Priores antea vsi sunt, hodie fere inefficacia prae eo et vilia habeantur; rectene an perperam non facile dixerim. Nam Priores, qui amaris illis aliis, scordii, centaurii minoris, cardui benedicti herbis, floribus chamomillae Romanae, radice gentianae, corticibus malorum aurantiorum similibusque vsi sunt, aegrotantium quosdam sanitati reddidere, alios et plures quidem haud seruarunt. Sumusne nos hodie fortunatiores? De eo iudicium pene s

alios esto. Quicquid autem eius sit, neque cortex is neque illa alia ad omnem gangraenam et omni tempore gangraenae recte dantur. Efficit etenim cortex arteriarum micationes vegetiores, solidam compagem corroborat, siccat, in oris vlcerum inflammationem ciet, putredini resisti et pus malum in bonum vertit, adeoque variis modis vires corporis excitat augetque, atque propterea in multis gangraenae curationibus mirifice prodest. Verum aut nocet aut certe non iuuat, si arteriae vehementius micant, si in loco gangraenae vicino inflammatio est, si crusta sicca est. Indicatur praecipue a pulsu paruo et debili, a notis febris putridae, siue ea gangraenam fecerit siue ab ea profecta sit, indicatur etiam ab vlcere gangraenoso humido, a laxitate et pallore atque tumore partium gangraenosum locum ambientium. Virtus eius, si magna quidem est putredinis vis, efficacior redditur adiectis spiritus Sulphuris vel alius acidi mineralis guttulis aliquot. Si laxitas compagis solidae magis peccat, alumen, vitriolum artefactum efficaciam eius auget. Si vero ingens virium imbecillitas est, cardiaca supra dicta admiscentur; denique si neruorum spasmi simul sunt, moschus, radix valerianae maioris, immo etiam opium iungitur, maximeque hoc, si dolores in affecta parte multi sunt et vehementes. Exhibetur vero cortex vel in pollinem contritus tenuem, vel specie infusi, et haec quidem forma imbecillioribus aegris accommodatior videtur, quoniam in debili corpore puluis difficilius soluitur subigiturque. Infusio autem fit vel frigida vel feruida aqua affusa. Si priori modo medicina paratur, adhiberi vinum vel aqua potest a cardiacis destillata. Si feruida fit infusio, quaedam ex supra dictis adiiciuntur et bulliens aqua affunditur. Quibus puluis magis placet, hi eum cum syrupis, conseruis et roob variis miscere atque sic electuarii speciem componere possunt. In ipso autem vsu corticis, qualicunque, videndum, ne alui fluxus, si quis sit, vires deiiciat. Sapienter enim CELSVS dudum dixit, gangraena affectorum *ventres esse comprimendos*. Quodsi igitur cortex fluxum alui facit neque iam vltima aegro infirmitas est, cum cortice aliquid ex liquido laudano Sydenhamii, vel simili opiato dari debet. Sed vero corticis vsus ad id genus gangraenae, quod a primis viis crudo et putrido obsessis, in caritate annonae aut aliis inepta vorandi occasionibus nonnunquam fit, inutilis est ab initio, nisi cum eo aluum perpurgantia simul adhibeantur, aut haec antea data sint.

§. 206.

Extrinsecus autem ad vitiatum locum conuertendus incitandusque sanguinis impetus est. Membrum itaque

itaque crebrius perfricandum, ei aptandae imprimendaeque cucurbitulae, imponendae cantharides ſunt. Super vitiatum vero locum ſuperhaberi poteſt emplaſtrum molliens, quod acriori ſtillatitio oleo conſpergi poteſt. Proficiunt enim prae caeteris olea caryophyllorum et cinnamomi ſpiritu vini excipienda, quae loco, qui inter vitiatum et integrum eſt, et ipſi etiam cruſtae, prius conciſae, illinuntur, et poſt cataplaſma emolliens ſuperdatur.

Vid. *illuſtr.* HOFFMANNI Diſſert. de Sphacelo ex cauſſa interna *feliciter* curato, Halae, CIↃIↃCCXVII.

§. 207.

Si acre et penetrabile frigus membra adurit (180), illud humores omnes cogit, eorumque figuram mutat, fibras vero adſtringit coarctatque, quibus tandem omnis vitalis motus ſiſtitur. Vbi vero extremae partes ſic inalgeſcunt et congelantur, maior ſanguinis vis fertur ad cerebrum, in quo vaſa diſtenduntur rumpunturque, vnde ſopor, et tandem lethalis apoplexia oriri poteſt.

§. 208.

Protinus opitulari debet chirurgus membris frigore rigentibus, illaque in viuum calorem reuocare. Hoc vero fit admotis quibusdam, quae paulo maiorem calorem in ſe habent. Vſus enim docuit, ſi gelu praeſtricti humores magno calore repente ſoluuntur, eos rarefactos rumpere vaſa, et ſic membro immedicabilem noxam mortemque adferre. Calor paulo maior, quam in glaciali frigore rigentibus membris, eſt in omni, etiam frigidiſſima, aqua, modo haec nondum conglaciata ſit, nec non in niue; quare membra gelata vtiliter in frigidam demittuntur, vel niue aliiſque gelidis operiuntur, quae contractos denſatoſque humores pedetentim et ita ſoluunt, vt motu vitali iterum cieri poſſint. Nec multo igne percalefactum

cubiculum ſit, in quo aeger curatur. Expedit eti membris, poſtquam regelata ſunt, frictionem adhibe et ſic cutim intentione infirmatam durare. Intus mat aeger vinum meracius feruens, vel cereuiſiam lentiorem feruentem, quae potiones aromate cond debent. His, quae vires recreant et reſtituunt, ac poſſunt alexipharmaca, quorum ſalubris effectus eſt, ſudorem per omne corpus diffundunt. Huius r cauſa etiam aeger continere ſe debet et ſtragulis co tegere.

† Pars gelu aduſta et poſt calore ſubitaneo excepta multu admodum intumeſcit, rubet, liuet, dolet, atra fit, et p varia frigoris vehementia, vel extrinſecus tantum vel per tiſſime corrumpitur. Ne tum quidem omittenda ſun quae Auctor praecipit.

†† Aqua frigida et nix, et haec quidem praecipue non mod ſingula membra gelu acri aduſta, ſed et totum corpus om ſenſu motuque priuatum atque adeo mortuum viſum reuc care ad viuum poſſunt. Si nix non eſt, aquae ſubinde ad iicitur glacies, ne aqua nimium tepeſcat. Si totum corpu ita curatur; os et nares, maxime ſi aqua vtimur, extra han emineant. Vtroque etiam caſu cauendum eſt, ne rudior tractatione partes cartilagineae aut oſſa longa frangantur. Frigus enim nimium oſſa fragilia reddit vel in bene valentibus. Atque hac prudentia maxime opus eſt, ſi partes congelatae, niue non modo conteguntur, ſed et ſimul frictione vis eius efficacior redditur. Si his factis ſigna quaedam vitae animaduertuntur, naribus offertur aliquod irritans, v. c. ſpiritus ſalis ammoniaci, initio eminus poſtea cominus; nares fauceſque irritantur plumula, aer per os, compreſſis naribus, inflatur, fumus herbae nicotianae in aluum mittitur. Auctis iam vitae ſignis frictio corporis fit, et aqua paulo minus frigida adhibetur, et paulatim homo in conclaui paulo temperatiori et lectulo ponitur, fiuntque reliqua a PLATNERO dicta.

§. 209.

PERNIONES autem fiunt, ſi frigus non ita valenter infeſtauit membra, et vitium in cute conſiſtit. Modico dolore, intolerabili pruritu et ardore vexantur aegri, id quod etiam accidit, ſi quaedam membra, quae olim gelu riguerunt, iterum ſubito frigore excipiuntur.

tur. Haec etiam grauiter plerumque afficiuntur, ſi tempeſtates mutantur, illaeque non aequales ſunt, ſed multum variant. In his enim non ſanguis gelu denſatur, ſed alius humor, qui minoribus fiſtulis continetur, lympha, et, quod per cutim excernitur, ſerum. Inde, ſi malum paulo altius inſedit, puſtulae oriuntur, et poſt exulceratio, quae difficilius ſaneſcit.

† Perniones facile contrahunt homines debiliores, infantes, foemellae, iuuenes, otioſi, corpus nimio calore et veſtibus continuo fouentes, itemque cacochymici. In omnibus enim his ſanguis eiusque riuuli facile a frigore congelante in principia ſua diſſoluuntur, et gelu conſiſtentes in vaſculis ſuis quieſcunt. Vis frigoris ſolidas fibras contrahit etiam. Subito admiſſus deinde calor repente expandit quieſcentes humores, a quibus vaſa minora et fibrae aut rumpuntur, aut ſaltem robore ſuo priuantur. Si hoc fit, tantummodo tumores oriuntur, ſi illud, cutis puſtulis exaſperatur, quae ſaepius in vlcera abeunt, quae non pus, ſed mucoſi quid habent, et curationi pertinaciter reſiſtunt, ad cicatricem perducta facile refricantur, et interdum non niſi accedente calore vernali ad ſanitatem perueniunt. Perniones quoque ſequente hyeme plerumque redeunt. Si malum vehemens eſt, pars non modo laborat et ad vſum inepta eſt, ſed et vniuerſum corpus afficitur, maxime ſi ampla et diuturna vlcera accedunt. Cum iis etiam oſſium caries eſt. Auertuntur perniones vitando cauſſas ſupra dictas. Si iam partem tenent, nix aut ſi ea non eſt, aqua gelidiſſima, aut vegetabilia congelata aliquoties die impoſita, multum prodeſſe ſolent, niſi fortaſſe frigus quosdam offendat et tuſſim ventrisque dolores moueat. Si per haec tumor non reſedit, ſanguis craſſus, e parte affecta euocari poteſt, vel hirudines vel cruentas cucurbitulas adhibendo. Praeter medicamenta a PLATNERO propoſita laudantur balſama naturalia quacuis vitello oui ſoluta, ſeuum ceruinum, butyrum, nucleorum cacao aliaque oleoſa et pinguia, cera et reſina, quae inter ſe remixta in ſpeciem cerati, vnguenti, emplaſtri varie componuntur; item aqua vegetabili-mineralis, aqua traumatica Thedenii, Spiritus camphoratus crocatus, eſſentia ſuccini, ſpiritus ſaponatus multaque alia. Siccioribus et pernionibus durioribus priori, laxis et pernionibus mollioribus poſtremo loco dicta conueniunt. Vt ne hyeme ſequente perniones redeant in pedibus, hos per aeſtatem, autumnum et hyemen aliquoties in hebdomade aqua calida fouere cubitum iturus debet, et aduerſus frigus diligenter nunquam non munire. Hoc a CELSO noſtro laudatum

datum remedium opem mihi ipſi certam attulit. Hi qui vel iam ante admiſſum frigus prauitate ſuccorum laborarunt, aut ab eo ita laeſi ſunt, ſanguinem purgantia intus ſumant. Quodſi perniones in vlcera abeunt, pars quieſcat, aduerſus frigus diligenter cuſtodiatur, molliter habeatur, vlcus purgetur balſamo Arcaei, impletum ſiccetur vnguento vel emplaſtro quodam ſaturnino. Si in vicinis locis tumores ſunt, adhiberi iis quaedam poſſunt ex antea dictis. Si diuturna fuere vlcera, fonticulus in loco aliquo neceſſarius eſt, aut certe adhibenda ea, quae ſanguinem purgare dicuntur, itemque aluum purgantia, diuretica et ſudorem mouentia.

§. 210.

Auerti poteſt hoc malum, ſi membro, quod olim gelu infeſtatum fuit, eo tempore, quo hybernum frigus impendet, illinitur oleum petrae, vel oleum terebinthinae, cui aliquid olei adiici poteſt, quod ex ſemine raparum exprimitur. Simile oleum etiam chartae illitum ſuper locum commode imponitur. Si autem frigus iam illud aduſſit, et puſtulae ortae fuerint, ἐυπόριςον eſt, ſi rapae congelatae conteruntur et imponuntur. Rapae etiam temperari poſſunt oleo lini, vel alio molliente, vel butyro non ſalito, quae igne liqueſcant, donec habeant linimenti temperaturam: Vlcera ſi fiunt, illa curantur, vt mox de ambuſtis dicemus.

§. 211.

Si tanta frigoris vis fuit, vt membrum ſeruari non poſſit, illud praecidi oportet. Non omittenda obſeruatio eſt, aliquando maximum et penetrabile gelu etiam oſſibus vitium attuliſſe, maxime, vbi illa iuxta articulos rariora ſunt. Difficilius haec ſaneſcere dicuntur, niſi etiam ex oſſe illud, quod gelu aduſtum eſt, tollatur.

Illud crebrius obſeruatum fuit in Suecia poſt reditum exercitus ex Noruegia, reſque ibi Anno huius ſeculi decimo octauo minus feliciter geſtas. Magnus enim numerus militum frigore periit, plures alii truncos artus habuerunt. Vid. Laur. ROBERG Diſſert. Chirurg. de Pernionibus, Vpſaliae,

liae, Anno CIↃIↃCCXXII. Addita eſt tabula, qua oſſa frigore aduſta vitiataque expreſſa ſunt.

† Id quod illo tempore accidit in plerisque aliis expeditionibus bellicis accidere ſolet, quae hyeme fiunt; neque nunquam pacis tempore in ſingulis hominibus penetrabile frigus membra tam grauiter adurit. Ad reſecanda autem membra non protinus feſtinandum, ſed antea incidendo carnes et adhibendo putredini aduerſa curandum eſt, vt vis vitalis in partem reuocetur. Quae ſine tum quidem redierit, id quod ſeruari nequit, reſecari debet.

## §. 212.

Gangraenae, quae a compreſſis dilaceratis arteriis (181), venis (182), neruiſque (186) enata fuit, vel nullam, vel non aliam curationem recipit, quam, ſi id, quo vitales humorum motus impediuntur, tollitur. Si vero gangraena membrum occupat, quod ferulis adſtrictioribuſque faſciis compreſſum et fere aridum factum eſt (183), illud aliquando, niſi penitus emortuum fuerit, ſaneſcit, ſi digerente vnguento ſuperinungitur et ſimul manibus leniter pertractatur, poſt vero adhibita eadem perunctione crebrius diuque perfricatur *. Si membrum, ex hac occaſione iam ſphacelo occupatum eſt, non ita ad chirurgiam illam arduam, qua membrum praeciditur, feſtinandum, quia ſaepe id, quod emortuum eſt, ab integro ſponte ſoluitur. Os etiam, quod detectum fuit et vitiatum, vltro plerumque a parte ſana recedit.

* Vid. ſingulare huius rei exemplum in C. A. R. Sc. MDCCII. p. 270.

## §. 213.

Si ſcorbutus adeo inualuit, vt membra gangraena laborent, parum ad ſalutem proficiunt medicamenta, niſi adhibeatur victus conueniens, ad cuius rationem cura medentis potiſſimum transferenda eſt. Eſt tamen in hoc morbo etiam quaedam diuerſitas. Si enim hominem, qui ſcorbuto aeger eſt, febricula extorret, quae ſitim accendit, et animam foetidam reddit,

dit, ſi vlcera etiam impura nigraque ſunt, horumque caro corrupta eſt atque mali odoris, ſi vrinam craſſam mittit atque foetidam, conducunt iuſcula pullorum cohortalium, cum quibus miſcetur acidus ſuccus citrei mali, vel herbarum recentium acetoſae et acetoſellae. Praeſtari etiam copioſior ptiſana debet (64), cui ſimilis ſuccus horaeorum vel hydromel adiectum eſt. Alvus etiam, ſi per vires id licet, tamarindorum decocto (63) crebrius ducenda. Vbi autem ſcorbutus ſine febre eſt, vlcus vero ſordidum et pallidum, cochleariae recentis, vel naſturtii et fumariae, trifolii fribrini, et aliarum herbarum, quibus a ſcorbuto nomen eſt, decocta opportuniora ſunt. Nihil vero ſalubrius, nihilque magis neceſſarium eſt, quam aeris mutatio. Nam peſſimum eſt aegro caelum, quod aegrum fecit. Extrinſecus fomentis et cataplaſmatis etiam addi poſſunt illae herbae, et adhibenda auxilia, quae ad locum affectum humores euocant. Fomenta melius ex vino coquuntur. De gangraena ex morſu venenato (185) vid. infra de vulneribus venenatis.

† Gangraena vero ſcorbuto laborantibus vix non ſemper minatur mortem; neque facile ita aegrotantes alui ſolutionem ferunt, adeo vt nec illa acriora ſic dicta antiſcorbutica ſalutem afferant, ſi aluum nimium mouent. Ad id ipſum igitur animus aduertendus eſt, ſi herbae eae recentes iuſculis incoctae aegro dantur. Si aliis generibus cacochymiae nomen ſcorbuti imponitur, eis accommodanda medendi ratio eſt, petenda quidem a natura vitii, quo humores inquinati ſunt. Alui ſolutio autem neceſſaria eſſe poteſt in iis, quorum primae viae crudis putridisque laborant, vt in militibus gregariis non raro ſit.

§. 214.

Quod ſi ſphacelus ſedes occupat carnoſas (190), membrum autem praecidi nequit, aliquando vitiatum tolli poteſt, ſi maior vis adhibetur. Hic vero nihil intereſt, an ſatis tutum praeſidium ſit, quod vnicum eſt. Maior autem ſpes eſſe ſolet, ſi vitium a non ita mala

ıala cauſa ortum fuit. Concidere itaque oportet id, uod inter integrum atque vitiatum eſt, et ipſam et-ım cruſtam ad viuum vſque, per plagas vero demit-ere medicamentum, quod putrem carnem vehemen-us erodit atque exeſt. Inter haec extollitur acre li-um, quod paratur ex calce viua et cineribus clauella-s inter ſe in loco ſubterraneo liquatis. Etiam adhi-eri poteſt ſpiritus ſalis ammoniaci cum calce viua, quor Belloſtii (201), butyrum Antimonii. Veteres dmoto ferramento locum ſemel iterumque aduſſe-ınt, qua efficaciori chirurgia id, quod vitiatum eſt, idum fit. Si ſphacelus conſtitit, vlcus purgandum, ıtriendum, et ad ſanitatem perducendum eſt.

† Ad animum hoc loco reuocari debent, quae ſupra praecepimus, h. e. incidendum quidem eſſe vlcus tale putridum ad viuum vſque, ſed tamen ſic, ne cruentatio fiat. Si multa humiditur eſt, in plagas factas pulueres ſicci amarorum demittantur, epithematis vero adiiciantur alumen, vitriolum, plantae adſtringentur. Quae et adhibenda ſunt, ſi homo laxioris habitus extremas corporis partes gangraena valde humida, tumore inſigni concomitante, affectas habet. Si in valde carnoſis gangraena altius deſcendit, licet quosdam ſequi, qui ſuperiora vlceris, valde putrida, ſecando tollunt. Sed ne tum vulnerari viuae carnes debent. Denique verbum in fine huius capitis adiicio de amputatione artuum gangraena affectorum. Si omnia, quae hactenus praecepimus, fruſtra adhibita fuere, rationi conuenit reſecare, quae ſeruari nequeunt. Reſectio autem tum demum locum habet, cum iam ſtat gangraena. Et quia homo ita affectus viribus vitae non abundat, et reſectionem in viua parte vix fert, in limitibus mortuae partis reſectio fieri debebit. Separatio enim mortui a viuo a ſula natura exſpectari non poteſt, niſi in articulo fortaſſe ſerpere deſierit gangraena. Reſectione autem ſaltem hoc conſequimur, ne putror reliquo corpori denuo noceat. Si in media artus parte ſteterit gangraena, velleſne committere rem omnem viribus naturae? et ruſticus exſpectare, dum defluet omnis?

ADVSTA.

# ADVSTA.

§. 215.

Cum non magnum diſcrimen ſit inter aduſta et in- flammata, et cum ſimilis etiam curatio iis adh- beatur, ſequi videtur, vt de his dicamus. Corpus v- vum vero adurunt ignis, fulmen, puluis pyrius, ignem concepit, metallum quoduis candens et l- quatum, calx, ſi illa aqua accenditur, omne fluidu feruidum atque liquatum, aqua, oleum, butyrum, ſ- vum, cera, pix, et ſimilia. Omnia haec corpora, tu fluida, tum ſolida, quo maiorem ignis vim habent, quo magis ſolida ſunt ac denſa, fluida vero, quo mag tenacia ac craſſa, eo vehementius atque celerius co pus adurunt. Multum etiam intereſt, ſi membru igni et corporibus, quae igneſcunt, propius fuit a motum, et ſi iniuriae illi vel diu, vel parum, fuit e poſitum.

§. 216.

Aſt et aduſtorum magna diuerſitas eſt. Si enir leuior noxa eſt, pars rubet, non tam dolet, quam vehe menter prurit, nec epidermis abſcedit, quamuis frica tio adhibeatur. Quae ſic aduſta ſunt, ab inflammati non differunt, et ea ſimilis curatio ad ſanitatem per ducit.

§. 217.

Plus mali eſt, ſi in membro tumor eſt, intolerabili ardenſque dolor, cutis vero exaſperata, puſtuliſque ma ioribus impleta. Haec ſpecies difficilius, et non, nil pure moto, ſaneſcit.

§. 218.

Vehementior noxa eſt, ſi et cutis et adeps aridae ſunt, ſiccae, et aeger earum intentionem ſentit, ſi pu ſtulae ſubnigrae ſunt, et ſub his vlcus nigrum vel liui- dum

um, cutis fere fine fenfu eft. Haec eam curationem
efiderant, quae in gangraena neceffaria eft. Vitia-
um enim ab integro refoluendum eft.

§. 219.

Membrum, fi igne ita peruftum fuit, vt ei, fi etiam
l os vfque fcalpellus demittitur, nullus fenfus fit,
hacelo laborat.

§. 220.

Inter haec tamen aliquod etiam difcrimen eft. Si
oxa infertur candente liquatoque metallo, vel igne
que fulmine, omnia denfantur et crufta fit arida,
ntracta intentaque. Si vero illud fit aqua, vel alio
ruido liquore, vlcus magis humidum fit, exulceratio
ucofa.

§. 221.

Loca neruofa, membranae, neruique maiores, fi
luruntur, propter fummum dolorem maius pericu-
m habent. In glandulis, multum humorem haben-
bus, mala vlcera fiunt. Pueri, fenes, et quibus ma-
s corporis habitus eft, difficilius ad fanitatem per-
niunt. Si oculus, et praecipue tunica cornea, adu-
ntibus laefa fuit, lumen amittitur. Si totum corpus,
iamuis non ita vehementer, ambuftum eft, illud mul-
m periclitatur, quia omnis perfpiratio tollitur. Vbi
teps comburentibus exefa eft, illa haud renafcitur
70), et cicatrix concaua fit atque foeda.

§. 222.

Aduerfus primam fpeciem (216), et fi parum ad-
a et integra cutis faltem rubet pruritque, expedit;
otinus membrum igni eminus admouere, vel in fer-
lam demittere, quae res efficit; vt humores, qui
ncurrere coeperunt, foluantur. Proficiunt etiam
primentia (76. 77.), acetum acerrimum, atramen-
m et vitriolum aqua folutum, nec non acetum, ex

quo lithargyrium decoctum fuit, item ſal cum acet vel vino auſtero, vel etiam ſpiritu vini. Fere op mum eſt, ſi vulneraria aqua admouetur et linteolu ea madens imponitur. Si liquor talis deeſt, ſpirit ardens cum multa aqua miſceri et ſuperhaberi pote Spiritus enim ardentes valentiores denſant contr huntque cutim, huiuſque vaſcula (194). Si iam cu puſtulis minutis plena eſt, imponi poſſunt cataplaſm ta emollientia, ex aqua cocta, quibus parum ſpirit ardentis adſpergi poteſt. Si malum leuius eſt et parte exigua, illud vix intus ſumenda medicamenta c ſiderat. (62. ad 70.)

✝ Si pars aduſta ardente dolore tantum afficitur, ea quae lidis partibus robur addunt, proſunt, vt illa ab Auctore l data, itemque ſolutio ſacchari ſaturni, aqua Goulardi, aq traumatica Thedenii. Si dolor nimis vehemens vel in pa ſenſili vel homine teneriori et mobiliori eſt, lenientia hibenda ſunt v. c. cremor lactis acidus dictus a noſtratib h. e. is, e quo butyrum paratur, itemque oleum lini, ſi non eſt in promptu, aliud quoduis recens, non rancidu identidem admotum. Si pars aduſta latior eſt, neceſſa eſſe poteſt ſanguinis miſſio. Atque ſola lenientia app canda ſunt in locis, vbi cuticula in veſicas eleuata eſt, ſi h quidem antea inciſae ſunt, *relicta* tamen *epidermide.* F tum quoque optimum eſt, oleum lini, aut vnguent quoddam ſaturninum, ſed et id recens paratum eſſe deb Niſi ipſa ſubiecta cutis deſtructa ſimul ſit, epidermis rena tur, ſine cicatrice. Sin cutis in locis quibusdam altius adu eſt, vlcera fiunt, vbi adeo cicatrices fiunt. Nec haec lo irritantibus medicamentis ab initio, dum multus dolor curanda ſunt, ſed leniſſimis.

§. 223.

Vbi vero maiores peioreſque puſtulae ſunt, v cutis arida contractaque (217), pus moueri nece eſt. Ad id valent vnguenta. Inter notas compo tiones eſt vnguentum nutritum, quod ex aceto f quod lithargyrium excepit, cui additur oleum. E etiam alia compoſitio, quae nomen ab autore, Barbe te, habet. Cepae etiam, ſi cum butyro non ſalito fr guntu

untur, vel, ſi illae miſcentur cum ſale et ſapone Veeto, atque haec oleo quodam, ad id idoneo, v. g. rarum, liliorum alborum, et adipe excoquuntur, imoni queunt. Super vnguenta vero, vitiato loco illi., vel mediante linteolo impoſita, dari poſſunt cataaſmata, quae emolliunt. Si omnia putrida fiunt, et aioris corruptionis metus eſt, adiici poſſunt, quae orruptis medentur. (193. ad 196. 200.) His omniıs enim efficiendum eſt, vt pus moueatur, vitiatum nortuumque a ſano reſoluatur, et vt dolor leniatur.

§. 224.

Quod ſi vero ignis magna et penetrabilis vis peniıs deſcendit (218), neceſſe eſt, vt cruſta cadat, et cus purum fiat, ad quod eadem auxilia adbiberi poſnt, quae (198. ad 201.) praecepta ſunt.

§. 225.

Vbi vlcera purgata ſaneſcunt, neceſſaria ſunt, quae rnem alunt et vlcus implent, aliena vero, quae ſicnt et reprimunt. Enitendum enim eſt, decoris cau-, maxime in facie, vt cicatrix, quantum fieri poteſt, creſcat, et vt laeſum membrum ſanitatem, qualis eſſe oteſt, recipiat. Vlcus vero nutriunt balſama, et ae aliis myrrha cum albo oui liquata.

* Liquamen myrrhae, quod dicunt, ſolum id, ego quidem ad vlcus nutriendum non adhibuerim; nimium enim ſiccat. Vnguenta balſamica praeferenda ſunt.

§. 226.

Si digiti ambuſti fuere, illi aliquando, propter comunem exulcerationem, niſi congrua adhibeatur fa-a, coaleſcunt. Non alia vero faſcia idonea eſt, quam, ıae figuram chirothecae habet, vix illa habena, quae ebrioribus circumductionibus digitos comprehent. Haec enim ſine graui exulceratarum partium fenſione haud iniicitur. Si concreti ſunt digiti,

oportet eos ſcalpello diducere. Crebrius etiam e
mala cicatrix curuos reddit, id quod vel tendinum, v
cutis, vitium eſt, in quo caſu tentanda ſunt mollient
Confert itaque quantum id dolor permittit, digit
mouere atque extendere, et eos, etiam curatos, cr
brius in tepidam aquam vel oleum demittere, illoſq
oleo, vel vnguento, multum perfricare. Eadem cur
tio etiam cicatricibus concauis, nec non articulis, a
hibenda eſt, ſi iis ex ſimili noxa rigor manſit.

† Digiti aduſti non modo a malis cicatricibus curui reddu
tur, ſed quoque a liberali vſu aquae vegeto - miner
Goulardi.

§. 227.

Si ad ambuſta vehemens inflammatio accedit, cir
ipſum vlcus imponi poſſunt reprimentia (76. 78.),
diſcutientia (79. 80. 81.).

§. 228.

Oculum ſi materia quaedam ignea laeſit, in illu
demitti debet cremor ex ſemine cydoniorum paratu
quod cum aqua roſarum terendum eſt. (137.) Si co
neae puſtulae inſident, hae incidendae ſunt vel acu, v
ferramento ad id aptato. *Fig. VI.* Si accedit gra
inflammatio, alia auxilia requiruntur. (Vid. de Op
thalmia.) Vlceribus, ſi in cornea manent, prode
vnguentum de tutia.

† Ad ambuſta valde laudatur aqua traumatica Thedenii;
eius vſu omnino videatur THEDENIVS l. c.

†† Si oculus et palpebrae aduſtae ſunt, et pus alunt ſu
mopere cauendum, ne palpebrae inter ſe vel cum ocu
concreſcant; interponenda eſt particula veſicae tenuio
(*Gold-Schläger-Blaſe*). Si partes genitales ita affectae ſu
ſimili prudentia opus eſt. Si collum ita laeſum eſt, caue
dum eſt, ne obſtipum fiat. Itaque ſtatim atque per dol
rem licet, adhibita faſcia caput, quam fieri poteſt, erectu
praeſtandum eſt, anteaquam vlcus ad cicatricem perueniat

AMPVTA

# AMPVTATIO MEMBRORVM.

§. 229.

Membrum, quod totum vitiatum eſt, et ſeruari non poteſt, reſecandum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Si os immedicabili carie, vel παιδαρθροκάκῃ exeſum eſt. Si maior arteria, vel vena, diſſecta fuit. Si poſt ſubitam cauſam, ictum grauiorem, os penitus colliſum, magna inflammatio et gangraena metuenda eſt, ſaepe praeſtat, ad hanc chirurgiam protinus confugere, quam illam infractis viribus ſuſcipere.

§. 230.

At enim haec chirurgia non prius experienda eſt, iam, ſi tantum mali ſubeſt, vt medicamentis vinci on poſſit. Neque tamen illa omni tempore, neque omni vitio, experienda eſt. Nam ſi gangraena, vel alignum vlcus et oſſis vitia, adeo inualuerunt, vt nnes in corpore ſucci iam corrupti ſint, ſi aeger iam ıbecillus factus eſt (176), vel, ſi ex longo morbo eum bes male habet, nec haec chirurgia eum ad ſalutem rducere poteſt, ſed mortem maturat. Quandoque nen ſatius videtur, anceps remedium experiri, quam llum.

† De amputatione artuum maiorum vel neceſſaria vel non neceſſaria et inutili legatur, BILGVERI *Diſſ. de amputatione artuum rarius inſtituenda ſeu potius abroganda*; maximeque SCHMVCKER *in miſcellaneis obſeruationibus* Tom. I. (*Vermiſchte chirurgiſche Schriften*, *herausgegeben von Ioh. Lebrecht Schmucker*; *im erſten Bande.*) His a SCHMVCKERO propoſitis nonnulla oppoſuit IO. GOTTL. RICHTERVS, Vir Cl. in *Biblioth. Chirurg.* T. IV. Sed ad haec SCHMVCKER quaedam repoſuit in praefatione Tom. II eiusdem libri. Ad ſcriptiones iſtorum virorum, doctas illas, equidem iam lectores remitto, ne prolixo ſermone in libro generis compendiarii faſtidium creem iunioribus, crambcn bis coctam ſi apponam. Non otioſum prorſus auditorem huius; noſtra aetate de amputatione agitatae controuerſiae me fuiſſe, haud pauci norunt. Sed etiam legi poſſunt, quae de materia hac ſcripſit Auctoris noſtri Filius ERNESTVS in Supplementis Parte prima.

§. 231.

Si vero membrum praecidendum eſt, ſemper a- quid ex ſana parte excidi oportet. Nonnulli veteru qui vaſa haud comprimere nouerant, et qui meti runt, ne aeger ſanguinis profuſione ſub ipſo ope moreretur, aliquid ex aegra parte reliquerunt, et ha poſt factam praeciſionem vehementius aduſſerunt, quod vero et periculoſum eſt, et crudele.

Vid. de varia methodo membra amputandi Comm. A. R. MDCCXXXII. p. 285.

§. 232.

Digitus tollitur, ſi is ſcalpro exciſorio ſubmittit et hic malleo ligneo percutitur. Vel praeciditur fo cipe *, vel, id quod optimum eſt, ſcalpello, quo artic lus exciditur. Excidendi ratio haec eſt. Alius hon cutim a digito, quantum poteſt, reducit. Nam exp dit, hanc ſub eiuſmodi curatione laxam eſſe, vt po ſectionem os nudatum quam maxime ea conte queat. Incidenda ſunt ſcalpello omnia, ad os vſqu ſic, vt haud contra os ſanum eiuſque cartilaginoſu capitulum id fiat, ſed potius aliquid ex oſſe, quod c mendum eſt, excidatur. Sectio incipit a ſupremo gito, qui prius inflectendus eſt, vbi vero ſcalpellum a medium vſque articulum venit, digitus ſub ipſa ctione extenditur, et, id quod ſupereſt, praeciditur.

* GARENGEOT *des Inſtrumens* T. II. p. 237.

§. 233.

Si digitus totus demendus eſt, cutis et reliqu quae inter metacarpi oſſa ſunt, findi prius debent. C tis, quantum fieri poteſt, ſeruanda, quare ſectio pr pinquior fiat digito vitiato, quam ei, qui ſeruandus e Contra quorundam digitorum articulos poſita ſu oſſicula, quibus nomen a ſeſami ſemine eſt. Illa iam excidenda, non relinquenda ſunt. Quia praec

muſc

musculorum tendines vaginis suis, quibus comprehenduntur, constringuntur (143), quae res magnam mouere potest inflammationem, commodissimum est, vaginam secti tendinis forfice paululum findere.

§. 234.

Non ita periculose fluit sanguis, in cuius cursu aduersus inflammationem auxilium est. Si tamen profusionem timet chirurgus, satis ad sanguinem supprimendum valet alcohol vini. Arteriae iniectis pannis e latere comprimendae sunt, vt ora praeclusa habeant. Si necessitas postulat, illae apprehendendae et deligandae sunt. Nocent alia, quibus vulgo sanguis sistitur. (Vid. de vulnerum haemorrhagia.)

† Non tamen semper possumus sanguinem sistentibus carere. Non semper enim licet retracta vasa e latere comprimere; neque nimis morbidorum corporum vasa patiuntur sese constringi; rumpuntur enim; itaque iniicienda tum est farina multa pulueri gummi arabici mista, et si sanguis valde resolutus est, intus danda incrassantia, tanquam idem gummi, farinosa et similia, cum spiritu vitrioli.

§. 235.

Supra frontem ossis integri cutis inducitur, vt ea quam maxime vndique contegatur, reliquum linamentis, seu puluillis, contegitur, superque hos ponitur pannus multiplex paulo densior, superdatis spleniis, quae vulnus in speciem graecae literae X decussant. Super haec autem iniicitur fascia, quae latitudinem digiti habet. Ea incipit a carpo, adscendit ad vulnus, idque decussatim contegit, et imposita linamenta atque splenia deligat. Sub finem fascia per brachium ad humerum adscendit. Amplectitur enim splenium, quod contra arteriam brachialem imponitur, quo nimius sanguinis aditus ad vulnus ipsaque inflammatio auertitur. Brachium mitella excipiendum est, quae angustis capitibus collo iniicitur, vt brachium ita commode ex ceruice suspensum sit.

§. 236.

Si manus resecanda est, secatur vlna et radius duos latos digitos ab articulo, nunquam metacarp vel carpus. Si gangraena iam vltra manum proce praecidi potest medium brachium.

† Manus ex articulo exsectionem praefert TRECOURT, e que chirurgiam feliciter adhibuit. Vid. *Mémoire et Ob vations de Chirurgie par* TRECOURT. *Paris* 1769. Et resectione artuum aliorum ex articulo probabiliter di ruit BRASDOR in *Mémoires de l' Academie de Chirur* Tom. V.

§. 237.

Ante omnia necesse est, vt apparatus, qui ad ha chirurgiam requiritur, ordine dispositus in promp sit. Sunt vero necessaria: 1) Fascia tortilis, qu componitur α) ex habena glomerata, quae arteri brachiali obiicitur, β) ex splenio, quod et brachiu et istam habenam comprehendit, γ) funiculo, vel f scia contorta, quae bis circa brachium illudque spl nium remissior voluitur, et post nodum accipit, charta glutinata densiori (*Pappe*), vel duriori cori super quod intorquetur ε) bacillum. Quia hoc vi cturae genus non arteriam solam premit, sed totu membrum valentius constringit, a PETITO * machin inuenta fuit, quae nunc torcular appellari consueui quod vero post ab aliis varia ratione immutatum e emendatum fuit.

* Vid. Comm. A. R. Sc. MDCCXVIII. c. 252. In ea machin desiderari posse videtur stabilitas. Ea enim membro impo sita fere vacillat, et leuiter commota penitus inclinatur, i quod non sine periculo foret. Eam immutauit MORAN DVS. Vid. GARENGEOT *des Instr.* T. II. Cap. XI. p. 351 Haec vero machina nimium pondus habet. Vide alias fi guras in Celeb. HEISTERI Instit. Chirurg. P. I. L. I. Cap. I. Tab. V. fig. VI. et Tab. VI. fig. I. His superaddo alian (*Fig. VII.*), quam apud nos Chirurgus rerum suarum in telligens atque peritus, Mich. Arn. HAGEMEYERVS, con struxit, quae reliquis fere aptior, et ad comprimendas arte rias accommodatior visa fuit.

§. 238.

§. 238.

Praeter illam fasciam, vel machinam (237), requiritur 2) lorum, vel alia fascia, quae arctius ea parte circumdatur, qua carnes praecidendae sunt. Nam iuxta eius oram cutis, vna linea, in orbem ducta totumque membrum circumeunte, inciditur. 3) Culter, siue scalpellus maior falcatus *, 4) scalpellus anceps, vel alius rectus, quo carnes et membranae, quae inter duo ossa sunt, inciduntur **. 5) Linteum ex vna parte scissum, quo, dum serrula trahitur, praecisae carnes conteguntur. 6) Serrula. 7) Forceps tenaior, qua arteriae vinciendae apprehendi et adduci possunt. Gallis *Valet a Patin* ***. 8) Acus incurvae fila cerata trahentes pro iisdem vinciendis ****.

* Quia hoc maius ferramentum aegrum terrere potest, vbi carnes non ita multae sunt, prout in brachio, in eius locum substitui potest culter rasorius, vel scalpellus rectus paulo maior, qualis delineatur ab HEISTERO c. l. T. XIII. fig. I.

** GARENGEOT c. l. p. 195. repudiat scalpellum anceps, quod eo facile findi possint ora praecisorum vasorum.

*** Vid. GARENGEOT T. II. p. 221.

**** Veteres vsi sunt ferramentis candentibus, quibus arterias adusserunt. Nec opus est glebis ex vitriolo, quae linamentis obuolutae sectis arteriis obiiciuntur, nec pulueribus, nec liquoribus, ad sistendum sanguinem valentioribus. Si arteriae recte vinciuntur, et illarum praeuincta ora paulo valentius, super ea fultis linamentis comprimuntur, maior securitas est, et vulnus alienis non offenditur.

† De apparatu instrumentorum rerumque aliarum ad amputationes deligationemque necessariarum vid. I. L. SCHMVCKER in miscellaneorum supra allegat. T. I. Nonnulla quoque obseruatu digna habet BROMFIELD in *chirurgical Observations and Cases*; qui quidem tractatus versus est et inscriptus: *Chirurgische Wahrnehmungen, durch WILLIAM BROMFIELD. Leipzig* 1774.

†† Si fieri potest, vt puluerulentis careas facile, omittenda ea quidem sunt. Verum non semper iis commode caremus. Quandocunque sanguis ex minimis vasculis tanquam ex spongia exsudat, farina tenuis et pura sat multa adspergenda est.

§. 239.

Vbi vero truncatum brachium deligandum eſt, ne-
ceſſaria ſunt: 1) duo puluilli, quibus oſſium fron
quam ſerrula exaſperauit, contegenda eſt. 2) Tre
panniculi minores denſi, qui imponi debent arteri
filo vinctis. 3) Linamentorum manipulus, vel glo
mus pulchriori, aſt nimis operoſa arte, conſtructus (*u*
*gateau*) v. Fig. III. 4) Pannus ex linteo ſimplici qua
dratus, cuius anguli lineis inter ſe tranſuerſis decuſſa
tim inciſi ſunt (*Malthefer-Creutz*). 5) Panniculus e
linteo complicato, denſus, quadratus, qui non maio
eſſe debet, quam frons membri truncati, quae eo con
tegitur. 6) Splenia tria oblonga, quae ſuper illud
decuſſatim iniiciuntur. 7) Habena in vnum capu
glomerata. 8) Mitella, qua brachium ex ceruice ſuſ
pendendum eſt. (235.)

§. 240.

His recte diſpoſitis, oportet aegri animum, quan-
tum poteſt, a ſollicitudine abducere, et, ſi quis eius
metus eſt, probabili ſermone lenire, eique paucum
meracioris vini dare, poſt eum in ſedili humiliore ita
collocare, vt a miniſtris, quorum plures adeſſe debent,
poſſit contineri et immobilis praeſtari. Arteriae bra-
chiali, cuius ictus in ſuperiori humero eiuſque parte
interna percipiuntur, obiicitur habena glomerata
(237), *α*) quam, vt et humerum, comprehendit ſple-
nium. *β*) Hoc ſplenium amplectitur funiculus, *γ*)
qui medius primum iniicitur externae humeri parti,
et poſt duabus manibus in vtramque partem ducitur
ſicque ſupra humerum voluitur. Vbi vero capita ite-
rum ſuper externum humerum venerunt, ea nodum
accipiunt, nodus tamen non penitus ex aduerſo arte-
riae eſſe debet, ſed paulo e latere. Intra ſplenium et
funiculum vero e regione arteriae immittitur corium,
vel

vel charta conglutinata densior, δ) superque hanc traicitur bacillum, ε) quod a ministro contorquetur et manu tenetur. Vel loco huius fasciae tortilis adcommodatur torcular. (237.) Alius minister cutim, quantum potest, reducit, brachiumque tenet, et chirurgus super eam partem, quam incidere vult, iniicit lorum, vel fasciam (238. 2), qua cutis paulo valentius adstringitur. Inter haec brachium moderate extendendum est. Chirurgus, qui brachii interiori parti obversus stat, primum scalpello recto, vel falcato (238. 3), circumsecat cutim et adipem, sectione in orbem ducta, iubetque, vt is, qui brachium tenet, cutim magis, et quantum potest, reducat. Post, iterata sectione *, proxime a cute in membro relicta, secat omnem carnem ad os vsque, et ab hoc, mediante scalpello, subsecando radendoque periostium versus id, quod vitiatum atque tollendum est, reducit, osque nudat. Superest inter vtrumque os caro, quam etiam scalpello ancipiti, vel recto (138. 4), dissecari ossaque etiam hac interiori parte nudari oportet.

* Iterata hac sectione illud efficitur, vt laxa maneat cutis, qua frons praecisi membri maiorem partem contegitur, cuius ideo curatio longe expeditior esse solet.

† Fere omnes olim cutim ab inferiori parte eius lori vel fasciae, *qua cutis valentius adstringitur*, incidere consueuere; hodie vero quidam ab eius lori superiori parte incisionem fieri iubent, vt retrahi satis et facile cutis possit.

†† In resectione artuum praecipua cura chirurgis est, ne postea os longius exstet e carnibus. Ideoque non modo iteratam sectionem adhibent, sed carnes etiam quia licet vi retrahunt, anteaquam ossis resectio fit. Sed saepe numero non quod exspectant, inde sequitur, verum suppuratione consequente, os illud multum prominet. Hoc nonnulli denuo resecant, eo tamen fere protrahunt curationem, quoniam etiam haec pars ossis exfoliatione ab reliquo osse secedere debet. Prolixe de hac re disseritur in *Mémoire de l'Academie de Chirurgie.*

§. 241.

§. 241.

His peractis, in vulnus demittitur linteum (238. 5), ea parte, qua illud sciſſum eſt, quo carnes operiuntur. Poſt oſſa ſerrula (238. 6) ita praeciduntur, vt haec primum ducatur ſuper radium, qui plenior eſt, poſt vero vna ſuper vtrumque os, vt vtrumque eodem tempore confectum ſit. Vbi ſectio ad finem properat, membrum, quod famulus tenet, paululum inclinari debet.

† Cum linteum id ſerram, dum ea ducitur, remorari queat; praeſtat eius loco adhibere corii id genus, quod a noſtratibus *Pergament* vocatur.

§. 242.

Praeciſo ſic brachio, tollitur et linteum (238. 5), et lorum, vel faſcia (238. 2). Faſcia tortilis, vel torcular (237), parum relaxantur, vt ſanguis erumpat et oſtendat, quae vaſa vincienda ſint. Linum ceratum per acum (238. 8) admodum curuatam iuxta arteriam ita ad imas carnes demittitur, vt illud non ſolum arteriam, ſed etiam aliquid ex carne comprehendat, ſicque valentius haereat, et, dum adſtringitur, arteriam haud abrumpat. Linum bis traiicitur, quod ſic quadrangulam quaſi figuram repraeſentat, et omnem arteriam comprehendit. Lini enim capita in nodum conneectuntur et adſtringuntur. Cauendum, ne, dum acus traiectatur, arteria intus plagam accipiat, quare illa ſic demittenda, vt eius pars excauata arteriae obuerſa ſit, non vero gibba. Arteriam recte deuinctam eſſe, cognoſcitur, ſi, laxata faſcia tortili, ex ea nullus ſanguis prorumpit.

§. 243.

Quo arteriae melius deuinciri poſſint, nonnulli eas illa tenaciori forcipe (238. 7) prehendunt atque adducunt. Haud vero expedit, filum in nodum implexum ſuper forcipem adductae nudaeque arteriae iniicere, eam-

amque ſolam ſine comprehenſis carnibus deligare. Si enim filum valentius adſtringitur, abrumpi poteſt arteria, ſi laxior vinctura fuerit, metus eſt, ne impetus moti ſanguinis eam reſoluat et filum diducat.

† De arteria recte vincienda huiusque rationis medendi vtilitate omnino legatur BROMFIELD l. c. Is enim hanc, quam PLATNERVS improbat, rationem vinciendi vehementer laudat. Cum BROMFIELDIO conſentiunt alii chirurgi aetatis noſtrae.

§. 244.

Si qua arteria recte deuinciri non poteſt, et ſanguis ex ea periculoſius fluit, vltimum auxilium eſt, eam paulo valentius comprimere. Imponenda itaque et ſuper arteriam fulcienda ſunt quam plurima linamenta pannique, et omnia famulorum ſtationum vices permutantium manibus ita apprimenda, vt omni temporis momento aequalis preſſio fiat. Confert vero, linamenta inordinata eſſe, non in puluillos (19) digeſta et complicata, quae etiam ita adaptanda ſunt, vt arteriam a latere potiſſimum premant. Praecluduntur enim arteriarum ora, ipſo ſanguine in his quieſcente coacto, atque durato, ex quo vulneribus quaſi opercula fiunt *.

* Vid. Comm. A. R. Sc. MDCCXXXI. p. 122. PETITVS, Chirurgus celebris, eo loco machinam delineauit, quo arteriam cruralem in praeciſo femore, quae quod iam vitriolo exceſa eſſet, iterum vinciri non poterat, ita compreſſit, vt hac ſola impetus ruentis ſanguinis fuerit cohibitus aegerque ſeruatus. Haec machina non ſolum frontem ſecti femoris, ſed ſuperius ſub inguine etiam arteriam cruralem comprimit, et loco faſciae tortilis adhiberi poteſt. Vid. fig. VII. VIII. Confer de ſanguine, ſola compreſſione ſiſtendo, eundem autorem l. c. An. MDCCXXXII. p. 335. MDCCXXXV. p. 591.

† Sunt noſtra aetate non pauci, qui vaſis compreſſionem vincturae praeferant; vid. SCHMVCKER l. c. vbi et docet modum rationemque componendi corpuſculum arteriam comprimens figuram pyramidis, vel coni truncati referens.

†† Aduerſus eos, qui rationem cohibiti fluxus ſanguinis ex arteriis ſauciis in thrombo quaerunt, non contemnenda diſputat POUTEAU in *Melanges de Chirurgie.* Dubio non

caret,

caret, vasa seu compressa seu filo constricta intus concret: parietes habere.

§. 245.

Tandem, quo brachium deligari possit, illud pa lulum inclinandum flectendumque, cutis vero addi cenda est, quo ea carnes contegantur. Super arteri ita praeuinctas iniiciuntur minores panniculi (239. 2 qui ex alcohol exprimi possunt. Super ossium fro tem puluilli sicci (c. l. 1). His imponuntur linamen ta sicca * (c. l. 3), et haec omnia inuoluuntur pann quadrato (c. l. 4) **, qui ita adduci debet, vt omni recte contineat, ipsumque membrum arcte compre hendat ***. Huic superimponitur panniculus qua dratus (239. 5), et tandem huic tria illa splenia ob longa (c. l. 6). Fascia autem ita iniicitur, vt capu eius primo bis comprehendat infimam partem mem bri truncati ****, post in cochleam serpat, et sursum feratur super olecranum. Fascia hac, quae sic aliquo ties super frontem praecisi ossis et olecranum fertur vulnus decussatim obuoluitur et imposita linament valentius apprimuntur. Tandem illa per simam de scendit, et per asciam iterum sursum tendit atque re vertitur ad humerum, in quo splenium arteriae bra chiali oppositum comprehendit.

* Plerumque linamenta conspergunt puluere ad supprimendum sanguinem valentiori, quod superuacuum videtur. Necessarium esse potest, vbi femur sectum fuit, quia multus sanguis etiam ex minoribus arteriis ruit. (Vid. de Vulnerum haemorrhagia.)

** Sunt, qui loco huius panni vtuntur emplastro, eodem modo figurato, vel vesica, quam madidam admouent.

*** Accepimus, CHESELDENVM, celebrem inter Britannos Chirurgum, loco huius panni superinducere mitellam textilem, seu acu contextam, (*eine gestrickte Schlaf-Mütze.*) †.

**** Sic enim non solum melius et e latere premuntur arteriae, sed etiam prohibetur, quo minus adeps adeo inflarii possit, id quod subinde accidere solet.

† Loco

† Loco mitellae textilis vesicam vrinariam bouillam scite adhibet SCHMVCKER. l. c. Nam haec sanguinem aliquando ex vase aliquo effluentem non vt mitella illa, exsudare sinit; is igitur retentus et in coagulum versus obturat vas istud.

§. 246.

Membrum sic deligatum per aliquot horas a ministro imposita manu comprimitur. Illud etiam ita ollocandum est, vt erectum sit, haud vero dependeat. i profusionem sanguinis timet chirurgus, relinqui otest fascia tortilis (237), ast relaxata, quae, si res ostulat, mox iterum a famulo adstringi potest. Aeer curandus est, vt grauiter vulneratus, et, si pro iodo vulneris parum sanguinis fluxisse videtur, vena icidenda est. (62. 68.)

† Nerui cum a tam aspera curatione valde commoueantur, omnibus ante recte actis et aegro in lectulo reposito paululum consopiendi sunt; ideoque homini misero illi recte datur mediocre praebium Laudani liquidi Sydenhamii.

§. 247.

Deligatum sic membrum, nisi sanguis cum impetu uens, inflammatio, vel aliud quid, hoc exigant, in iem tertium, quartumue, continendum est. Vbi vero ascia solui debet, prospiciendum est, ne sanguis iterum uat. Igitur oportet in promptu habere ipsique prius iembro accommodare fasciam tortilem, vel torcular 237). Propter eundem metum linamenta, quae supprimendi sanguinis causa iniecta fuerunt, ibi relinuenda sunt, nunquam vi diducenda. Caetera ita faienda, vt infra de vulnere docebitur. Ab inferiore xasperatoque osse plerumque aliquid soluitur. In inioribus, quibus ossa multo succo abundant, et, si la a carnibus satis conteguntur, aliquando vulnus ita inescit, vt nulla ab osse testa secedat. Ossibus omnia re medicamenta, humida pinguiaque, aliena esse, ina ostendam. Iis admoueri possunt olibanum, mastix, elemi

elemi, quae contrita et molli puluillo excepta im
nuntur, poſt vero alia medicamenta curandis carnil
apta ſupra dantur. Nec in hac curatione illa l
giori faſcia opus eſt (245), ſed breuiori, qua me
brum inuoluitur.

## §. 248.

Si pes praecidendus eſt, ſunt aliae quaedam obſ
vationes neceſſariae. Faſcia tortilis, ſeu, quod
magis opportunum eſt, torcular (237) admouetur p
pliti, vel etiam ſupremo femori, ſub inguine, vbi ar
ria cruralis deorſum fertur. Dum popliti accomm
datur, membrum inclinatum flexumque eſſe oport
quo tempore vero carnes oſſaque praeciduntur, nec
ſe eſt, illud extendi. Chirurgus ſtat inter vtramq
aegri tibiam. Nam ſic fibula melius ſerra finditu
Incidenda ſcalpello falcato caro eſt ſub tubere oſſis
biae. Si enim praeciduntur muſculorum ſartorii, g
cilis, ſemineruoſi, ſemimembranoſi, tendines, mag
mouetur inflammatio, dolor et ſuppuratio, quae cu
ri vulnus prohibent. Si autem os inferius praeci
tur, periculum eſt, ne ſecetur arteria, quae per tib
poſteriorem partem ad eius medullam fertur.
hac enim quandoque ſanguis periculoſius fluit, qui e
iam, quod arteria oſſi inhaerens nec contrahitur, n
vinciri poteſt, vix conquieſcit *. Vbi incidendae ca
nes ſunt, mucro ſcalpelli falcati adprimitur angulo i
terno tibiae. Serra ita ducitur, vt prius incidatur
bia, poſt vero cum hac etiam ſura **, vel fibula. Ha
enim, quae hac parte tenuior eſt, prius, quam tib
conſecanda eſt. Arteriarum plures vinciendae ſu
quare etiam frons praeciſi membri, laxata faſcia tort
ſedulo detergenda, vt arteriarum ora conſpici quean
Membrum etiam inflectendum, et poſt ſimili appara
(239. 245.) deligandum eſt. Faſcia enim ſuper ger
vulnu

llusque sursum ac deorsum fertur. Etiam hoc anu comprimendum et membrum elatius, inflexo guine, collocandum est.

* Vid. Obseruat. PETITI in Comment. A. R. Sc. MDCCXXXII. p. 539. qui ostendit, sanguinem ex hac arteria profluentem etiam commode coerceri, si ei imponantur et super eam fulciantur linamenta.

** Ita dicitur hoc os CELSO Lib. VIII. cap. I.

† De resectione pedis, quam fieri potest, proxime ad talos, legatur: *Cases in Surgery with Remarks. Part the First. By CHARLES WHITE. London* 1770.

§. 249.

Nec aliam animaduersionem desiderat humerus, si tolli debet. Si vitium ad medium humerum vsque processit, arteria sub ala comprimi potest. Praestat men, hoc paulo inferius, loco supra dicto (240), fieri. scia, quae longior esse debet, ita inuoluitur, vt eius ut semper per pectus ad alteram alam, ab eaque ad pulas feratur, rursusque ad praecisi humeri caput uertatur, et ab hoc ad vulnus tendat, illudque saeis per pectus et scapulas circumeundo contegat.

§. 250.

Maximum periculum ex sanguinis profusione ori-, si femur resecari oportet, neque hoc, nisi in eius eriori parte, experiendum est, cum accidere possit, aeger sub ipso opere moriatur. Fascia tortilis (237) nouetur supremo femori. (248.) Non solum vin- arteriae, sed imponi etiam possunt medicamenta, e ad supprimendum sanguinem valentiora sunt 5. *). (Vid. infra de vulnerum haemorrhagia.) cia, quae et amplior, et longior, esse debet, circa emam femoris truncati partem ter voluta in cochn serpit, et sursum fertur, post coxas comprehen-, et ab his iterum atque iterum ad vulnus reuerti- illudque eadem ratione (245) contegit.

 † De

† De ratione deligandi lege, quae BROMFIELD habet l. Sunt prolixiora et artificiosiora, quam quae locum h commode inueniant.

§. 251.

Experimento LE DRAN, Chirurgi inter Gall clari, cognitum eſt, humerum totum inciſo artic ligamento demi poſſe, ſi is totus vitiatus ſerra prae di nequit. Acus maxima incurua, linum trahens ce tum, duplex, triplexque, ſic tortum, vt vnitas in eo ſ ﬅa ſit, perforat cutim carneſque ſub ala, et ita ab v in oppoſitam partem compellitur, vt quam proxi ſub oſſe inter hoc et vaſa, quae ſub alis deorſum runtur, traiiciatur. Summopere enim cauendum e ne haec vulnerentur acu. Linum adſtringitur, quod, recte factum eſſe, ſignificat arteria, ſi illa pr ſus et per totum brachium quieſcit. Praeciditur p reducta prius cute, muſculus deltoides, ad latum c citer digitum ab articulo, et inciſo etiam ligame humerus, qui parum attollitur, ex articulo emouet Supereſt, vt inferius reſecentur carnes, id quod in iſtam vincturam fieri neceſſe eſt. Tandem minori a etiam linum traiicitur, et vinciuntur arteriae ad lat circiter digitum ſupra linum, quod prius iniectu fuerat, et quod nunc reſoluitur. In cauitatem gl noideam, quae, quantum fieri poteſt, relictis carnib contegitur, et ſupra vulnus coniiciuntur multa li menta, quibus, et pannis, et faſcia ſupra vulnus dec ſante, etiam ſanguis ſiſtitur. Ardua haec et peric plena eſt chirurgia, nec temere a quouis inexercita ſuſcipienda.

* Vid. LE DRAN *Obſ. XLIII.* T. I. p. 315. GARENGEOT *Operations* T. III. p. 455. SAM. SHARP *in the Treatiſe the Operations of Surgery* p. 221. hiſtoriam dedit de hon ne molis operam dante, cui rota et humerum et omop tam extorſerat et a corpore diſtraxerat. Is enim ſeruat fuit. Nam ſanguis, cum hominem vires defeciſſent, ſ vltro conquieuit. Clariſſ. Vir ELIAS FRID. HEISTERVS ſiati

ſtatur, brachium mulieris, quod igne totum combuſtum erat, ſine adhibita faſcia, aut ſimili machina, ſed vinctis ea ratione ſub ala vaſis, fuiſſe amputatum. Aſt os non ex articulo exciſum, ſed ſerrula praeciſum fuit. Vid. Diſſ. de Noua brachium amputandi ratione, Helmſt. MDCCXXXIX.

† De humero ex articulo exſcindendo bene ſcripſit BROMFIELD l. c. ac praeterea IOS. MOHRENHEIM *Beobachtungen verſchiedener chirurgiſcher Vorfälle. Erſter Band. Wien* 1778. vbi nouum inſtrumentum ad compreſſionem arteriae ſubclauiae idoneum deſcribitur. Atque haec quidem chirurgia quamquam periculo et horrore plena aliquando felicem exitum habuit. Illa vero quae poſt Platneri tempora ab Academia chirurgica Pariſienſium propoſita fuit, exſectio femoris ex acetabulo, tot difficultatibus ſepta eſt tantumque cuique humano chirurgo horrorem incutit, vt hactenus nemo auſus ſit, eam adminiſtrare. Vid. de ea praecipue, *Opuſcules de Chirurgie par* MORAND, *Premiere partie. Paris* 1768. nec non *Mémoires ſur les Sujets propoſés pour les Prix de l' Academie Royale de Chirurgie.* Tom. IX. Paris 1778. *Medical Commentaries.* Vol. VI. London 1779.

† Non in omni malo humeri ſuperioris opus eſt ex articulo reſectio; ſed ſaepe licet humeri partem ſuperiorem nudare, et oſſis ſuperiorem partem corruptam ſerra praecidere. Qua de re legantur *Sceances publiques de l'Academie de Chirurgie* etc. Paris 1779.

§. 252.

Aliam rationem crura amputandi propoſuerunt Chirurgi, PETR. ADR. VERDVINVS et SABOVRINVS, quae vero, quia nec a grauioribus periculis tuta eſt, nec ſine ſummo dolore eſt, iam fere euiluit.

Vid. *Nouvelle Methode pour amputer les membres par* P. A. VERDUIN, à Amſt. MDCLXXXXVII. Conf. RVYSCHII Epiſt. XIV. et Iudicium I. SALTZMANNI in Diſſert. de nouo membra amputandi modo, Argent. MDCCXXII. Laudat hanc rationem LVCAS in *medical Obſervations and Enquiries* Vol. V.

§. 253.

Si iunioribus membra praeciſa fuerunt, iis vel is detrahendus, vel crebrius ſanguis mittendus

# SCIRRHVS ET CANCER.

§. 254.

Ex inflammatione interdum scirrhum oriri, su (58. 59.) retuli. Est tumor durus, sine infla matione, et, si non aliud vitium accessit, sine dolo Sedes frequentissima, et fere propria, est glandula, pars, quae huius naturam habet. Adeps etiam qu doque ex valenter retenta materia induratur, et, tra lata verbi significatione, scirrho laborare dicitur.

† Scirrhi notionem vagam quodammodo et ambiguam non hodie aut nudius tertius demum innotuit, ideo Auctorem nostrum non latuit. Optime fit, si durum a mido discernitur, doceturque quae partes et e quibus ca sis facile indurescant, et vel tumorem simul concipiant, non concipiant, et quae symptomata alia eam duritiem concomitentur aut consequantur.

§. 255.

In scirrho tumor est a valenter retenta mate Aliquando tamen incidere potest, vt aliqua pars ten ta sit atque minor, quam naturaliter esse debet, et men dura et scirrhosa, e. g. si subita euacuatione collabuntur, et per συνίζησιν concrescunt, id qu in visceribus post grauem sanguinis profusionem fi obseruatione compertum est. Durus caeteroquin tumor a coacta siccataque materia, asperior a vasis mentibus. Nullus dolor est, quia nerui ab ead materia comprimuntur.

§. 256.

In glandulis fiunt scirrhi ab omni causa, ex qua iis obstructio nascitur. Si ex varia et sibi contr causa coguntur humores (39. ad 42.), si vasa ampl tur (45.), vel si angustantur (37. 44.), et si ex his casionibus orta inflammatio curatur reprimenti frigidis, siccantibus, discutientibus et humores cog

tib

bus. His enim impositis, ex humidis dissipantur quosa et mobilia, adunantur compinguntur que crassa terrestria, quae cum fistulis, in quibus haerent, concrescunt. In abscessu et vulnere, quod ad suppurationem spectat, scirrhus manet, si impositis rebus, quae fistularum ora praecludunt, suppuratio cohibetur. Si enim tumor pus alit, vel vulnus collisum est, omne praesidium ab hac petendum esse constat. Si pus exire nequit, et illud cum vasis concrescit.

† Ad scirrhos concipiendos hominem praedisponit varia et diuersi generis prauitas humorum. Veteres succum melancholicum fere vbique adduxere; neque, vt videtur male. Nam crassus et nigricans sanguis ex istorum hominum venis emittitur. Caeteroquin et humor in corporibus labe venerea, arthritide, scrophulosis affectionibus scabiosisque varie peccans praedisponentis causae vice fungitur. Fere etiam ii, qui animi corporisque sensilitate insigni praediti sunt, scirrhos facile contrahunt. In his enim facile et crebro fiunt spasmi, a quibus in glandulis fistulisque minoribus obstructiones efficiuntur. Neque in corporibus istis humores laudabiles esse solent.

§. 257.

Frequentius itaque scirrhi in mammis fiunt, quia llius humoris tam facile coagulum est, quam lactis. c enim ex omnibus humoribus minime subactum nondum in animalem naturam conuersum est, sed idum, et, si ab assumptis vegetabilibus ortum habet, scens. Mammae etiam variis iniuriis expositae t (114). Non ita prompta, satis frequens tamen, gulatio est saliuae, seminis, muci, aliorumque hurum. Quibus in omnibus totius corporis fluidis um est, quale esse solet in iis, qui rhachitide, hyponndriorum morbo, et scorbuto laborant, nec non s, quibus haemorrhoides sanguinem fundere soli- suppressae sunt, et foeminis, quibus menstrua non ueniunt, saepe vitio intus orto scirrhi fiunt. Non um etiam confert malus victus, si pueri, et quibus

corpus infirmum eſt, leguminibus, oleribus, ſalſam
tis et panificiis aluntur, quae valentiſſimi generis ſi
et multum acorem faciunt. Si haec aliaque cib
ex vaſis aeneis, ſtanno non incruſtatis, coquuntur,
potioni datur cereuiſia tenuis coaceſcens. Et ſi e
modi teneriora infirmaque corpora nullo motu at
exercitatione recaleſcunt, ſed moerore quotidiano
cerantur conficiunturque. Ob hanc enim cauſam
orphanotrophiis pueris, et in monaſteriis monialil
virginibus, quae inuitae caſtitatem patiuntur *, ſcirr
frequentiores ſunt.

* Vid. de his FORESTVS Obſ. Lib. XVII. Obſ. 26. p. 129..

§. 258.

Fiunt autem ſcirrhi in interioribus ſedibus viſce
buſque, quorum curatio, ſi qua datur, a medicis req
renda eſt. Chirurgus ſcirrhos curandos accipit:
palpebris, glandula lacrymali, glandulis Meibomii,
runcula, quae in cantho interno ſita eſt, in labris, l
gua, parotidibus, maxillaribus, ſublingualibus glan
lis, in glandula thyreoidea, in qua ſedes ſtrumarum
in mammis, teſtibus, ſub alis, in inguinibus, in vte
et vbique, vbi maiores, vel minores, glandulae ſu
Tunica adipoſa et celluloſa in omnibus corporis ſe
bus indureſcit.

§. 259.

Si ſcirrhus, qui exteriorem aliquam ſedem occ
pat, non a ſubita cauſa ortus eſt, ſed per ſe, et int
orto vitio, incepit, metus eſt, ne viſcera et interio
partes ſimili vitio laborent. Hic nec medicamen
facile curatur, nec tuto ſecatur. Tumor enim ex
ſus, poſt inductam etiam cicatricem, vel priori,
alio loco, reuertitur.

§. 2(

§. 260.

In quibusdam tamen sedibus maius periculum esse )let. In mammis enim, si scirrhus irritatur, is proti-us in cancrum degenerat. Quamuis etiam in mu-ere, cui caeteroquin integerrimum corpus est, tumor ulla imprudentia agitetur, is tamen plerumque con-tatur eo tempore, quo per aetatem menstrua sistun-ır. In lingua labrisque etiam maior metus est, quia ae partes et multo humore redundant, et assiduis re motibus agitantur.

§. 261.

In aliis vero corporis sedibus, parotidibus, tonsillis, andulis maxillaribus, glandulis thyreoideis, saepe tu-or increscit atque magis indurescit, sine alio morbo, ıam, quod propria glandulae functio laedatur. Ni-ia tamen magnitudo et deformitatem adfert, et mo-stiam *. Si etiam talis scirrhus nimium extuberat et :callescit, tandem iunctas ei partes premit, quae in-ımmatae exulcerataeque cum scirrho nonnunquam ıalescunt. Laeduntur etiam harum iunctarum par-ım functiones. Si scirrhus maiores arterias premit, fert atrophiam, si venas, tumores oedematosos et in-mmationem, si neruos, stuporem atque torporem m atrophia.

* Vid. magnos eiusmodi tumores delineatos in VERDUIN *Obs. Chirurg.*

§. 262.

Quamdiu vero in scirrho perfecta vasorum obstru-o est, et vasa, quae cum retenta siccataque materia vnum quasi concreta sunt, integra manent, humo-: vero boni sunt et sine acritudine, scirrhus benignus :itur, qui, vt res quasi aliena, et quae sine vita est, ıs vitam habentibus adhaerescit. Si autem ex qua-nque causa humores, qui in vasis circa scirrhum ıt, citantur, haec tandem rumpuntur. Humores

vero, qui ſine noxa quieuerant, iam hoc motu et attri-tu cientur, calore putres fiunt et acres, qui proxim adhuc ſana, rodendo ſinuant. Et ſic tandem ſcirrh in malignum verumque cancrum degenerat.

§. 263.

Sunt vero, quae ſcirrhum irritant, omnia, qu eum nimis agitant. Inter haec partis adfectae m tio *, preſſio et fricatio, omneque fere, quod impo ſolet, medicamentum, maxime, ſi illud acre, roder pingue, rancidum, reſinoſum, ſpirituoſum, vel aqu ſum et molliens eſt. Omnia calida, quae intus ſumu tur, victus etiam talis, et, quae inter cibos potuſq valentioris generis malique ſucci ſunt, aromata, ſalſ menta, vinum, vinum aduſtum; praeterea veheme tiores animi perturbationes, voluptates venereae et larum deſideria, quae, vt et omnia vehementia, ii r mouere debent, qui ſcirrho laborant et cum hoc a ſenectutem peruenire cupiunt.

* Nullum exercitationis genus mammarum tumores ſcirrho que magis concitare poteſt, quam, quo brachia multu iactantur, quia pectoralis muſculus ſub mamma ſitus eſt.

† Diu ſaepe antea quieſcens ſcirrhus non alia de cauſa malignum vertitur, quam quod ſoeminae fluxus catameni rum per aetatem ceſſat. Alioquin omnis quoque ali morbus in corpus ſcirrho affectum incidens eum exaſpera malignumque reddit. Sponte etiam et ſine noua cau data ſcirrho malignitas accedit, ſi corpus iam ante ſcirr ortum humoribus acribus ſcatebat; aut ſi ſedes ipſius t moris in partibus ſenſilitate inſigni conſpicuis eſt, aut ipſe totus homo ex vehementiori mobilitate neruorum leuioribus cauſis irritantibus facile agitatus vix vnqua quieſcit.

§. 264.

Scirrhum malignum factum eſſe, ex notis quibu dam ſcire licet. Ab initio dolor modicus, prurig maior, et circa locum aliqua quaſi puncta ſentiuntu Dolor indies increſcit fitque pungens, fodiens, pr ſans, acris, vrens, et ſub finem fere intolerabilis, q hom

mo distinetur et multum excruciatur. Duritia in- r haec et asperitudo augentur, color ab initio non ius est, mox ruber, liuidus et nigricans, et venae, ae etiam liuent, circa tumorem multum inflantur, quasi recuruantur. Tandem humor vitiosus * ve- mentum, quo scirrhus comprehenditur, et quod a andulae tunica ortum videtur, nec non supremam item exest, ex vlcere humor fertur putridus malique doris, et verum factum est καρκίνωμα, seu cancer pertus.

* In cancro occulto saepe in medio tumore reperitur cavum acerrimo et foetido humore plenum. Vid. DEIDIER *des Tumeurs* Cap. VI. p. 103. et G. HARRIS Differt. X. p. 168.

† Notae, quae scirrhum hactenus benignum ocyus serius in malignum abiturum esse praenunciant, praeter illas antea propositas fere hac sunt. Insignis durities seu ab initio tumoris seu processu temporis. Subito increscens moles, maximeque si per longum tempus stare et quiescere quasi visus erat. Quibus notis existentibus cum festinatione quadam rapienda sunt auxilia, si qua in medentium potestate sunt.

§. 265.

Vbi vero malum eo vsque processit, omnia exaspe- antur, ex vlcere fertur sanies, quae mali odoris, tam- ue acris est, vt ea etiam cutim impositaque linamenta rrodat *. In omni enim cancro humor ex putri, ualis in sphacelo emortuis esse solet, et rodente, qua- is ex malis vlceribus exit, quasi compositus est, quare itium, quod et putrefaciendo et rodendo vlterius ser- pit, insanabile est. Hoc humore etiam illud inferius elamentum, quo tumor comprehenditur, exeditur, ascula, quae lympham ferunt, indurantur, cum qui- bus hoc vitium altius in infra sitas carnes descendit et quasi altiores radices agit **. Ob hanc causam, si vi- tium mammas infestat, glandulae, quae sub alis sunt, intumescunt, et, quia vasa premunt, brachio etiam tu- morem doloremque acerbissimum cum stupore adfe- runt.

runt. Ora vlceris et proxima cutis tumida et di-
ſcabraque fit et colorem habet ex rubro ſubnigru
vlcus continuatur et odoris foeditas indies auget
Putris etiam caro increſcit, quae multum tumet er
netque. Acutiſſimus acerbiſſimuſque dolor aegru
die noctеque fatigat. Febricula lenis oritur, quae
iam, cum quieuit, tamen repetit, aegrumque extorr
corpus extenuat et ad ſummam maciem perducit. A
vltimum homo, qui per multum ſaepe tempus mi
rum ſpiritum trahit, omni ſentiendi facultate amiſ
crebrius animo linquitur, quandoque conuellitur, ta
demque extinguitur. Subinde etiam hominem ſa
guinis profuſio interimit, ſi is, ex qua arteria, venaq
paulo maiori, et ab acri humore eroſa, cum impet
ruit et ſupprimi nequit.

* Teterrimus, quem corruptus humor exſpirat, odor narib
eorum, qui aegri curam habent, adeo inhaeret, vt quand
que nulla re elui et diſpelli poſſit. Vid. G. HARRIS l.
Hic in exemplum adducit medicum, cui poſt vxoris ex ca
cro exulcerato obitum, virulentus odor ſemper in narib
ita manſit, vt tandem etiam is confectus obierit. Nec m
nus animaduerſione dignum eſt, quod de chirurgo propo
nit, qui, cum occultum cancrum extirpaſſet, pellucidu
humorem, quo veſicula in mamma plena erat, deguſtar
auſus eſt, ſapor vero huius acerrimi foetidiſſimique humo-
ris adeo linguae inhaeſit, vt tandem et is ex inſuperabil
nauſea tabidus factus fuerit et extinctus.

** Hoc pluribus demonſtrat GENDRON *des Cancers*.

§. 266.

Quid vero de his omnibus ſperandum metuen-
dumque ſit, ſcire non difficile eſt. Scirrhus, qui re-
cens eſt et nondum occalluit, et qui non a mala cauſa
ortus, non nimis magnus et ſcaber eſt, et vbi vaſa non-
dum intumuerunt, qui etiam mobilis et ſine dolore in
corpore integro eſt, aliquando medicamentis vincitur.
Scirrhus benignus, ſi ei nulla vis adhibetur, iſque nec
medicatione, nec aliis (262. 263.) concitatur, ſaepe
ad

vitae finem fine noxa tolerari poteſt. (Confer. 261.) ...irrhus benignus, qui nec medicamentis vinci, nec ...lerari, poteſt, nec non omnis malignus, ſcalpelli ope...m deſiderant; nec tamen ii tuto ſemper ſecantur. ... enim metus eſt, ne neruus, ne arteria maior, ne ...na incidatur, ſi tumor altiores egit radices, iſque ſub...ctis partibus valentius adhaeret, ſi a vitio, quod intus ... corpore eſt, ortum habet, vel, ſi corpus, in quo hae...t, mali habitus eſt, et viribus a ſenio aliaue cauſa de...ctum, et vbi cancer mammas infeſtat, ſi iam glandu... ſub ala intumuit *, nec ſectio prodeſt, et ii, qui ...rro malum tollere tentant, plerumque celerius ho...inem occidunt. Si etiam curatio ab initio ſatis feli...ter ceſſiſſe videtur, malum tamen reuertitur. Vbi ...mel ſcalpellum fruſtra admotum fuit, in eius vſu ...unquam certa fiducia eſt. In omni ſcirrho et cancro ...rum auxilium ſuperuacuum eſt.

* Foeminae, quae mammarum ſcirrho, vel cancro, laborant, ſi iis catamenia non recte procedunt, vel, ſi purulenta ex genitalibus cum menſtruis feruntur, ſaepe vterum habent, quem ſcirrhus, vel carcinoma, infeſtat, id quod etiam dolor, quem hac regione ſentiunt, ſignificat.

† Triplex ratio medendi ſcirrhoſis tumoribus eſt. Aut enim ſpes aliqua eſt, ſcirrhum poſſe reſolui per intus ſumta et extrinſecus medicamenta applicata aut haec ſpes decollat, ſcirrhus vero per conditiones ſuas permittit reſectionem §. 366. aut neutra ratio locum habet. Si nec reſolui nec ſectione tolli poſſe videtur, vitandum ſedulo eſt, quicquid aliquem maiorem humorum motum in vniuerſo corpore copioſiorem adeo et impetuoſiorem appulſum humorum ad tumorem concitare, aut acrimoniam humorum gignere, vlla ratione modoque poteſt. Itemque quicquid extrinſecus premere, pungere, nimium mouere, aut vt omnia verbo complectar, irritare poteſt. Ab iis enim facile aut tumor ipſe aut vicinae partes inflammationem concipiunt, qua concitata ſcirrho malignitas accedit, aut certe, inflammatione ſedata, et magnitudo et durities tumoris augetur. Raro enim fit, vt res feliciorem exitum habeat, vt verus ſcirrhus ſuppuratione benigna liquatur. Itaque ne illorum aliquid fiat, vſus rerum non naturalium curioſius inſtruit, tumor autem ipſe molliſſime haberi, aduerſus omnem cauſ-

ſam

ſam vllo modo irritantem diligentiſſime cuſtodiri, pellic aliqua, molli admodum, perpetuo foueri debet. Excret nes autem omnes prudenter, lente, blande promouend alimenta blanda, ſucculenta, potulenta tenuia, non acr parum aut non ſpirituoſa aſſumenda, et omnis nimie cane et angue peior, vitanda ſedulo eſt. Si haec diu ſa patienterque ſeruata ſunt, aliquando ſcirrhus ſponte a reſoluitur et euaneſcit, aut ſuppuratione non maligna queſcit, aut magnitudine ſaltem minuta minus moleſtus aut non mutatus ad ſeros vſque annos ſine alia grauic noxa tanquam pars vita carens corpori adhaerere poteſt.

## §. 267.

Ergo, vbi ſpes eſt (266.), ſcirrhum, qui extern corporis ſedes infeſtat, tolli poſſe, ſuper tumorem da da ſunt, quae aliquantum molliunt, retentam mat riam mobilem reddunt, aſt ſimul putredini reſiſtun Sedulo enim et in his curationibus tenendum e quod ſupra, de glandularum tumoribus reſoluend (113), praecepi. Inter emollientia prima ſunt en plaſtra ex gummi parata et ex cognitis compoſition bus malacticum et diachylon, tum ſimplex, tum com poſitum, adiecto diaphoretico Mynſichti, nec no gummi galbanum, ſagapenum, opopanax, quae gumm vitello oui excipi et ſuperdari poſſunt. Expedit vero haec ſatis craſſa alutae illinere, et cum hac ſuper dare; emplaſtra vero manibus in magnitudinem tumoris dilatare et imponere, ſubinde etiam calefactoriam tegulam ſuper habere. Nec, ſi vitium recens eſt, aliena ſunt cataplaſmata 131.), quae tamen minime madere oportet. Ex his fere commodiſſimum eſt, quod paratur ex caricis pinguibus, conquaſſatis, vſtulatiſque, donec temperaturam pulticulae habeant. Proſunt vapores ex aceto bene calido, ſi in illud igniti ſilices coniiciuntur, et ſuper vaporem locus collocatur. Levis etiam frictio, maxime ſi alia, quae admota fuerunt, tumorem iam aliquantum immutauerunt, multum proficere ſolet. Plures extollunt emplaſtrum Vigonis

cum

n mercurio, de quo supra (125.) dixi. Fere com-
dius est, vnguentum Neapolitanum tumori illinere,
imponere plumbeam laminam, quam argentum
um permanauit. Argentum viuum prodesse pot-
si vitium ex venereo morbo enatum est, raro pro-
t in mammis, si ex alia causa induratae sunt. Ne-
se vero est, si eo vti velimus, vt subinde detur ca-
ucticum, ne mercurius ad saliuae glandulas conuer-
ur et oriatur ptyalismus. Nam et hoc curationis
nere, quod plures scirrho adhibuerunt, hunc rarissi-
tolli, obseruatione cognitum est: Intus dari debent
cutientia ex radice sarsaparillae, bardanae, chinae,
minis, et ex illis, quae nomine radicum aperientium
stant. Nocent cathartica, quae corpus nimium
cant, resoluentia, quae humores nimium citant.

* Si illis ad §. 267. dictis vsum medicamentorum adiungere velis, praeter illa externa interdum prosunt, malagma ex extracto cicutae gummi galbano, quod oui vitello solutum est, et puluere herbae cicutae compositum; aut emplastrum ex succis herbarum cicutae et hyoscyami et mucilagine seminum lini et foenu graeci, oleo oliuarum et q. s. cerae paratum; proficit etiam cicutae succus expressus, herba recens contusa, puls ex foliis siccis et lacte; folia recentia solani, illius quod hodie vocatur, belladonna, contusa illa quidem vel ex lacte cocta in speciem pultis, vel puluis foliorum siccatorum emplastro aut cerato illi e cicuta parato adiectus; gummi ammoniacum ex aceto in speciem malagmatis coctum. Sed huius et aliorum calidorum, cutim irritantium vsus magnam animi attentionem a medico exigit. Quodsi vel emplastrum vel vnguentum vel amalgama mercuriale tumori ampliori imponitur, metus est, non modo, ne fiat saliuatio, sed omnino, ne sanguis dissoluatur nimium, et acrimoniam singularem contrahat; quod, etiamsi cathartica subinde data humores dissolutos per aluum eiiciunt, non minus immo vero magis fit. Fere tantum admittuntur mercurialia, si scirrhus vel ex venerea labe vel scrophulosa ortus est. Electricitatis efficacitas et vtilitas est dubia admodum. Verum sola extrinsecus adhibita raro ad curationem sufficiunt. Intus igitur sumenda quaedam sunt, quae vel diluendo vel resoluendo humorem in tumore quiescentem in motum dare, et inertia vascula ad nouas contractiones et relaxationes vicissim

per

peragendas reuocare possunt. Ex argento viuo parata nc conueniunt, nisi causa vel scrophulosa et venerea morbu fecerit. Gummi ammoniacum vel solum vel cum extract chaerefolii, taraxaci, graminis, vel cum sapone alicanti venetoue in pilulas redactum efficaciter quidem resolu sed aestum facile concitat. Eius igitur vsus prudente medicum esse iubet. Nostra aetate extractum citutae pi mo a STOERKIO in libro singulari post eum et ab aliis la datum fuit, ab aliis vero culpatum. Alii extracto illi a iecere mercurium dulcem. A paucis granis ordienda cur tio est; sensim augenda dosis, quoad eius fieri potest, scil cet ita vt nulli mali effectus interueniant. Simili laude a maiori mactant puluerem foliorum siccatorum herbae, qua Belladonnam hodie vocari dixi. Ne encephalon neruiqu animusque commoueatur, initio grana duo vel tria dentur, mane et vesperi. Simul cum cicuta vel belladonna diluer tia decocta eademque aperientia et diuretica assumi po sunt. Decocto radicis graminis, meraco illi quidem, nor nulli multum tribuunt, si vel solum id sat diu et largite potetur. His, qui atrabiliario sanguine laborant, vt ad alic affectus eius generis, ita quoque ad tumores scirrhosos pr sunt tartarus tartarisatus, mel, succi inspissati fructuum h raeorum dulcissimorum et maturrimorum, extracta chaer folii, taraxaci, graminis, aut seorsim data aut varie mixta sed larga manu dari debent. Alia tum intus sumenda tur extrinsecus applicanda, minus fida ea, silentio preme Omnium autem seu intus seu foris adhibitorum auxilio rum effectum salutarem fore speramus, si scirrhus magnitudine atque duritie paulatim minuitur, aut si breui temporis interuallo insigniter mollescit, et signa instantis suppurationis animaduertuntur. Sin ea, quae §. 264. dicta sunt accedunt, desistendum est a medicatione illa, neque differenda resectio tumoris, si ea quidem locum habet. Cum autem nullum ex supra propositis remediis omni dubitatione vacet, et scirrhosus tumor, qui benignus erat, sub vsu medicamentorum malignitatem non raro contrahat, facile patet, scirrhos benignos, quos per rationem loci exstirpare non licet, non sine trepidatione quadam medicamentis adgrediendos esse tentandosque, verum fato suo relinquendos molliterque habendos, vt ad §. praec. dixi.

## §. 268.

Vbi vero haec tumorem nihil mutauerunt, isque nec desiit, nec mollior factus fuit, ad scalpelli curationem veniendum est. Medio tumor vna linea, vel duabus transuersis, vsque ad tunicam, qua scirrhus inclu-

sus.

est, inciditur, diducta parumper cute. Tumor vel cipe HELVETII *, vel duabus lineis transuersim acu iectis, vel, id quod fere optimum est, digitis, adduur, et ab integro corpore digito separatur, totusque n velamento suo eiicitur. Si enim sic glubendo nitur, radices, seu durati nerui, vasaque lymphatica lius extrahuntur, nec adeo metuenda est sanguinis fusio. Sanguis enim ex sectis vasis maiori cum etu ruit, quam ex ruptis ac dilaceratis. Siccis linentis vulnus implendum est, supraque imponendi ni iniiciendaque fascia. Nec protinus sanguis, nisi iori impetu ruat, supprimendus est, in cuius cursu ersus inflammationem auxilium esse supra retuli. a valentioribus opus est, quibus sanguis sistitur. . de vulnerum haemorrhagia.) Si quando autem ica eximi non potuit, illa concidenda est et insperda superdandaque adurentia, et alia sunt, quae pus uent. (vid. de vlceribus et fistulis.) Si enim eius uid super vlcus relinquitur, omne id in pus verti et, ne putris caro excrescat vitiumque reuertatur.

* Vid. Eius Epist. ad REGIS de natura et curatione cancri p. 153.

Omnium tutissima medendi ratio est, qua tumor scirrhosus a corpore separatur et abiicitur. Potest autem et benignus et malignitatis notas habens sectione tolli, si non nimis magnus, si in parte inferiori non nimis late non nimis profunde partibus subiacentibus, si non vasis et neruis maioribus cohaeret; facilius quoque et sine latiori cicatrice exscinditur is, qui non cum cute latius cohaeret. Ita separandus est, vt nihil eius relinquatur. Non modo enim crescit relicta pars, sed quoque in carcinoma mutatur. Quamquam autem chirurgia haec per se tuta videatur, alia tamen possunt incommoda circumuenire, malus corporis habitus, senectus decrepita, morbi pectoris, tussis, asthma, lippitudo chronica, varia illa quidem, morbi imi ventris huiusque durities et tumor; morbi vteri, vel suppressus vel irregularis vel dolorosus fluxus catameniorum, sensus ponderis in hypogaastrica regione, effluxus saniei e partibus naturalibus. Chirurgiae huius administratione cutis in media tumoris parte, vna linea secatur sat longa, si sic quidem

quidem totus tumor ſeparari commode poteſt, et tumor non adhaereſcit. Quodſi maior tumor eſt, fiunt aut d lineae ſe mutuo decuſſantes vt Auctor noſter praecipit, duae figuram literae T referentes. Cutis cum tumore a cohaerens et alienata, ſeu duritie ſeu aliter, ſeruari poteſt, tota igitur, quanta alienata eſt et cohaerens ſi cum ſubiecto tumore abiicienda eſt. Plerumque tunc ſ eſt, cutem duabus lineis curuis diuidere coeuntibus ſic abiicienda pars cutis figuram oualem referat. Ab ea pa cutis, quae ſeruatur, etiam a caeteris ambientibus parti tumor ſeparari debet aliquam vim adhibendo, vt Auc docet. Si digiti non ſufficiunt operi, adhibendus cul obtuſior, aut cultri manubrium ex ebore, latius illuc acutum. Reiecto tumore, chirurgus totum vulneris am tum digitis ſuis diligenter, et attente perſcrutetur, vt, n quid duri relictum fortaſſe ſit, intelligat. Quodſi ſic hal id protinus tollendum eſt; adhibendo tenaculam et ſc pellum, aut certe concidendum eſt, ſeu ſtatim, ſeu in ſteris deligationibus. Omnibus actis, ſi nihil alieni relict videtur, cutis, ſana ea ipſa, apprimitur vulneri interic Antea tamen ex ea id reſecandum eſt, quod abundat, vt bia vulneratae cutis ſeſe mutuo contingant, haud vero terum tegat alterum. Itaque recte adducta cutis ſine c formi cicatrice cum ſubiectis partibus conglutinatur coaleſcit, nulla magnopere mota ſuppuratione. Veri hoc fieri nequit, ſi ſanguis non ſponte conquieuit, et va aut vinculo conſtricta aut agarico carptisue linteis compr ſa ſunt, aut aliquid duri relictum fuit. Haec enim co glutinationem promptam prohibent. Impleatur tum c vum linamentis, citeturque pus. Quod fit, ſi vehement inflammatio per vſum remediorum ſupra propoſitorum a cetur. Vulnus recte deligatum tertio demum die reteg tur, niſi aliquid interueniens, tanquam ſanguinis fluxu aliud prorſus iubeat. Quodſi in prima vel poſteris delig tionibus aliquid alieni relictum eſſe patet, id vel reſecan dum, vel ſcalpello incidendum, vel adurentibus et ſuppur tione abſumendum eſt.

## §. 269.

Alia vero curatio eſt, ſi ſcirrhus malignus factu eſt (260. 262. ad 265.), et cancer, vel occultus, ve apertus, mammam occupat. Nam haec vitia etiar raro ferro ſanantur, maxime, ſi aliquid eorum in cor pore eſt, quae haec, vt ſupra expoſui (266.), ſanar prohibent. Si vlcus adhuc ſub cute eſt (264.), tumo auten

tem durus, aſt mobilis, is quandoque eadem ratione carne et cute, digitis, vel ſcalpelli manubrio, dici, vel iuxta radices excidi et inuiolata tunica eiici teſt (268). Si vero ſuperior cutis iam ſui coloris n eſt, ſed alienata, inferius autem tumor mobilis, ieque a carne et aliis ei iunctis ſeparari poteſt, ita nen, vt quantum ex cute vitiatum eſt, etiam forfice, ſcapello, praecidatur.

§. 270.

Vbi vero cancer totam mammam infeſtat, illa tota iecidenda et a muſculo pectorali ita ſeparanda eſt, potius huius aliquid excidatur, quam, vt aliquid ati omittatur. Dum vero praeciditur mamma, pelli acies ab inferioribus verſus ſuperiora procee debet. Sanguis paulo valentioribus, praeuinctis im preſſiſque arteriis, ſupprimitur, vulnuſque cura-. Sub ipſa curatione, et poſt ſuperatam inflamtionem, intus danda ſunt medicamenta, ad ſanguin aliosque corporis ſuccos purgandos idonea, et er haec, leniora cathartica. Nec homo alium cin, quam modicum et ſalubrem, capiat, vitatis aibus acribus. Potui danda eſt ptiſana ex ſarſalla, aliiſque, quae ſanguinem purgant. In quo u et abſtinentia, etiam poſt curationem, per lon1 tempus perſeuerandum eſt, cum nunquam metus fit, ne vitium recrudeſcat.

Multum proficere victum ex ſolo lacte paneque candido, exemplis probavit DEIDIER l. c.

In hac curatione 1) aegrotans ita collocetur, vt ne, ſi vel timidula eſt vel prae dolore et ſanguinis fluxu ſyncope afficitur, ex ſedili deorſum feratur; itaque et pedibus aliquid ſubiiciatur, cui inniti pedes poſſint, et pone foeminam homo minime meticuloſus ſtet, qui truncum contra ſedile immobilem praeſtet; in maiori metu lapſus alius genua aegrotantis firmiter retinere poteſt. 2) Eſt alio miniſtro opus ſatis intrepido, cui committatur humerus affecti lateris, vt eum tum cum in fine operationis pars

tumoris ad axillas spectans et eius loci cutis separanda retrahat, ne arteria subaxillaris vulneretur. 3) Si glan larum subaxillarium aliqua tumida est, ea relinqui h debet. 4) Cutis potest quoque ita incidi, vt culte superiori thoracis parte versus mediam faciat plagam plam cutis semicircularem, deinde manus sinistra mami paululum eleuat, atque chirurgus cellulositatem aliquan soluit, vt digitos sinistrae manus dare sub scirrho possit carcinomate, vt eum postea partim vtendo digitis pa scalpellum adhibendo ab subiectis et vicinis part separet, eandem viam a superiori regione versus inferic et simul versus exteriora sequens. Si quis ramus ex m mariis internis cruorem proiicit, ei a ministro apprin agaricus, dum desinet operatio; separata mamma, quid duri et alieni relictum videtur, separari etiam debet. D que nisi appressus agaricus sufficere videtur, vasa ampl vinciuntur, multis linteis carptis vulnus contegitur, quantum potest adducitur, et adducta pluribus empla retinetur, splenia imposita fascia satis longa firmantur, tusque is apparatus a manibus ministrorum vices mutantium continuo apprimitur. Reliqua fiunt sic, supra dictum est. Vt aliquod dolorum lenimen aegrotae datur cyathus paruus vini et Laudani liq Sydenhamii aliquantum. In posteris deligationibus or supra dicta obseruantur, maximeque costae, si quod vit ex adhaesione tumoris in iis natum est, purgantur scal lum vel scalprum adhibendo.

Est autem idem prorsum agendum, siue scirrho beni maligno ve siue cancro tota mamma affecta tolli debet. que haec medela est vere rationalis; nam vel re aliena quando vehementius nocitura, vel iam valde nocente pus liberatur. Ideoque ea caeteris medendi rationi quibusque praeferenda est. Si tamen chirurgia haec loc non habet, aut aegrotus a tam efficaci medicina abhor et a medicamentis auxilium sibi expetit, aliquid audenc quidem est, verum tamen non certa spe aegroto propc cum remediorum adversus cancros laudatorum nullum quod aut semper aut multo saepius votis medentium spondeat. Omnia, quae supra a nobis exposita sunt, etiam loco adduci possunt. Pharmaca ex hydrargyro p initio cancri eius, qui a caussa scrophulosa vel venerea fectus est, non raro prosunt; in progressu morbi et valde putrida sanguinem dissoluente et vlcus crebrius entante aut fungis in eo luxuriantibus, adeo non pros vt etiam noceant: Nec larga manu, neque post brev temporis spatia exhibeantur. Extrinsecus aqua ph daenica, verum dilutissima tum vlcus purgat. Decocta m lenientia, lac, neque acria vlla, iungenda. De ci

STO

STOERCKIVS legatur, sed cum grano salis. Cicutae extractum intus primo dosi exigua bis die, deinde aucta sensim datur, foris infuso vel decocto herbae vlcus eluitur, purgatur, paulum diluto extracto ope penicillorum, denique emplastro de cicuta contegitur. Pulueris herbae Belladonnae grana tria, quinque et progressu temporis plura intus, puls aut decoctum meracius vel folia recentia tusa extrinsecus adhibentur. De Belladonna passim RICHTER in *Biblioth. chir.* De *aconito* STOERK in libro singulari de *Stramoneo, Hyoscyamo* et *Aconito.* De succo *onopordi acanthii* GODOFREDVS in *materia medica.* Ibidem et in HERMANNI *Cynosura* et passim in Botanicorum scriptis priorum temporum legantur, quae de succo digitalis purpureae, indeque parato vnguento referuntur, saepe relata. Laus verrucis equinis data superstitionem olere mihi videtur. De arsenico vid. *Sammlung auserlesener Abhandlungen für praktische Aertzte, Zweeter Band. Viertes Stück.* Aqua calcis viuae intus cum lacte, extrinsecus sedulo adhibita, si ventriculus non offenditur, prodesse potest. Non raro enim vsus eius vlcera internarum partium sanauit. Neque nego, ab illis, quae adversus scirrhum a caussa atrabiliaria ortum valere supradixi, posse aliquando sanationem cancri praestari, si cito, h. e. antea quam sanguis a sanie cancrosa penitus corruptus est, medicina paratur. Et tum simul iteratoque adhibitae vomitiones aluique purgationes leniores iuuare possunt, grauioribus vero morbi conditionibus existentibus malum per ea augetur, et mors maturatur. In tanta miseria palliatio curationibus eradicantibus praeferatur. De hac autem paulo post. Itaque nil addo de Phytolaccae herba, de alumine, similibusque. Cortex chinae solus vix sanat, aliis tamen vel roborandi vel putredini resistendi caussa iungi potest.

## §. 271.

In labris si cancri fiunt, hi protinus ita excidendi t, ut semper aliquid ex sana parte tollatur. Quia o hoc sine labrorum mutilatione fieri nequit, orae ucendae inter se, suendaeque sunt, traiectis et ibi ctis acubus. (vid. inferius de labrorum vulneribus).

Vidimus aliquem, qui sine praegressis verrucis inde cancrum lethalem tandem contraxerat, quod labrum inferius saepius, et fere quotiescunque de aliqua re stuperet dentibus non morderet quidem sed tamen vehementius comprimeret.

De cancro nasi curato ab empirico legi meretur epistola descripta in Bibliothec. Chirurg. T. IV. p. 587.

§. 272.

Vbi autem vitium in quauis ſede penitius deſc dit, et, vel certa deſperatio, vel gravior metus hominem ſectione ſaluum praeſtari non poſſe prudentis chirurgi, hunc, quem ſeruare nequit, n attingere. Nouum igitur petendum conſilium et adhibenda ſunt lenia auxilia, quae quaſi blandi tur morbumque trahunt. Primum itaque ad vict rationem curatio transferenda eſt, et ab ea ordin dum, vt aeger omnia vitet, quae, quod aliena ſ ſupra propoſui (257. 263). Carnes etiam, quae mis ſuccoſae aut pingues ſunt, v. g. ſuillae, noce Si ſanguis in corpore abundat, is ſubinde ſubtrah dus et aluus etiam; ſed non, niſi lenioribus, rhab baro, tamarindis, cremore tartari, mercurio du pilulis Becheri, nunquam valentioribus, ducenda e Vitanda enim ſummopere omnia ſunt, quae humo citant. Potioni ptiſana (270) idonea eſt. In proxi parte fonticulus excitari poteſt.

* Quantum noceant purgantia, vid. in DEIDIER c. l. p. 1

§. 273.

Quamdiu vitium adhuc ſub cute delitescit, f omnia, quae imponuntur, aliena ſunt. Locus con frigus omnemque iniuriam, quae exterius accid poteſt, cuſtodiendus. Et fere optimum eſt, ill plumbea lamina, aſt tenuata minimeque graui, c tegere. Si dolor nimis acerbus eſt, quandoque ſup haberi poſſunt hyoſcyami herba et papaueris flo qui cera excipiuntur, vel emplaſtrum ſaturnin Mynſichti. Pinguia enim et reſinoſa inimica ſunt.

§. 274.

Vbi autem vlcus adapertum eſt, pauca etiam dicamenta inueniuntur, quae ſine noxa imponi poſſu

N

m, si vis adhibetur, malum irritatur et increscit.
que contentus esse debet medicus lenioribus, quae
us purgant, et prohibent, ne id nimium serpat,
supercrescat. Ad id fere idonea est aqua phagedae-
a dilutior, quae putrem carnem satis continet, nec
us nimium serpere patitur. Si vero maior cor-
tio cum foetore est, ei adiici potest parum essen-
succini, quam tamen minime acrem et sine sale
npositam esse oportet, vel admisceri potest aqua
neraria. Subinde etiam linamenta sicca imponen-
sunt, quae tetros humores quasi bibunt, illaque
ilo mutanda. Si dolor vrget, cremori, qui ex
oniorum semine cum aqua plantaginis paratur,
ci potest plumbum vstum, et vlceri illini. Idonea
m compositio est, quae habet acetum, quod argenti
nam excepit, et oleum rosarum, quale vulgo lini-
ntum nutritum appellant. Ex emplastris, quibus
e continentur, fere optimum est Mynsichti. Vlcus
ndo deligatur, auertendus est omni studio aeris
tus, quo illud grauiter afficitur.

Quodsi neque resectio tumoris locum habet, neque medicamenta intus forisque adhibita quicquam profecerunt, PLATNERI quidem consilia sequi possumus; verum ab saturninis validioribus abstinendum est. Etenim ea tantummodo constringunt cutem et ei proxime subiectas partes; interiora non mutant. Atque sic sub vsu talium nouimus, abnormem in modum aliquando increuisse scirrhosum tumorem.

: Ad putrorem foetoremque imminuendum prodest quoque spiritus acidus salis muriatici ita aqua dilutus, vt rodere nullo modo queat. Vlcus eo medicamento vel eluitur quotidie vel contegitur linteis eo madentibus. Hac loco postremo dicta ratione adhibitum dicitur radicitus curauisse cancrum. Si sanies nimium abundat, myrrhae liquamen et putredini aduersum est et siccat. Aluminis solutio in laxioribus adhiberi potest. In aliis aqua calcis viuae. Verum his omnibus ita vtendum est, vt ne effluxus omnis saniei cohibeatur, increscunt enim dolores. Puls radicum dauci hortensis rasarum, seu cruda seu initia fermentationis subiens, aliquando plurimum ad reprimendam putredinem

 potuit.

potuit. Doloris vehementiam lenit opium et ſal ſedati uum et extrinſecus impoſitum decoctum cicutae, hyo ſcyami, ſolani, capitum papaueris. Vnguentum nutritur magis lenit, ſi oleum ſeminum hyoſcyami ad parandum i adhibetur. Omni modo curandum eſt, ne cutis vicin hactenus integra ab acri ſanie corrodatur. Contegend igitur eſt emplaſtro diachylo ſimplici, cui ſaturninum al quot remixtum eſt. Sanguinis effluxum ex corroſis vaſcul difficilius reprimimus, neque ſemper tuto cohibemus; cur ſanguine enim pars acris ſaniei effluit. Si tamen aegrot debilitatur, et lintea carpta vix ſufficiunt, agaricus, q plus poteſt, etiam ſpem fallit, ſtyptica vero dolores crean intolerabiles, neque validiorem appreſſionem linteoru admittit vehementia doloris, vaſorum conſtrictioque pe vincturas fieri nequeat, ſi ea macerata et arroſa ſunt; tum ex periunda ſunt cauteria actualia, quae tamen et dolor faciunt, neque diu cohibere ſanguinem poſſunt, cui fluxus, cadentibus cruſtis, repetit. Itaque futurum eſt, v variis illis adhibitis, homo miſerum ſpiritum efflet.

De cancro legi prae caeteris merentur PETRI BIERCHE *ſermo de ſignis diagnoſticis cancri* lingua ſuecica co ſcriptus et ab ADOLPHO MVRRAY in teutonicam verſus inſcriptus: PETER DIERCHEN'S *Abhandlung von den wa ren Kennzeichen des Krebſes. Göttingen* 1775. *Diſſertat* Academica de cancro etc. Auct. PEYRILHE, *Paris* 177 GOOCH *Tractatus in Sammlung auserleſener Abhandlunge für praktiſche Aertzte, zweeter Band. Traitè ſur le vi cancereux,* par M. DVPRE DE LISLE. Paris 1774.

# OPHTHALMIA.

## §. 275.

Variis et ingentibus caſibus oculi patent, quoru plures ad inflammationes pertinent, vel ex i naſcuntur. Si enim oculorum tunicae inflammantu morbus ophthalmia, vel lippitudo, dicitur, cuius varia genera, variae etiam cauſae, atque tempo ſunt, in quorum omnium cognitione curation ſumma eſt. Ophthalmiae enim plura commun ſunt cum inflammatione, quare etiam ab hui potiſſimum cognitione medendi ratio trahenda e

Pra

...eter haec discrimen est, si exteriores tunicae la-...ant, vel, si aliae, quae intus in oculo sunt, inflam-...ntur.

Non omnino consentiunt autores de harum externarum tunicarum numero et denominatione. Plures tunicae adnatae, vel coniunctivae, vel albugineae, nomine omnes comprehendunt. PORTERFIELD *in Medical Essays Vol. III. Obs. XII. p.* 161. tunicam albugineam in duas diuidit, quarum alteram, internam, deducit a periostio orbitae, per quod, vt notum est, dura cerebri membrana oculi tunicis iungitur, alteram ab illa membrana, qua interius palpebrae conteguntur. His superaddit aponeurosin vel epidermidem, (*Aponeurose or Surpeau*) quae his omnibus, et corneae, innata esse dicitur, id quod ex pustulis saepe in cornea ortis probat. Nullam mentionem facit illius, quae a musculorum tendinibus orsa sub adnata sita est. Existimauerim, commode has tunicas diuidi posse in intimam, quae aponeurotica et albuginea dici potest, et a musculorum tendinibus venit, in adnatam, quae partim a periostio orbitae, partim a tunica palpebras interius contegente, educitur, superque hanc fertur, nec non in epidermidem, seu extimam tenerrimam, qua omnes, etiam cornea, conteguntur. Inter has membranas tenerrimum et cellulosum contextum esse, et inter eas etiam arterias venasque omnis generis discurrere, ostendit quaeuis inflammatio, ipsaque chemosis. Non semel in tunica cornea, maxime si illa exulcerata fuit, cernere potui arterias minores rubicundo sanguine confertissimas. Operae pretium videtur, has partes paulo accuratius distinguere.

De oculorum morbis sanum iudicium laturus fabricam et oculi ipsius et partium ambientium cognitam perspectamque habeat necesse est. Optime de ea expositum est in *Descriptione Anatomica oculi humani iconibus* illustrata *Auctore* IOH. GOTTFR. ZINN. *Göttinguae* 1775. Itemque in *Mémoires & observations anatomiques, Physiologiques & Physiques sur l'Oeil. Par* IEAN IANIN, *a Lion & a Paris* 1772.

## §. 276.

...Ταραξις dicitur, si tunica adnata parum rubet, ... tumore ac dolore, quod genus saepe a rebus ...ur, quae extrinsecus oculum laedunt, solis aestu, ...io, puluere *. Si vero non solum tunica adnata, ... etiam aponeurotica, seu albuginea, quae a muscu-

lis oculum mouentibus venit, valde inflammata et hae tunicae adeo intumefcunt, vt fuper corne ferantur, χήμωσις nomen eft **, Eft vero haec r gna cum inflammatione, acerbo dolore ac noctu vigilia, caput etiam multum dolet, calet, et in grauitas fentitur. Et hoc vitium quandoque o folet a fubita externaque caufa, non raro vero p febres aliofque morbos, fi horum materia in ocul conuertitur et hanc periculofiorem inflammation mouet.

* Inflammationis initium dicitur GALENO in Lib. VI. E Hippocr. Comm. V. Textu III. T. IX. p. 515, Vid. P. LVS AEGINETA Lib. III. c. 22.

** Conf. PAVLVS AEGINETA l. c.

† Si taraxis pro leuiori genere inflammationis habetur, ea differt aliud malum eo leuius, ubi fcilicet in albo oc plerumque verfus canthum externum, macula quaed rubens, definitae figurae, nafcitur, fic, vt homo fa eam non animadvertat, nifi vel ab aliis vel fpeculo monitus. Fit crebro in iis, quibus aliqua humo prauitas eft, fi vel auftrina tempeftas eft, vel corpus a cal cientibus commouetur, aut plenitudo collecta eft. Cre etiam in medico quodam vidimus, qui cum per plures an fpecie quadam morbi caduci affectus effet, tandem e difceffit In eius capite, eo quidem haemifphaerio, vbi maculae faepe exftiterant, magna vomica purulenta re ta eft. Similis fugillatio non raro a variolis, in fine mor itemque a leuiori cauffa externa progignitur. Rubore cuffo, fponte plerumque, per aliquod tempus relinqui macula flauefcens.

†† Si chemofis eft, oculi bulbus et in eo quidem tu aponeurotica cum exterioribus ita intumefcit vt in limiti albi et nigri oculorum feu in limitibus corneae ali eminentia fit, et cornea quafi in finu quodam pofita videatur. Simulque albida fit et non perlucida. Saepe palpebrae fine dolore diduci poffunt.

§. 277.

Lippitudo, proprie fic dicta, feu ophthalm humida, eft, fi ex oculo inflammato copiofior lacry pellucida, calida et acris profluit, quae et corne

ex

ılcerat, et quandoque genas, per quas defluit, rodit. ɔut calet, dolor, qui a temporibus ad oculos perıit, magnus eſt, cum graui prurigine, oculus omnis is impatientiſſimus. Nonnunquam etiam palpebris ɔartibus, quae circa oculum ſunt, ſuperuenire ſolet nor, qualis fere in eryſipelate eſſe ſolet, et ſaepe nis cutis exaſperatur exulceraturque. Tunc pituita rymae miſcetur, illaque craſſior fit, et palpebrae er ſe glutinantur. Tandem omnia ſiccantur et erius palpebris inhaeret cruſta arida, quae tandem ıtracta ex cute decidit.

§. 278.

Ξηροφθαλμία, ſeu arida lippitudo *, dicitur, *oculi neque tument, neque fluunt, ſed rubent tantum, cum dolore quodam fere leui ac prurigine graues ſunt, palpebrae citra duritiam vllam noctu praegraui pituita aereſcunt.* Frequens eſſe ſolet iis, qui aeſtate anni grantiſſima vel apricantur, vel per puluerulentas ıs iter faciunt.

* Sunt verba CELSI Lib. VI. C. VI. §. 29. conf. PAVLVS L. III. C. 22. AETIVS L. VII. Cap. 75. et 77. p. 136. Edit. Ald. Gr.

§. 279.

Σκληροφθαλμία eſt, vbi oculus et palpebrae duıres ſunt, nec ſine moleſtia mouentur aperiunturve. Dolent etiam ac rubent, nullus vero pituitae rſus eſt, ſed angulis et palpebrarum cartilaginibus ıaereſcunt gramiae, ſeu λῆμαι paruae, ſiccae et dae. Nec palpebrae inuerti poſſunt. Saepe haec hthalmia oritur in ardentibus febribus, aliquando, oculo multa ſpirituoſa fuere impoſita, et ſi lacryılis glandula ſcirrho laborat *.

* Vid. AETIVS c. l. Cap. 74. et 77.

§. 280.

Ψωροφθαλμία dicitur, ſi oculi ſcabri ſunt, qu maxime in angulis et palpebris eſſe conſueuit. Ang cum multa prurigine rubent. Humor enim e paucus, ſalſus, acer, qui omnia exaſperat. Enaſcit ſi ex variis cauſis lacrymae calidae acres factae ſunt *

* AETIVS L c. 76. 77.

§. 281.

Vbi autem inflammatio etiam interiores ocu membranas, et praecipue choroideam, occupa phlegmone nomen eſt. Hoc malum peius eſt, cap calet, et dolor eſt fere intolerabilis cum febre, n cturna vigilia et delirio. Haec ingens inflammati maxime, ſi a ſubita cauſa orta fuerit, ſaepe tanto in petu erumpit, vt oculos e ſua ſede propellat, id quo quia oculi procidunt, πρόπτωσιν * Graeci appellant.

* CELSVS L. VI. c. 6. n. 8. PAVLO vero L. III. c. 23. p. 3 dicitur Ἐκπιεσμὸς, qui πρόπτωσιν retulit ad ſtaphylomati genera.

§. 282.

Eſt etiam magnum diſcrimen inter ophthalmiam acutam, quae cum inflammatione eſt, et, quae ad ſummum per vnum alterumue menſem durat, plerum que vero celerius finitur, et inter lippitudinem lon gam. Prior enim plerumque oritur, ſi mala materi ex corpore in oculum vertitur et in hoc inflammatio nem mouet, vel ſi ex aliis, etiam ſubito enatis, cauſi hoc accidit. In chronica vero nunquam ſicceſcunt oculi, ſed ſemper humore tenui madent, qui ex leui bus momentis inflammationes excitat, et ſaepe totam vitam hominis infeſtat.

Praeter

§. 283.

Praeter haec, ſi in totius corporis humidis ali-
l vitium eſt, aliquando diuturna lippitudo enaſci-
Eſt enim frequens ophthalmia iis, quibus cor-
ſcorbuto vitiatum eſt, nec non, quos venerea lues
tauit *. Nonnunquam ophthalmia plures inuadit,
pidemica eſt, aliquando periodica, quae certo
pore reuertitur.

Certis obſeruationibus compertum eſt, ophthalmiam ex gonorrhoea virulenta, repente cohibita, ortam fuiſſe, vbi pituita copioſior, craſſior, flauens, humori purulento fere imilis, qualis per vrethram ferri conſueuit, maiori impetu rupit et ex oculo effluxit. Idem teſtatur St. YVES P. II. L. IV. Art. X. p. 187.

Ex gonorrhoea maligna repreſſa ophthalmiam humidam ſimul et acrem naſci vidi, quam quia recens orta erat, refricata gonorrhoea, facile poſt paucos dies profligare datum fuit. Videatur etiam ALEXAND. CAMERARII *diſſertatio de ophthalmia venerea.* Tubingae 1734.

§. 284.

Ex ſupra dictis clarum eſt, oculos inflammari, ſi
er ſanguis in minores arterias, quae aliis teneriori-
ac pellucidis humoribus accommodatae ſunt, trans-
litur (34). Id vero etiam ex variis et ſibi contra-
cauſis incidere ſolet. Extrinſecus interdum ictus
lum ſic laedit, vt eius membranae, quae tenues
et neruoſae, inflammentur. Ei quoque, nec non
tis partibus, vulnera inferuntur, quandoque caſu,
ndoque manu chirurgi. Si etiam caluaria fracta
et eius exterior interiorue membrana laeſa et in-
mata fuit, etiam in oculo inflammatio ſe oſtendit,
adnata a perioſtio orbitae incipit, hoc autem cum
nbrana dura aeque, ac perioſtio externo, commit-
r. Etiam omnia acriora, ignis, externus et ad-
titius calor, fumus, oculum offendere et inflam-
ionem mouere ſolent. Pueri, quibus nares hu-
mentes

mentes non emunguntur, saepe turpiter lippire: lent. Quandoque sub partu obstetricia manus ocul grauiter afficere potest.

† In pueris quoque ex mucosa et abundante lympha, q alioquin varia exanthemata in facie, labiis, auribus et p capillata capitis gignit, fit lippitudo, etiamsi nihil eo admissum est, quae, vt Auctor in §. seq. dicit, prom pere ea in iis partibus prohibent.

§. 285.

Sunt vero aliae quaedam causae, quae ocu ophthalmiam adferunt. Ex his potiores sunt, si tarrhi et sudationes repente fuere cohibitae, et, si caput calens frigus adspirauit. Vel, si tempestates n aequales sunt, sed multum ac repente variant, et insensibilis exspiratio coercetur. Si scabies, porrig seu squamulae, quae inter pilos surgunt, neq non va aliaque cutis vitia, ex toto medicatione prohibentu non raro mala materia in oculos vertitur et mouet lippitudo. Interdum etiam per vlcera exesae su glandulae Meibomii, id quod iis accidere solet, q ex variolarum morbo conualuerunt. Si enim ocu variolis infestantur, palpebrae vero, inter se per pur lentum humorem glutinatae, diducuntur et, mede tium imprudentia, impositis variis medicamentis ag tantur, manent vlcera, et chronica lippitudo, qu in quibusdam nulla ope sanari potest; vtque sic, quo per se exiguum est, maius imprudentia curantis fia Huic valetudini etiam obnoxii sunt pleniores et san guine abundantes, quibus haemorrhoides fluere solita et menstrua suppressa sunt, quibus aluus non respo det, et quibus in capite vel grauior dolor, vel long imbecillitas est. Vbi oculus, vel crebrius, vel diutiu hac valetudine vexatus fuit, illa, si etiam admotis aux liis cessit, saepe ex leui occasione reuertitur, quia ocu lorum membranae multum infirmatae sunt.

* Crebi

Crebra animaduerſione cognitum eſt, oculos, quos variolae infeſtant, optime cuſtodiri, ſi palpebrae inter ſe glutinantur. Sic enim lux et aer auertuntur, quae neruoſarum oculi membranarum inflammationem maxime concitare atque accendere ſolent. Non ſolum itaque ſuperuacua, ſed etiam nocentiſſima curatio eſt, ſi variis rebus palpebrae ſuperinunguntur, vel vaporibus fouentur et fibrae laxantur, vel, ſi, diductis palpebris, multa medicamina in oculi angulos inſeruntur, vt natis variolis medicamenta inducantur. Vix vnquam haec profuere, quae, quod oculum agitant, variolas longe nocentiores reddunt. Nam hae, ſi nulla adhibita medicatione tolerantur, finita ſuppuratione, ſine noxa decidunt. Si enim variolae malignae ſunt et rodenti humore plenae, nec quidquam eſſe puto, quod noxam auertere poſſit.

Sunt tamen, qui hac de re aliter ſentiant; in quibus eſt RVDOLPH. *Auguſtin.* VOGEL in libro inſcripto: *Academicae Praelectiones de cognoſcendis et curandis praecipuis corporis humani affectibus.* Götting. 1772. Quemlibet ſuo quidem ingenio et audacia abundare facile patimur, non poſſumus tamen non monere, humorum affluxum ad palpebras, anteaquam variolae aridae fiunt, diductas fere ſemper augeri. Si ad canthos oculorum pus colligi videtur, linteolo molli vel ſpongia inbibendum eſt ſubinde.

## §. 286.

Leuior lippitudo et tunicae exterioris inflamma- in phlegmonem (281) verti poteſt, ſi oculo ſuper- ntur medicamenta, quae refrigerant *, reprimunt, c non ſpirituoſa, quae et teneriores humores cogunt neruoſas tunicas grauiter offendunt.

* Vidi phlegmonem, et ex hac intus ruptum ac foras procedentem oculum, cum empiricus leui ophthalmia laboranti oculo candidi panis interiorem partem ex gelidiſſima aqua ſubactam per aliquot dies ſuperimpoſuiſſet.

## §. 187.

Orta vero lippitudine, ex certis indiciis ſcire licet, id euenturum ſit, quorum quaedam omni lippitu- ni communia ſunt, quaedam vero propria. Inter mmunia nemo ignorat, omnem inflammationem, quae

quae altius defcendit et interiores oculi membr occupat, id quod in phlegmone fieri fupra (281 tuli, periculofiorem effe, quam illa eft, quae in e rioribus confiftit, et cui non magnus dolor acce Maior autem metus eft, et caecitatis periculum ophthalmia magnam febrem adfert, vel, fi hac fu veniente ophthalmia exafperatur. Plerumque e febre *, nec non alui profluuio **, ophthalmia fc tur. Deiectiones autem, quae medicamentis nim valentibus petuntur, perniciofae funt et corneae m branae mucofam exulcerationem adferunt. Si li tudinem praecedit cephalaea, aut, fi haec fuperu ens pertinaciter inhaeret, faepe lumen amittitur Si vnus oculus ophthalmia infeftatus eft, is m dolet, quam, fi vterque laborat. Non raro tan fi vnus a caufa etiam fubita male adfectus eft, et a inflammatione corripitur. Citius fanefcunt oculi vltorum, et quibus bonus corporis habitus eft, q infantum, fenum, et alio morbo conflictantium.

* HIPPOCR. Coac. Praenot. §. 130. T. I. Edit. Lind. p. Conf. DVRETVM in Coacas L. II. p. 129.

** HIPPOCRATES Sect. VI. Aphor. XV. περὶ κρίσιων fub fi Ed. c. p. 447. in Coacis p. 542. Conf. DVRETVM p. 13

*** In Coacis Edit. Lind. p. 542. DVRETVS c. l. p. 130.

§. 288.

Inter ea vero, quae certo lippitudinis generi p pria funt, de phlegmone (281) et chemofi (276) c pertum eft, ex iis faepe luminis caecitatem o Phlegmone quandoque orto hypopio finitur, et, maturius auxilium cum quadam temeritate rapiat oculus fuppurat atque rumpitur, (vide de hypop Ξηροφθαλμία (278) fere fine periculo eft, Σκληρ θαλμία (279) in gangraenam, fuffufionem et a urofin tendit, ac nonnunquam perpetuam caligin adfert.

§. 2

§. 289.

In humida ophthalmia (277) calida, tenuis, falfa acryma rodit corneam, quare magnum periculum lcerum eft; vbi vero pituita lacrymae mifceri coepit, ec longae valetudinis, nec exulcerationis magnus ietus eft, certa autem fere fiducia, fi craffa pituita iolliſque effe incipit, eaque media palpebrae inter coalefcunt, nec non, fi palpebrae, et his iuncta atis, multum intumefcunt, exterius crufta oculo iper increfcente (277). Non fine fummo periculo t ophthalmia venerea et fcorbutica (283), praecipue, in orbita os aliquod vitiatum eft. Chronica lipitudo, (282. 285) fi inualuit, difficulter eradicatur.

§. 290.

Diuerfam curationem defiderant hae valetudines, rout ex variis occafionibus ortae funt. Quaedam utem in omni lippitudine fere neceffaria et commuia funt. Quicunque enim ophthalmia laborat, eum portet in obfcuro effe, vt ab omni luce omnique culorum vfu abftineat. Alienum eft, oculos lipientes deligari, tanto magis, fi pituitae, vel tenuios et acrioris, vel craffioris, curfus oculum infeftat. ericulum enim eft, ne palpebrae inter fe cicatrice lutinentur, vel oculo inhaerefcant. Acrior etiam umor, fi non effluere poteft, corneam magis rodit t exulcerat. Vbi vero, poft adhibitam variam chiurgiam, magis e re videtur, oculum deuinciri, etiam oc fano oculo fieri, neceffarium eft, quia is, qui laorat, huius motu fenfuque concitatur. Aeris venorumque afflatus, qui omnibus inflammatis officit, tiam oculos, quos inflammatio occupat, concitare olet. In omni, tum acuta, tum chronica, lippitudie vitanda omni modo caufa, quae lacrymas excitat, acria medicamenta non alio magis nomine his

nocent;

nocent, quam, quod lacrymas mouent. Infant igitur frequens ploratus saepe impedit, quo mir oculi sic affecti sanescant, in quibus omnium har valetudinum difficillima curatio est. Nec enim sa est, solam oculorum valetudinem intueri, sed eti totius corporis habitum, et ad eum, tum omn curationem, tum victum etiam, a quo magnum pr sidium petendum est, dirigere. In acuta et hum ophthalmia, et quae cum erysipelate palpebrarum si febris accessit, non parum proficiet medicus, si fel ad remedium vti nouerit, quo crudi, tenues, ac rodentesque humores digeruntur, cocti fiunt, cr atque molles. Aluus, si adstricta est, semper va tudinem auget, nunquam autem valentioribus (28 illa, sed lenissimis (63) ducenda, vel potius lenienda

† Nisi opus fuerit deligatione ad medicamenta, quae impo sunt, retinenda; fere optimum est, si oculum vtrumque certe affectum linteum ex serico paratum, coloris viri laxe contegit, dependens libere a fronte; sic enim et lum ab oculo arcetur, et is fouetur. Ad communes curatio pertinet quam maxime caussarum in corpore haerenti remotio. Itaque morbus quicunque particularis repre et ad oculos conuersus reuocari ad sedem pristinam deb Catameniorum fluxus suppressus ciendus est; quo plur mum facit sanguisugarum suctio in labiis rimae extern partium naturalium, et vsus pediluuiorum atque frict plantarum pedum.

§. 292.

Si vero ad singulas species veniendum est, Tara (276) saepe sponte et celerius desinit, modo aeger luce et omnibus, quae oculum concitare possunt, a stineat. Si vitium a causa intus orta enatum e confert, quod ex frequentissimis collyriis est. H habet parum vitrioli calcinati et tutiae praeparat quae per se teruntur, iterumque miscentur, adiect post aqua foeniculi, vel rosarum. Si malum temp statum vitio, et repressio sudore, vel ex catarrho ortu fu

it, ei recte fuccurritur, fi aeger horis matutinis fudat. Cauendum tamen, ne hoc, datis calidis medicamentis, et in cruditate tentetur.

† Si hoc genus a catarrho eft, febris ratio habenda eft, vt vel fi leuis eft eius cauffa nihil fiat, vel fi paulo maior aeftus fuerit, diluentia. puluis ex nitro, fale mirabili Glauberi, cum aquis diapnoicis itemque infufum florum fambuci fumantur. Vtrobique regimine temperato opus eft. Poft tempora Platneri flores feu cineres Zinci, extractum faturni a multis praeferuntur his, quae funt ab eo laudata et olim fuerunt ab aliis adhibita.

§. 292.

Extrinfecus fi oculum ictus valentior laefit, mox fanguis ex brachio mittendus et auertendus eft humorum ad oculum coitus. Ad quod etiam idoneum eft, imponere medicamenta modice reprimentia. Oportet oui album et aquam rofarum vel foeniculi in vas defundere et adiicere parum tutiae praeparatae atque sacchari Saturni, idque mediante rudicula, vel fpathula peragitare atque mifcere. Vbi facta vnitas eft, demitti in id debet panniculus, qui hunc humorem excipiat, ifque fuper oculum poni. Panniculus, cum inaruit, iterum madefaciendus eft. Haec res regerendo inflammationem coercet, et aliena eft, fi ea iam oculum prorfus tenet, quia eam in plhegmonem mutare poteft (286). In hoc cafu magis opportunum eft, fi herbae abfinthii, hyffopi, rutae, maioranae, ex vino auftero rubro coquuntur, et fpongia, penicillo, quod ex tali decocto exprimitur, oculus fouetur. Nec aliena eft aqua vulneraria, quam minimum fpiritus habere oportet, cum aqua foeniculi mixta, nec non, fi calidae aquae octaua, vel decima fere, pars fpiritus ardentis admifcetur et oculo imponitur. Omnia fpirituofa valde aliena funt oculoque durum ac fcirrhofum reddunt. Vbi autem oculus induruiffe videtur, adiicienda funt pauca emollientia

lientia. Vitandum vero, ne his fomentis intus pr moueatur. Noctu superdari potest pomum coctur vel putre, calidum, cui minimum camphorae cu sacharo contritae adiicitur.

§. 293.

Si paucus sanguis in tunica adnata suffusus e nihil commodius est, quam locum, vel lacte mulieb vel sanguine calido columbae, inungere, qui ex euul viuo animali penna commode exprimitur.

CELSVS Lib. VI. C. VI. §. 39. PAVLVS L. III. C. XXI. p.

§. 294.

Si fumus, vel aliud acre, oculos laesit, vtendu etiam calido lacte est, quo oculus, adhibito calicul seu vasculo ad id idoneo, (*le Bassin oculaire*) * el potest. Lacti parum croci commode admisceti Vel plumula in cremorem seminis cydoniorum (22 demittur, qui hac mediante super oculos induciti His, medicamentis optime leniuntur intus in ocu latentia acria. Alii pauciora camphorae grana cu amygdalis contrita aqua excipiunt et in oculum d mittunt. Vapore emollientium herbarum oculi fouendus, noctu vero superdandum pomum coctur

* GARENCEOT *des Instr. Tit. XIV. Art. IV. p.* 432.

† Qualecunque fuerit alienum id, quod oculum vexavit fumus, seu res puluerulenta, seu insectum, posteaqu vel lenientibus elutum est, aut extergendo exemtum, co veniunt ea, quae §. 292 proposita sunt, maximeque c lyrium ex aquis ophthalmicis et floribus Zinci. Plethori etiam sanguis detrahi potest: — Si ferri particula inter oc bulbum et palpebras haeret neque oculis medenti patet, magnete armato fortius trahente aliquando vtendu est, vt ea foras proliciatur protrahaturque. Quod facti si fuerit, simili medicina adhibita vascula roboranda su ne sanguinem copisiorem in se admittant. Si res quaecu que aliena diutius vexarit oculos, vt iam inflammatio prorsus teneret, antea adhibenda sunt discutientia.

§. 29

§. 295.

Plus negotii eſt, ſi lippitudo humida oculum tenet, 77) quae tamen etiam magnum diſcrimen recipit. enim vitium recens, eiuſque maior impetus eſt cum ore, et lacrymae eunt ſalſae calidaeque, cum his ro palpebrae intumeſcunt, illud, quod (287. 290) opoſui, tenendum, et febre ad remedium vtendum :. Vix enim alio remedio opus eſt, quam quiete et ſtinentia. Tenuata enim febricula, et, dum inflamitio, orto in palpebris tumore, externas partes ocpat, et ipſa cutis, natis in ea puſtulis, exaſperatur, uitam mollem fieri deprehendimus, cuius, quo coſior curſus eſt, et quo magis ea craſſa, palpebrae itinantur, eo plus detrahitur inflammationi (289). in hoc caſu aliquid, praeter abſtinentiam et alia, ae intus aduerſus febris impetum dari ſolent, tendum eſt, foueri ab initio poteſt oculus vapore herrum mollientium, quo ad externas partes euocetur flammatio. Nocet vero, quam maxime nimius mor. Nec palpebrae, ſi coaluerunt, diducendae, c quidquam in oculum demittendum eſt.

§. 296.

Maius periculum eſſe ſolet in ea lippitudine huda, quae non, vt prior, vetuſtate matura fit, et um nulla febricula adiuuat. Humor enim, qui non copioſus, ſed acrior effertur, cuius vero curſus tius perſeuerat, rodit corneam. In hac igitur mala era fiunt, ex quibus oculi per totam vitam caligant. huic vitio medendum eſt, neceſſe eſt, vt, quanta fieoteſt diligentia, auertatur mali humoris aditus ad ilum. Corporibus itaque valentioribus, et quibus guis abundat, plenaeque venae tument, vena tinus in talo incidenda eſt. Vel, ſi vires et alia aedam id non patiuntur, copia tamen ſanguinis

aegrum male habet, tergo aliisque sedibus cucurbitulae, concisa prius scalpello cute, imponendae sur Vel cucurbitulae integrae cuti aptandae imprimenda que sunt, vt diu inhaereant. Vtile etiam est, si ped crebrius in calidam demittuntur, iisque frictio adl betur, et si aluus ducitur lenioribus, satis tamen v lentibus, medicamentis. Vbi vero aliquod in corpo vitium est, vbi scabies repressa fuit, porrigo prohibi aut, vbi vlcus cacoetheum et chronicum curatum fu danda sunt medicamenta, quibus intus humida pu gantur, et quae faciunt, vt cutis vitia reuertantu Ob id etiam expedit, cutem, quae adfecta olim fu panno asperiore fricare. Vitandum vero, ne his n mium citentur humores, quae res etiam humorem oculo calidum nocentemque reddit.

§. 297.

Maximum vero aducrsus hanc lippitudinem au lium est in cantharidibus, si illae emplastro excipiu tur et cuti imponuntur. Parum vero proficiunt, minora emplastra nuchae iniiciuntur, pustulae ve incisae mox effuso humore siccantur. Longe mag opportuna emplastro sedes est inter scapulas, cui loc illud, et quidem maius ac valentius, imponitur. Pau enim asperiori dolore, quo cutis sic vellitur, mal materiae cursus ab oculo auertitur. Vlcera etia quae sic adusta cuticula fiunt, haud protinus sicca sed impositis pinguibus mollientibusque diu, et qua doque per mensem, tolerare, pusque, quantum pote mouere oportet. Si etiam haec vlcera nihilomin arida fiunt, expeditissimum est, linimento paucos ca tharides adiicere et illud loco inducere. Si his malu leuatum, non vero oculo ex toto sanitas restituta e expedit quandoque, iterum ad hoc auxilium veni priori etiam vlcere nondum percurato, canthari surae iniicere, et in hac quoque pus commouere.

§. 29

§. 298.

Solet tamen nonnunquam euenire, vt nec his xiliis lippitudo cedat, sed vt pituitae rodentis cursus hilominus maneat, quae res paulo acriorem curatiom requirit. Veniendum enim est ad illam palpearum ξύσιν; quod chirurgiae genus HIPPOCRATES* oposuit, nostris vero temporibus, per plura secula ermissum, Io. Thomas de WOOLHOVSEN reuoca**. Raduntur cruentanturque palpebrae fasciculo umarum, quae ex spica secalis euelluntur. Dorsum im glumae spinam habet exterius copiosissimis et nutissimis spiculis asperatam. Harum glumarum ciculus filo constringitur et eo raditur interior palbrarum in exteriora versarum tunica. Sanguis, qui ex sauciatis vasculis elicitur, et qui plerumque x aere cogitur, tepida aqua eluendus, et post ocudiligentius vapore aquae calidae, ex qua spongia rimitur, fouendus est. Si noctu oculum obligare it chirurgus, necesse est, vt aliquid demittatur in palpebras, ne illae cum oculo glutinentur. Ad fere idonea sunt hormini semina, quippe quae laera inter diductas palpebras inseruntur, supraque osito cocto, vel putrido, pomo oculus deuincitur. ec palpebrarum ξύσις saepe, et tamdiu, interpositamen semper aliquot diebus, repetenda est, donec emittat inflammatio et pituita crassa, atque mollis incipiat. Hoc proxime futurum esse significat guis ex rasis palpebris fluens, si is non tam rete in tenax coagulum vertitur.

* In Libello de Visu. Edit. Lind. T. II. p. 353.

** Vide BVRCGARDI DAV. MAVCHARTII ὀφθαλμοξύσιν nouantiquam, seu Woolhusiano-Hippocraticam, Tubingae, CIƆ IƆ CC XXVI. et meam Diss. de Scarifatione oculorum, Lipsiae, CIƆ IƆ CC XXVIII. nec non Programma, quo Anno CIƆ IƆ CCXXXV. sectionem publicam cadaueris indixi, et in quo hanc chirurgiam ab aliorum contemptu vindicaui, et, quale ei pretium statuendum sit, expertus ostendi.

† Hoc genus palpebras cruentandi non ab imperito neq a perito promiscue aut sine multa deliberatione administra dum esse nemo non videt. In magna vel loci affecti universi corporis sensilitate vehementer nocet.

§. 299.

Interdum, discussa inflammatione, in albo oc relinquuntur venae sanguine turgidae et quasi va cosae, quae, quia ad corneam etiam perueniunt, officiunt, imo, si in hac mala vlcera sunt, haec qu alunt et maiora reddunt. Hoc potissimum accidit, oculo super data fuere refrigerantia atque repriment (286. 292). Commodissimum est, his venulis acu vel hamulum acutum paulum mucrone intus recu vato subiicere, illasque adductas minori scalpello pr cidere, sanguinem vero pati fluere, donec conquiesc interea vero oculo adhibere spongiam ex aqua cal expressam. Hoc chirurgiae genus nonnulli φλεβοτομ oculi appellant.

§. 300.

Quod si haec perodiosa lippitudo his tandem e pugnata fuit et omnis pituitae cursus constitit, re quias discutiunt collyria, quae supra (291) propos seu aliud, quod fit ex lapide, sic dicto, diuino, cu pauciora grana aqua rosarum excipiuntur. Oppor num etiam est malicorium et herba absinthii, si ex vi austero coquuntur et ex horum decocto calido expre spongia oculo subinde admouetur. De vlcerum cu tione infra dicendum.

† Lapis diuinus vere nomine suo dignus est. Paratur ab omnibus eodem modo. Alii enim aequas partes ni vitrioli de cypro, et aluminis conterendo miscent, dei in vase figulino ad ignem liquefaciunt, denique paul refrigerato addunt comphorae spiritu vini contritae par quasi tricesimam. Alii idem propemodum agunt, ver nihil nitri adiiciunt. Sufficiunt vero, si oculus ipse huius medicamenti sentit, pauca grana eius cum vncia aq

aquae ophthalmicae cuiusuis; ſin ſola externa clauſis palpebris fouere velis, fotus efficatior fiat.

§. 301.

Ξυροφθαλμία laborantibus oculis ſuccurritur etm vapore ex herba meliloti, maluae, floribus verſci, chamomillae, ſemine lini, additis abſinthio ac ta, qui vapores non alia ratione, ac mox (300) retuli, mouentur. Intus dari debent lenia, et quae humida luunt; ptiſana, cui cornu cerui raſpatum adiici oteſt, iuſcula, lac, amygdalae ac papaueris ſemen cum ua contuſum, aquae minerales Selternae, vel ſolae, l cum lacte.

§. 302.

Aduerſus σκληροφθαλμίαν (279. 288) vix idonea ixilia inueniuntur, quam et cantharides et ξύσις 98) valde exaſperant. Haec timeri poteſt, ſi cum bre ardente eſt, vel cum glandulae lacrymalis ſcirrho, enim (297) primum incidit, metus eſt gangraenae, poſterius, carcinomatis. Ex vtroque vero vitio luen amittitur et oculus emoritur, imo quandoque c morbus mortem maturat. Si febris eſt et maior flammatio, ei intus datis congruis ſuccurrendum t, et, ſi malum vehementius vrget, multus ſanguis arteria in temporibus inciſa mitti poteſt, ſupra culum vero imponenda mollientia ac reſoluentia.

§. 303.

Vbi autem glandula lacrymalis induruit, et fere irrhoſa eſt, propterque id, quod nullus humor ad culum fertur, is dolet atque caligat, ei ſuccurrendum t lenioribus mollientibuſque remediis. His opportuum videtur, quod veteribus crebrius in vſu fuit, eſypum, ſeu ſordes, lanis pecudum adhaerentes *. onfert etiam radix liliorum alborum et herba acetoſel-

lae cum butyro, fine fale, frixa et impofita. Intus ( danda funt, quae mox in ξυροφθαλμία commenda (301). Si morbus inueterauit et glandula prorſ induruit, ſuperuacua curatio eſt.

* Vide DIOSCORIDEM Lib. II. Cap. 84. PLIN. L. XXIX. C. p. 499.

§. 304.

Ψωροφθαλμία (280) vix aliam curationem de derat, quam ξηροφθαλμία (301). Adhibenda intı ſunt, quae leniunt, et humores diluunt, et extrinſecı in oculum demittenda, quae ſupra (301) praecepi.

† De Pſorophthalmia diligentius ſcripſit IACOB WARE *Remarks on the Ophthalmie, Pſorophthalmie and purule. Eye* etc. *London* 1780. Verſa in vermaculam noſtıam ha ſcriptio legitur in collectione illa: *Sammlung auserleſen Abhandlungen für praktiſche Aertzte, Band VI.*

§. 305.

Si φλεγμονὴ oculum tenet, et ſymptomata vrgen mature rapienda cum aliqua temeritate ſunt auxili Expedit, protinus ſanguinem ex iugulari vena, e iterum ex talo, mittere, aluum ducere medicament idoneis (63), ſatis tamen valentibus, lotionibus etian in aluum immiſſis; cucurbitulas occipitio atque terg concifa etiam cute, admouere, pedes crebrius i calidam demittere et fricare, palpebras vero iteru atque iterum et multum ſcarifare, iiſque imponer medicamenta diſcutientia, quae aduerſus inflamm tionem ſunt, et quae diuerſis huius temporibus a commodari debent. Si corpus plenum laxumque e cantharides etiam vtiliter adhibentur. Sedulo ocu contra aera omnemque lucem cuſtodiendi ſunt. Sa pe tamen his omnibus auerti nequit, quo minus oc lus, orta ſuppuratione, rumpatur.

§. 30(

§. 306.

Curationem, etiam difficillimam, requirit ophalmia, si illa chronica facta fuit (283), maxime ea, ae post variolas manet (285.) Si aliquod vitium per :um corpus diffusum est, huic ante omnia congruis nediis succurrendum est. In omni fere malo proiunt decocta sarsaparillae, chinae, parreirae brauae, ninis foeniculi. Aluus quoque ducenda est paulo lentioribus, ad quod idoneae sunt pilulae de succino atonis, vel si extracto panchymagogo Crollii merrius dulcis et resina ialappae adiiciuntur. In victu hibendi lenes et glutinosi cibi, omnia vero acria ate acida, nec non et valentiora, remouenda sunt. hac valetudine inurenda sunt humeris, vel nuchae, :era, quae fonticulos appellamus. Nullum vero xilium efficacius est, quam, si per cutim in nucha :isam lina xylina plura ita torta traiiciuntur, vt in vnitas sit. Haec lina in vlcere relicta bis in die sic icuntur, vt vlcus subeat pars, quae superior fuit. inum enim sic adductum mordet et exasperat vlcus agnamque suppurationem mouet. Setum vel seceum vocant chirurgi, de quo, et fonticulo, vide fra. Si his tandem euictum fuit malum, sub finem endum est collyrio, quod habet pauciora grana pidis diuini et croci metallorum. Ocularius medis inter Gallos, S. YVES, alio vsus est, quod ipse mposuit, et aquam ophthalmicam rubram (*Eau uge*) nominauit; quod ad dissipandas reliquias oprtunum esse existimo.

§. 307.

Si glandulae Meibomii exulceratae sunt, et propter palpebrarum cartilagines rubent, cum leui prurigie graues sunt, et noctu pituita inhaerescunt, id quod epe post variolarum morbum fieri deprehenditur,

superuacua omnis curatio est, nisi vlcuscula satis f erint purgata. Id autem fieri potest, si his tempera manu admouetur lapis infernalis, vel aliud medicame tum adurens. Ne haec res oculum offendat, is pri alia re inungendus est. Non inutile est vnguentu Woolhusii. Hoc componitur ex flore aeris eloto leuissimo, quod butyro sine sale, vel teneriori axung excipitur et cum hac conteritur. Nam et hoc curanda vlcera idoneum est.

† Siue phlegmone oculi siue chemosis fuerit, aut alia qua vis ophthalmia acuta cum multo dolore, calore et tumo nihil efficacius vasa cruore nimium infarcta deplet et e haurit, quam suctus sanguisugarum, si earum plures maiores palpebris et regioni canthi externi oculi apponu tur, et, decidentibus animaculis iis, spongia aqua cali plena identidem admouetur, vt largus fluxus sanguinis i vetur et promoueatur ex illis vulnusculis. Posteaquam hoc et pro re nata quaedam ex illis a PLATNERO dic recte acta sunt, cum spe successurae resolutionis adhibe tur discutientia et roborantia externa, tanquam acetu lythargyrii aqua ophthalmica quadam dilutum, cui et sal ammoniaci aliquid adiectum est. Si ophthalmia humi fuerit, non sal sed lapis diuinus adiiciatur. Vehement doloris nimii poscit etiam anodyna, ipsum adeo opiun quo quidem remedio h. e. lacryma papaueris vetere teste CELSO nostro, saepius quam recentiores vsi sunt Neque tamen ab eo vel hi abstinuerunt, vt SIEF illud cur opio monstrat. De vsu opii scorsim et praecipue *in lip* pitudine scripsit IACOB. WARE cuius scriptio legitur in col lectione illa *Sammlung auserlesener Abhandlungen fü praktische Aerzte, Band VI.* pag. 301.

## §. 308.

Nec ophthalmiae, quae ex scorbuto, vel venere morbo, enascitur, mederi licet, nisi expugnato vitic quod in humidis et per totum corpus diffusum est Animaduersione crebra innotuit, nec eiusmodi oph thalmiae auxilium esse in ptyalismo, qui argento viu concitatur, sed, eo concitato, saepius accidere, vt ocu lus inflammatus rumpatur, vel, vt acrior humor cor neam exedat, et in ea cicatrices, aciem corrumpentes relin

inquat. Aliena et hic ξύσις (298) eſt. Si malum coercita gonorrhoea ortum fuit, illudque recens eſt, nia adhibenda ſunt, quae noxiam materiam in in-iora depellere et virulenti humoris profluuium ex nitalibus reuocare poſſunt (124). Inter haec etiam nt alui ductiones, frictiones, balnea et fomenta ca-a et mollientia genitalibus admota. Super oculum ri poteſt linteolum ex aqua vulneraria cum aqua eniculi et plantaginis remixta expreſſum. Adiuuat iam collyrium, quod tutiam habet, et quod malam ateriam in oculos decurrentem aliquantum tenet. humor valde acris eſt et oculum mordet, is cremore minis cydoniorum ſuperinungendus eſt, vel lacte lido eluendus. Nec alia curatio eſt, ſi ophthalmia ſcorbuto coepit.

† Lippitudo chronica ſi ab humorum vitio venereo, noſtra aetate adeo familiari, ſcrophuloſo aut alio quouis genere ſpiſſorum ali videtur, fere absque vſu prouido pharmacorum ex hydrargy non ſaneſcit. Cum decoctis igitur paratis ex radicibus demulcentibus et diureticis, aliquando etiam addito lacte, aut alternis diebus aut quarto quoquedie intus ſumi debet doſis mediocris mercurii dulcis, et ſubinde, maxime aluo parum recte reſpondente, aluum leniter purgans medicina; ac praeterea crebior pediluuiorum vſus prodeſt. PLATNERVS mercurialium pharmacorum laudator parcus fuit.

†† Inter cauſas internas lippitudinis chronicae iure meritoque ponenda eſt labes ſcrophuloſa, quae aperientibus, humores mutantibus et roborantibus medicinis antea debellanda eſt, quam ad externorum vſum progrediaris. Initio adhibendum eſt calomel, cui deinde cortex Peruuianus adiungendus, denique ſubiungendus eſt.

††† Tutiae mentio a PLATNERO fit crebrius. Ea autem et tenuiter contrita ſit neque adulterina.

---

VITIA

# VITIA OCVLORVM
EX
# INFLAMMATIONE ORTA.

## VLCERA CORNEAE

§. 309.

Oculos infeftant alia genera morborum, quae fe ex inflammationibus nata, his quoque finit manent, et diuerfam curationem defiderant. Ex hu mida ophthalmia (277), fi falfa calidaque lacryma, v acrior rodenfque pituita, effluit, in cornea vlcufcu fiunt, quae etiam ferpunt et aciem corrumpun Solent autem illa frequenter oriri, fi humentibus ocu lis fuper data fuerunt reprimentia, frigida, fpirituof et adhibita collyria aquofa, frigida, vel acria. Vtrol bet enim modo fi oculi curantur, vel, fi illi deuinci untur comprimunturque, fi non velantur, fed frigide aeri et largae luci committuntur, vel, fi etiam pur gationibus nimis valentibus aluus ducitur, mala ma teria acrior fit, quae corneam adurit atque exeft Vlcera in cornea oriri, intelligitur, fi in ea aliquid de nigro albidum factum eft.

§. 310.

Corneae vlcufcula etiam faepe ex puftulis fiunt quae iis fere fimiles funt, quae igne inferuntur (228) Hae, quas φλυκταίνας vocant, leuata epidermide (275 *) corneae, et frequentius huius extremo, vb adnata finitur, infident. Puftulae cum apertae funt reperitur intus exulceratio colore humori fuo fimilis *.

Vbi

i primum hoc vitium notatum eſt, oportet proti-s et inter initia puſtulam acu, vel inſtrumento, 8. *fig. VI.*) aperire, et humorem, qui ſubeſt, emit-e, vlcuſcula vero recentia lenibus medicamentis trire. Commodiſſimum eſt vnguentum, quod pa-ur ex tutia, quae crebrius candefacta in vinum de-titur et extinguitur, poſt autem teritur, donec erefcat, et axungia quapiam excipitur. Adiici teſt aliquid gummi Arabici.

Vid. AETIVS L. VII. Cap. 31. p. 121. Edit. Aldi.

Vnguento e tutia parato ſubſtitui poteſt vnguentum de Floribus Zinci.

§. 311.

Vlcerum autem plura genera ſunt, quibus etiam a eribus varia nomina impoſita fuerunt *. Singula-n animaduerſionem meretur illud, quod ἄργεμον érunt. Hoc plerumque ex puſtula fit (310), quae aliqua parte extremae corneae, vbi cum adnata mmittitur, naſcitur. Vlcuſculum vero in circulo, i intus vuea, ſeu rhagoides, ſcleroticae inhaereſcit, pit **. Hoc vlcus, ſi profundius deſcendit et cor-im exeſt, laedit fibras motum pupillae praeſtantes, quibus, in humore aqueo fluctuantibus, perpetuus mor oritur.

Vlcus minime profundum et a mala pituita, epidermidem, qua cornea contegitur, rodente ortum, dicitur veteribus ἀχλύς, ſeu caligo. Vid. AETIVS L. VII. Cap. 27. p. 127. Edit. Aldi. in Collect. H. STEPHANI p. 308. conf. GALENO adſcriptum librum, cui Medicus titulus eſt, Cap. XVI. qui vero hunc affectum ad cicatrices referre videtur. HIPPOCRATI in Coacis, Edit. Lind. T. I. p. 578. τὰ ἀχλυώδεα etiam dicuntur caligines ex intus natis imbecillitatibus ortae. conf. DVRETVM p. 482. Ab hoc vlcere non multum differt τὸ νεφέλιον. Vid. GALENI Definit. T. II. p. 269. Edit. Charter. et in Medico c. l. nec non AETIVM c. l. Βόθριον eſt vlcus cauum, purum et rotundum. Κοίλωμα eſt latum, minus profundum. Ἔγκαυμα vel ἐπίκαυμα, (haec duo diſtinguit etiam AETIVS) vlcus dictum fuit impurum, ſordidum,

ſordidum, et quaſi aduſtum. Vide GALENVM, AETI
PAVLVM cc. ll.

** Sic deſcribitur a GALENO in Medico c. I. et ab AE
c. I. Cap. XXIII. Edit. Ald. p. 127. ap. H. STEPHAN
Cap. 26. p. 308. Aliam definitionem habent Autor Defi
c. I. p. 265. et EROTIANVS in Dict. T. II. Charter. p. 11

§. 312.

Horum vlcerum curatio ſuperuacua eſt, niſi pr inflammatio leuata, atque ſalſae calidaeque lacrym et acrioris pituitae curſus cohibitus fuerit. Null itaque nouam curationem deſiderant, ſed facien omnia ſunt, vt mala materia, quae in oculos inclin eſt, adhibitis communibus praeſidiis, auertatur, vtq ipſe humor, ſi copioſior, vel acrior, ex oculo deflu vtraque parte fiat moderatior. Ad id vero valent ſa guinis miſſiones, cucurbitulae, et ſi pedes crebrius calida continentur, fricationes (296), canthari (297), ſimul datis medicamentis, quae ſanguine purgant (296. 306). Aduerſus haec vlcera vero n praeſentius vllum auxilium eſſe opinor, quam palp brarum ξύσιν (298), quae, niſi totus corporis habit vitiatus ſit (283. 308), oculo adhibenda iterandaq eſt. Hac enim acris humor ab oculi membranis aue titur et in palpebras euocatur. Nec minus neceſſar eſt phlebotomia oculi, ſi turgida vaſa ex adnata vlcera pertinent (299).

§. 313.

Vbi vero his diſſipata eſt inflammatio et ocu ſiccescere incipiunt, fere ſponte ad ſanitatem peru niunt vlcera. Multum tamen illa adiuvantur, ſi v guentum Woolhouſii (307) in oculum coniicitur *.

* Praeſtare certe arbitror, ſi collyria, ſeu medicamenta ocul idonea, vnguento, non vero aqua, excipiuntur. Nem enim ignorat, humida ac frigida omnibus inflammatis peſ ſera eſſe, tanto magis, ſi vlcera etiam, quae curari deber humida ac purulenta ſunt. Ex his intelligitur, quantu noceat

noceant illae aquosorum collyriorum compositiones, quae ophthalmia laborantibus oculis, nullo obseruato discrimine, admouentur. Vbi vero vnguentum quodpiam in oculum coniiciendum est, id commode fit, si eo vesica repletur, illaque lino constringitur, post vero eius inferior pars acu pertunditur. Dum enim vesica medicamento plena oculo admouetur, digitisque premitur, illud per foramen exprimitur et in oculum coniicitur.

* Quae PLATNERVS in hac notula de effectibus collyriorum aquosorum dixit, ea ad vnguenta etiam pertinerent, si de vere inflammatis sermo esset et iis pinguia admouerentur. Nihilominus tamen ad vlcera oculorum curanda praeferri merentur vnguenta, etenim vis medicamentosa eorum melius et diutius adhaeret locis affectis, quam quae in aquosis collyriis inest.

## §. 314.

Ad vlcera vero sordida purganda valent aliae com-sitiones. Vnguentum nobile est, quod rubrum cant, et quod habet ceram albam tenuemque cum tyro sine sale liquatam, addito pauco mercurio prae-itato rubro. Vel vlceribus, mediante penicillo, ali pictores vtuntur, illini potest sic dictus lapis inus aqua solutus, vel aqua viridis Hartmanni. cesse est, vt hoc temperata manu, nec crebrius, , ne noua inflammatio nouaque lacryma his acri-bus concitetur.

* Quanquam multa laudantur ad ea vlcera purganda, fatendum tamen est, mercurium praecipitatum rubrum in pollinem impalpabilem contritum, seu quod dicunt, laeuigatum aliis omnibus esse anteponendum; atque ita fere omnes nostrae aetatis medici oculari sentiunt. Vlceribus purgatis, prodest vnguentum ex floribus Zinci; caeterum si acribus illis vti velis, antea circumspiciendum est, num quis dolor in oculo vsum eorundem prohibeat.

## §. 315.

Est vlceris quoddam genus, quod Graeci *αἰγίδα, αἰγιάδα* appellant. Oritur, si crassa multaque uita cum collyriis in oculum inditis concreuit et neae exulceratae inhaerescit. Hoc vlcus sanescere nequit

nequit, nisi prius emollitis ac quouis ferramento, scalpelli manubrio, extritis sordibus.

* Ἀιγὶς inter corneae sordes ab HIPPOCRATE refertur Pr dict. L. II. §. 28. T. I. Lind. p. 508. et in Coacis c. I 541. Aliae HIPPOCRATIS editiones habent c. l. αἰγι LINDENIVS scribit αἰγιάδας. Ἀιγιάδες membranas, vel l albidas cicatrices, in oculis denotant. Vid Etymologic Magnum p. 28. et H. STEPHANI Thes. Gr. L. conf. I meam de fistula lacrymali. Nam inde αἰγίλωψ nomen hal quia oculus purulento humore, qui ex punctis lacrym mus exit, foedatur.

§. 316.

Tunicam corneam quandoque non vlcera soli infestant, sed illam etiam mali humores emolliunt turgidam efficiunt, quae res etiam aciem mini In tali casu vnguento de tutia adiici potest viperarr axungia. Vtiles sunt suffitiones ex olibano, mastic et benzoe, quae tamen oculo, non, nisi eminus posi excipiendae sunt.

# CICATRICES CORNEAE.

§. 317.

Ex vlceribus necesse est cicatrices fieri, quae, si cornea membrana perlucente, sunt, aciem het tiorem reddunt, et, si crassiores fiunt, omnem co rumpunt. Quare opera danda est, vt, quae tolli r queunt, extenuentur. Compertum vero est, min altas leuesque cicatrices, si infantibus obtigerunt, p detentim, adolescente aetate, sponte extenuari, quod in adultis, nec operosa arte, obtineri pote Haec curatio longa esse solet et anceps, nec adhib potest, nisi prius omnis inflammatio conquieuerit.

§. 318.

Si cicatrix recens est et minime crassa, illam di rit tollitque medicamentum, quod paratur ex mel

H

ıc necesse est, vt excipiat plurimas formicas, cum
ibus, vel solis, vel clibani, calore coquitur.

* Si melle, quod formicas exceperit, potiri nequeas, mel paulo vetustius haud dubie similem effectum edet.

§. 319.

Παϱάλαμψις *, vel λέυκωμα **, est citatrix crassa splendens, quae ex variolis, vel vlceribus cauis, re-quitur. Nunquam talis tolli potest, aliquando, ıecipue in pueris, extenuari. Hoc potissimum fieri test, si praeter crassitudinem illa intus caua est, id od fit, vbi minores tunicae, ex quibus cornea com-sita est, inter se recesserunt. Vbi illud deprehendi-, in locum, qui subtus cauus est, infigitur vel recta, incurua minorque acus, vel aliud, quod magis ortunum et huic chirurgiae accommodatum est, in-umentum. Fig. IX. Lamella sic perforata leuatur, quantum eius fieri potest, ab inferioribus diducitur. oculum vero vtiliter demittitur et super cicatricem ucitur mel cum formicis (318). Subinde etiam, diante penicillo, illini potest lapis diuinus aqua tus, vel aqua Hartmanni, et post mel super dari. nia haec ea moderatione fieri oportet, ne noua citetur inflammatio. Nec haec, si non statim pro-unt, statim remouenda sunt. Si enim paulum sal-iuuant, spes est, profectum tempore expletum iri.

* GALENVS in Lingu. HIPPOCR. Explicat. T. II. p. 99.

** Idem in Def. c. l. p. 269. in Medico p. 592. AETIVS c. l. p. 130. in Coll. STEPHANI p. 315.

Ad cicatrices tunicae corneae extenuandas delendasque maculas bilem hepaticam anguillae fluuiatilis (*Aalraupen*) vehementer laudat ANTON DE HAEN in Ratione medendi in nosocomio etc. T. IX. et T. X. Memini equidem, chirurgum quendam eorum, a quibus in adolescentia profeci, ei succo plurimum tribuere. Sed alius piscis fel non multo minoris efficaciae esse crediderim.

# VNGVIS.

§. 320.

"Ονυξ, f. Vngnis, morbus eſt, cui figura nom dediſſe videtur. Si enim inter minores, ex qu bus cornea compoſita eſt, tunicas pus coiit, ill vnguem, vel vnguium praeſegmina repraeſentat Oritur id plerumque a ſubita cauſa, et, ſi grauior ict oculum laeſit. Eſſe ſolet cum vehementi inflamm tione, quae etiam omnia auxilia requirit, quae adu ſus hanc potiſſimum proſunt (305.) Inter haec v le eſt, ſi etiam arteria in temporibus inciditur, ſanguis detrahitur. Ad ipſam vero chirurgiam p perandum eſt, et pus quamprimum ex ſede, qua h ret, euocandum. Illud itaque inſtrumentum, qu mox in extenuanda cicatrice propoſui, vel acus, c ſuffuſio curatur, demittenda eſt recta per part elatiorem et quae intus caua deprehenditur. Vbi pus ventum eſt, paulum inflecti debet acus, et p euocari. Hoc vero vt commode exire poſſit, cubi pronus neceſſarius eſt. Metus enim eſt, ne vlc altius et ad interiora ſerpat. Neceſſaria ſunt etia fomenta quae aduerſus inflammationem ſunt. Caete in curatione ſimilia his eſſe debent, quae in aliis flammationum (295. ad 300), vlcerum (312. ad 31 ac cicatricum (318. 319) generibus praecepi.

* Maxima ambiguitas in his vocabulis eſt, quae apud va autores diuerſos intellectus habent. Nec veteres, a qui omnis autoritas peti ſolet, inter ſe conſentiunt. CEL L. VII. C. VII. n. 4. Graecorum πτερύγιον, quod mem nulam neruoſam, corneae ſupercreſcentem ſignificat, et ius chirurgiam deſcribit, *vnguem* appellat, quem ſeca eſt AEGINETAE interpres. Niſi forte legendum ſit *vng* id quod WOOLHVSIVM ſuſpicatum eſſe inuenio. Τῷ c πτερυγίῳ fere idem color eſt, ac vngulis animalium. P LVS L. III. Cap. XXII. Edit. Gr. p. 34. in Coll. STEPH p. 436. ὑπόπυον ita deſcribit, vt vtrumque vitium, et ὑπόπυον et τὸν ὄνυχα comprehendiſſe videatur. Nec

clara est definitio hypopyi in libro, qui GALENO adscribitur, cuius titulus Medicus est, Cap. XVI T. II p. 592 nec illa, quae sub titulo πυώσεως legitur in GALENI Definit. c. I. p. 269. Ast vero in L. XIV de methodo medendi Cap. XIX. T. X. p. 343. GALENVS τὸ ὑπόπυον ita describit, vt vix cum vngue, seu onyche. possit confundi. Eo loco enim illud comparat cum suffusione, seu cataracta, (μετὰ τοῦ ὑποχύματος) et docet, fuisse ocularium medicum, IVSTVM nomine, qui, vt hypopyo mederetur, caput succussit, et pus deorsum praecipitauit. Hoc vero in hypopyo fieri potuit, vbi pus in aqueo humore natans graue, si haud adeo multum est, in illum locum descendere potest, qui sub pupilla est, non vero in onyche, vbi pus inter corneae laminas haeret. GALENVS etiam docet, τὸ ὑπόπυον per chirurgiam, et incisa cornea, curari posse. Nemo autem melius τὸ ὑπόπυον καὶ τὸν ὄνυχα distinxisse videtur, quam AETIVS, in Edit. Graeca L VII. Cap. 30. p. 127. et in H. STEPHANI Collect. Tetrab. II. Serm. III. C. XXVIII. p. 309. qui vtrumque genus sub nomine πυώσεως comprehendit. Legendus vero textus Graecus est, quem addere non dubito, quia Graecus AETII codex prae aliis inuentu rarus est: Αἱ γινόμεναι ἐν τοῖς ἕλκεσι πυώσεις, διαφόρου προσηγορίας τετυχήκασιν. Ὀνύχια μὲν γὰρ λέγεται ὅταν ἀπὸ βαθυτέρου ἕλκους τὸ πύον ἀποῤῥέον, καὶ μεταξὺ τῶν χιτώνων παρεμπεσὸν καὶ σχηματισθὲν τῷ κύκλῳ τῆς ἴρεως, ὁμοίαν ὄνυχος ἀποτομῇ φαντασίαν ἀποτελέσει. πλείονος δὲ συςάντος πύον. καὶ τὸ ὕμισυ τοῦ μέλανος ἀπολαβόντος. ἢ καὶ δι ὅλου τοῦ κερατοειδοῦς διαυγουμένου, ὑπόπυον εἶναι λέγομεν τὸν ὀφθαλμόν. γίγνεται δὲ ταῦτα καὶ χωρὶς ἑλκώσεως κεφαλαλγίας προηγησαμένης. ἢ ὀφθαλμίας. συμβαίνει δὲ καὶ φλεγμονῆς προγεγενημένης, διὰ τὴν πλείονα πλήρωσιν τῶν ὑγρῶν ‘ ῥηγνυμένων τινῶν ἀγγείων. καὶ τοῦ ἐξ αὐτῶν προχεομένου αἵματος πυομένου. Est itaque ὄνυξ, vbi pus intra corneae lamellas haeret. Πτερύγιον membranula est super corneam crescens, quae, quia quasi expansam alam repraesentat, ita dicta fuit. Ὑπόπυον vero est, si pus haeret sub cornea, vbi secundum naturam humor aqueus est, et plerumque ex sanguine intus in oculo ex venulis emisso, in pus vercitur, oritur. Aliud est τὸ ὑπώπιον quod significat suffusionem sub oculo ortam, et, si sanguis sub oculis effusus, liuidus fit, est species τοῦ ἐκχυμώματος, ad quod hoc etiam retulerunt GALENVS de Compos. medicam. secund. locos L. V. c. I. T. XIII. p. 457. et PAVLVS Lib. IV. Cap. 30. in Cod. Gr. p. 66. in STEPHANI Collect. p. 517. Huius mentionem fecit HIPPOCRATES in morbis internis T. I. p. 211. Omnes vero Editiones HIPPOCRATIS hoc loco vitiatae sunt, si eam excipias, quam CHARTERIVS edidit T. VII. p. 647, Hic enim recte scribit: τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπώπια ὠχρά. Nam Editio ALDI p. 84. MERCVRIA-

LIS in Classe III. p. 63. et FOESII Sect. V. p. 98. scribun ὑπόπυα. LINDENIVS vero recte habet τὰ ὑπώπια, ast omissu nescio cur, verba; ὑπὸ τῆς ὀφθαλμῆς. FOESIVS tamen er rorem emendasse videtur in Oeconomia p. 647.

# HYPOPYON.

§. 321.

Hypopyon 320 *) solet esse cum graui febre, qua concitata continuat, donec oculus, vel ruptu vel a chirurgo adapertus, pusque effusum fuit. Dolo vehemens vrget, ex quo etiam vigilia et deliriu nascuntur. Easdem causas habet, quas oculi phle mone (281). Nam, ex hac plerumque hypopyu fieri, supra retuli (288). Frequens tamen occas est in chirurgia suffusionis, seu cataractae, si min arteria, vel vena, in choroidea acu discinditur lacer turque, ex qua sanguis exit, qui, si eius maior mod est, necessario in pus vertitur.

§. 322.

Si parum sanguinis effluxit, isque transparen membrana conspicitur, non protinus ad scalpellu veniendum est, sed expedit ante experiri medicament Is enim plerumque discutitur. Ad id vero iuuat sa guinis missio, maxime, si eius multum ex vena iugul detrahitur. Eodem tempore superhabenda sunt menta, quae ab initio ex reprimentibus (76. 29 post ex discutientibus (79. 292), componi possu Et in hoc casu nimius calor et nimium frigus noc possunt.

§. 323.

Si vero his sanguis discussus non est, et si feb cum dolore increscit, mature ad efficaciorem cu tionem deueniendum. Aeger in aduerso sedili col candus est, loco lucido, lumine auerso, vt con

hirurgus paulo altius ſedeat; a poſteriore autem
arte miniſter caput eius, qui curabitur, contineat,
: immobile praeſtet. Tum admouendum eſt anceps
: mucrone longo ac tenuato ſcalpellum, ſeu phlebo-
mus. Ne vero mucrone, dum cornea inciditur,
tus aliquid laedatur, et nouum oriatur periculum,
ucroni ſubiiciendum emplaſtrum eſt, quo ſcalpellum
uoluitur, et quod illud altius deſcendere haud ſinit *.
emittendum vero ſcalpellum recta eſt loco inferiori,
ı, vt nec intus iridis fibrae, quae ex choroidea ad
tremam corneae oram educuntur, laedantur, et vt
iam liberum maneat corneae medium, quod e regi-
ıe pupillae eſt. Neceſſe poſtea eſt, vt aeger ſit
ono ac in anteriora flexo capite. Si pus propter
aſſitudinem exire commode nequit, plaga, demiſſo
r eam ſpecillo, paulum poteſt ampliari. Emiſſo
re, vulneri induci debet vnguentum de tutia, cui
rum balſami de Mecha adiici poteſt. Plerumque
is ad glutinandam plagam eſt oui album. Ne vero
ulus, quem deuincire oportet, palpebris adhae-
ſcat, expedit, in fruſtulum tenerioris veſicae vngu-
tum illinere, et hoc inter palpebras inſerere **.
ıec curatio, ſi in tempore ſuſcipitur, et mox om-
m dolorem febremque tollit, et oculo aciem reddit.
ex aliqua cauſa multum ſanguinis in oculum efflu-
, nec ſpes eſt, illum diſcuti ac reſorberi poſſe, proti-
s, et antequam dolor atque inflammatio mouentur,
hanc chirurgiam et ſcalpelli operam confugiendum,
ſanguis euocandus eſt ***.

* WOOLHOVSIVS vtebatur acu triquetra, cuius mucro inflexus eſt. Vid. figura in Diſſ. mea de fiſtula lacrymali et in celeberrimi HEISTERI Chirurgia T. I. Tab. XVIII. fig. 13. Magis commodum eſt ſcalpellum anceps.

** Neceſſe eſt, vt veſica tenerrima ſit et laeuigata, qualis eſſe ſolet ea, quae inſeruit bractearijs, qui aurum in bracteola tenuant.

*** Vid. Exemplum in H. A. R. Sc. MDCCIX. p. 16.

L 3 † Poſt

† Poſt tempora PLATNERI chirurgia cataractae, quae fit in dendo corneam et extrahendo opacam lentem cryſtallina primo quidem a DAVIELIO adminiſtrata, deinde ab al varia ratione exculta eſt, de qua infra dicendum erit. autem inciſio corneae quae hypopyi cauſſa fit, eo confide tius quod corneam ab iride ſatis remouet vel ſanguis eſ ſus vel pus collectum. Neque igitur alio ſcalpello op eſſe puto, quam aliquo eorum, quae ad corneae inciſion ab illis cultoribus chirurgiae illius inuenta ſunt.

# PTERYGIVM ET PANNICVLVS.

## §. 324.

Extrinſecus quaedam oculis ſupercreſcunt, quae, ad corneam veniunt, ei officiunt, aciemque n nuunt. Ex horum numero pterygium eſt, memb nula tenuis, neruoſa, quae colore parum a corn differt, etiam aliquantum perlucida eſt. Incipit p rumque a narium parte et caruncula lacrymali, rari a parte temporum, creſcendo vero peruenit ad co neam, quam etiam contegit.

† Dicuntur vitia haec aliquando initium ducere ab palpeb vel ſuperiori vel inferiori. Si a parte canthi interni oriu tur, videntur quaſi proceſſus membranulae *ſemilunaris.*

## §. 325.

Maior craſſitudo accedit panniculo, ſeu pann qui multo craſſior, etiam plura vaſa habet ſangu rubro conferta. Nomen enim habere videtur, q fere rubro panniculo ſimilis eſt.

## §. 326.

Vtrumque vitium ex humoribus enaſcitur, qui eroſis oculi membranis exſtillant, et a variis extri cus accedentibus cauſis concreſcunt. Frequens en his occaſio eſt, ſi oculi igne aliiſque acribus affici

, vel, si illi lippientes, collyriis frigidis, rodentibus, ibus, puluerulentis curantur.

Ab acribus humoribus coeuntibus partes has solidas, fere organicas enasci posse mihi non videtur verisimile Pterygium, si non ex panniculo praegresso eodemque mutato existit, videtur a coniunctiua ab inferioribus soluta, cuius vascula nullum sanguinem receperunt, fieri. Panniculos aut ex arrosis aut sanguine repletis expansisque vasculis luxuriare puto.

§. 327.

Hae membranae penitius ad oculum haerent, et, nueterauerunt, medicamentis haud discutiuntur, pello difficilius tolluntur. Experienda tamen is sunt medicamenta, quae non alia sunt, quam, e in extenuandis cicatricibus proposui (319). od si vero haec vitia his non cesserunt, ea scalpelli ram postulant. Ad hanc vero non temere propedum est, cum res in ipsa curatione aliquod tortum habeat, et raro ad sanitatem instaurandam oculorum aciem satis proficiat. Superuenire m solet magna inflammatio, quare etiam nunquam c chirurgia satis tuta est, nisi ophthalmia omnis is fuerit discussa. Ea etiam vere esse debet, aut lio autumno, fractis iam aestibus, nondum vero s frigoribus.

Linimentum multae famae aduersus vitia ista oculorum videas in *Actis Physico-Med. Acad. Nat. Cur. Tom. X. Append. pag.* 287. Pannum identidem admoto Spiritu frumenti resolutum post biduum vide in commerc. Litter. Norimberg. Ann. XXXIX. pag. 346. Prodest quoque, quam ST. YVES laudauit, solutio lapidis diuini vel et medicamentosi Crollii, itemque Aqua quaedam ex ophthalmicis, in cuius vncia vna soluta vitrioli gr. VI. vel IIII. Sed si qua prauitas humorum est, ea antea mutari debet. Alia externa ab HEISTERO proposita sunt.

§. 328.

Vbi autem illam curationem experiri statutum est, e, aliquot diebus, chirurgus sedulo oculum, qui

curandus est, contueri debet, aegrum vero iubere, is interea eum huc illuc voluat. Videndum enim num sub his motionibus in panniculo vel ptery qua parte ruga fiat, quae significat, eo loco id viti oculo non ita adhaerere. Nam ibi in ipsa curatio primum membranulae apprehendendae sunt.

§. 329.

Si vero illud, quod supercreuit, excidendum aeger supinus in lectulo debet collocari et a minis continneri. Acus incurua minor linum ceratum t hens per illam panni et pterygii rugam traiicit Posita acu lini capita apprehenduntur, et per ea me branula erigitur, oculus immobilis praestandus est strumento, quod speculum oculi vocant, et qu alius minister admouere debet. Quia hoc, sic dictu speculum impedimento esse potest, fere melius si minister diducit superiorem palpebram, chirurg vero inferiorem, inter quae aeger monendus, vt sta et irretorto oculo sit. Leuanda post membrana vel lino, vel mediante hamulo acuto, vel alio comp sito, quem WOOLHOVSIVS ἀραχνοπόδιον, (*Pa d' Aragnée*) vocare consueuerat *. Necesse vero vt hoc temperata manu fiat, ne aliquid ex oculo sec tur. Praestat enim, aliquid relinquere, quod p medicamentis resolui potest, quam oculi tunicas l dere, quae difficilem curationem recipiunt. Caue dum est, ne ex angulo caruncula abscindatur, ne illa, dum vehementius id, quod exciditur, ducit sequatur ac decidat. Si enim abscissa, vel auulsa patefit in angulo foramen, per quod postea semp humor descendit, quod vitium ῥυὰς dicitur **.

* Vid. HEISTERI Tab. XV. fig. 30.

** Vide CELSVM L. VII. C. VII. §. 4. TRALLIANVM L. C. 7. p. 52.

* Si haec oculorum vitia cum inflammatione aliqua complicata ſunt, neque chirurgia haec, neque antea dicta medicamenta acriora locum habere quiſque videt. Firmando retinendoque oculo non ſatis commode inſeruire videntur vulgo nota ſpecula oculi. Fortaſſe maiorem commoditatem praeſtat vncus ille a CASAAMATIO inuentus vel digitabulum a RVMPELTIO celebri Profeſſore ac Directore Scholae veterinariae Dreſdenſis propoſitum; de quibus infra.

† Si his vitiis malignitas quaedam eſt, chirurgiae huius adminiſtratio locum non habet. Malignitatem autem prodit durities, aſperitas, color valde liuidus, dolor inde ſaepe ad tempora protenſus.

§. 330.

Exciſo vero panniculo, vel pterygio, ſanguis ſatis ltus fluere ſolet, maxime, ſi prior exſectus fuit. m vero neutiquam coercere oportet, ſed interea ılum calida eluere ac fouere. Si vero, id quod rumque accidit, maioris inflammationis timor eſt, illam auertendam omne medentis conſilium dirigi bet, et adhiberi omne auxilium, quod vel maxime ıerſus ea poteſt (292. 305). Nec ξύσις (298) in ıiori malo aliena eſt, ſed ad leuandam inflammatiom valde vtilis. Noctu oculus deuinciri poteſt, ita ıen, vt aliquid inter eum ſit et palpebras, ne cum cicatrice concreſcat. Ab initio idonea ſunt grana rmini (298), poſt vero vnguentum Woolhouſii 97). Quo etiam cornea purior ac pellucidior fiat, ıducit collyrium, cui crocus metallorum admiſtus . Nec inutile eſt ſaccharum in ſtanneo vaſe ıtritum.

* Primis ab hac chirurgia diebus ad auertendam inflammationem miſtura aquae et ſpiritus vini vel frumenti, deinde ſolutio lapidis diuini vſui externo ſatis apta eſt. Nonnulla ad curationes horum morborum pertinentia legi poſſunt apud de ST. YVES. Fuit enim harum rerum peritiſſimus et conſultiſſimus. Inſpici quoque poteſt GEORGII CHANDLER, Liber de morbis oculorum, Britannica lingua ſcriptus et teutonice verſus. Is tamen PLATNERVM et HEISTERVM deſcripſit.

# ANCYLOBLEPHARVM.

§. 331.

Palpeprae quandoque inter se non solum pure glu- nantur, sed etiam cicatrice coalescunt, ita, oculus non possit aperiri, quod vitium Graeci ἀγκυλ- βλέφαρον vocant. Cui etiam illud subinde acced- vt palpebrae cum albo oculi, vel cum cornea, coh- rescant. Oritur, si oculi diutius, et sine intermiss- ne, in ophthalmia fuere deligati, vel, si vlcera, tu- in palpebrarum extremis, tum in illarum interi- tunica, tum in oculo ipso, negligenter fuere curata

* G. BARTISCH in ὀφθαλμοδουλείᾳ P. IX. C. VII. p. 185. - ducit hominem, cui hoc ex adustione acciderat. Palpeb- per tres annos cohaerentes tandem diductae fuere et al- oculus restitutus.

§. 332.

Si palpebrae in ophthalmia humida et erysipelat- de (277), nec non in variolis (285), solo pure int- se cohaerent, iam supra retuli, nocere in iis diduce- dis nimiam festinationem, si vero a vulnere, vel vlc- re, media cicatrice inter se coalescunt, oportet e- protinus diducere. Hoc, si non nimis valenter si inhaerent, quandoque specillo fieri potest, quod int- eas et oculum inferitur. Experiri etiam oportet filu- sericum vnguento de tutia illitum, quod, median acu incurua, obtusa, vel auersa, eadem ratione demi- titur. Hoc commode a parte narium fit, cum maiori et interno angulo plerumque relictum for- men sit, et palpebrae aliquantum inter se recede- soleant. Educitur illa lino sequente e parte temp- rum. Huic filo inferius gleba plumbea innectitu- quae, sic appensa et subinde commota, adducit vale- tius filum, quo tandem palpebrae inter se diuiduntur

* Vi

'ide FABRICIVM, HILDANVM. Obſ. Cent. V. Obſ. VII.
). 502.
Periculum hoc concreſcentium palpebrarum ſaepe ab am-
uſtionibus inſtare, ſupra iam dixi, et quae ad hoc malum
uertendum facienda ſint, propoſui. Iis autem diligentiſſi-
ne vtendum eſt, quoniam partium concretio, a tali cauſſa
facta, peior eſt,

§. 333.

Vbi autem hac ratione oculus aperiri non potuit, endum eſt ſpecillum minus, ſulcum in longum um habens, ſuper quod demittitur ſcalpellum atum parumque falcatum, quo ſic palpebrae ſe- ur et diuiduntur. Id etiam minori forfice incurua poteſt. Poſt haec autem medicamentum indu- r idoneum. Optimum eſt vnguentum de tutia, parum balſami de Mecha adiici poteſt. Ne vero, oculus deuincitur, palpebrae ſauciatae cum cor- vel albo oculi, cohaereſcant, in oculum demitti t veſica (323), eodem medicamento illita; inter ebras vero poni poſſunt exigua linamenta, donec um exulceratio finita eſt.

§. 334.

Si vero palpebra qua parte cum albo oculi, vel cornea, cohaeret, etiam diduci debet. Fit hoc nmode alio minori ſcalpello incuruo, cuius mucro uſus eſt et globulo munitus *. Hoc, temperata nu, inter oculum et palpebras ita ſubſecatur, vt ue ex palpebra, neque ex oculo, quidquam ab- idatur, atque, ſi neceſſe eſt, aliquid ex albo oculi ius, quam ex palpebra ſuperiori; quippe per quam ores ductus lacrymas ferentes deſcendunt. Si em palpebra ſuperior cum cornea cohaeret, huic omnia parcendum eſt. Diducta ſic palpebra, atio non alia ſequitur, quam, qualem mox praecepi. andum enim ſemper eſt, ne iterum palpebrae inter lutinentur, neque iterum oculo inhaereſcant.

* Vid, HEISTERI Tab. XV. fig. 25.

VVLNERA.

# VVLNERA.

§. 335.

Inter genera in quibus noxa corpori eſt, ſunt e: vulnera. Haec vero ſunt, vbi partes ſolidas duras aliquid ita laeſit, vt ex vaſis exeat ſanguis, alius ſuccus.

§. 336.

Diſcrimen eſt inter vulnus et vlcus. Vu: ſemper ad ſanitatem tendit, in vlcere aliquid eſt, q impedit curationem. In vlcere enim oſcula ſecto: vaſorum ita immutata ſunt, vt ex iis non bonus e nouae carnis incrementum idoneus ſuccus ef poſſit, ſed tenuior, craſſior, vel corrupta ſa aliuſque humor. Quapropter omne vulnus facil vlcus degenerat. Et vlcus ſanari nequit, niſi p ita mutatum fuerit, vt naturam vulneris habeat.

* Vetuſtiſſimis Autoribus, HOMERO Iliad. L. XI. v. 81 HIPPOCRATI, τὸ ἕλκος quamuis continui ſolutionem ficat, et ſic et vulnus, et vlcus. Recentiores diſting inter τὸ τραῦμα et τὸ ἕλκος.

§. 337.

Omnes corporis partes, ſi oſſa excipias et car gines, vulnera accipiunt.

† Niſi difficilis eſſe in verbis velis, et oſſa et cartilagines nere affici poſſe non negabis.

§. 338.

Haec inferunt omnia dura, quae vel in co aguntur, vel corpori moto reſiſtunt.

Vulnus tamen etiam imprimere poteſt res non ita dura, filum tenſum. Etiam vulnera fiunt a grauiori nixu, tus in corpore rumpuntur membranae, vel vaſa, vel ſi membra ita adducuntur, vt rumpantur vaſa.

§. :

§. 339.

Quia ad plurimas corporis partes arteriae perti-
, ſanguinem per eas diuidentes, vix non omne
us cruentum eſt.

ſſe tamen vulnus ſine ſanguine poteſt, v. g. ſi ſecta eſt cor-
nea, ſi ſolus nerutts, vel tendo, praeciſus fuit. Minus
cruenta ſunt in infantibus.

§. 340.

Si vulnus non recens cruentumque eſt, ſed iam
ılentem, habet naturam vel abſceſſus aperti, vel
ris.

§. 341.

Et genere et curatione inter ſe differunt vulnera.
d enim eſt, quod tantum diſciſſum et a telo
o pungente ſecanteque fuit illatum, aliud vero,
l etiam colliſum et a telo, vel corpore quodam
ſo, graui, vehementius moto, vel multum reni-
e, fuit impreſſum. Alia, quae quidem ſecando
ıerant, aſt ſimul partes lacerant, v. g. vitrum, enſis
ſus, vulnera faciunt, quae a colliſis parum diffe-
, et eandem curationem requirunt.

§. 342.

Etiam alia magnaque diſcrimina recipiunt vulnera.
uid enim eſt in natura partis, quae vulnerata fuit.
d igitur vulnus eſt in muſculo, aliud in glandula,
l in neruo, aut tendine atque aponeuroſi, aliud
nucro ad grandes intuſque conditas arterias, venas
ıoſque deſedit. Nec parum confert locus. Nam
n animaduerſionem deſiderat vulnus, quod in
te eſt, aliam, quod in pectore, abdomine, artu-
articulis. Quin etiam modo inter ſe diſcrepant.
ıus enim eſt vel magnum, vel tenue, vel in ſumma
e, vel altum, et quod penitius et ad interiora pe-
netrae

netrauit. Aliquando illud, lineae modo, re quandoque curuum, obliquum et rotundum. Nonnunquam aliquid ex vulnere excifum, de detritumque eft, vel ex eo caro aliqua parte al dependet. Saepe etiam vulneri aliquid infixum

§. 343.

Vulnera etiam inter fe diftant, tum propter ac corpora, quibus illa fiunt, tum propter ipfam nerationem et maiorem ac minorem impetum. enim omittam, quae de difciffis et collifis retuli, alia funt, quae caefim, alia, quae punctim illata alia, quae imprimuntur a globis plumbeis, balif puluere pyrio fufis, alia venenata, et quae ab ani bus venenatis ac rabidis morfu fiunt.

§. 344.

Vulnus etiam aliud eft, fi illud recens eft ac entum, aliud, cui iam vetuftas, vel mala curatio ceffit, et quod his alienatum fuit.

§. 345.

Sunt etiam plura periculofa, quae vulneribu peruenire confueuerunt, et quibus illa etiam mul inter fe differunt. Sanguinis profufio, tumor, e pelas, phlegmone, gangraena, oedema, emphyf febris, dolor, neruorum diftentio, imbecillitas, fy pe, vomitus, deiectio. Nec raro alia noxa accedit os cum vulnere vel fractum, vel e fede fua motum

§. 346.

Notae vero vulneris fimplicis difciffi, et quod aliam partem, quam cutim, adipem carnemque la hae funt: Poft illatam plagam ab initio nihil alien confpicitur: Mox orae vulneris inter fe parum r dunt, quia fibrae illa infita vitali et elaftica vi

ducuntur, et quia ſanguis ex ſectis vaſis erumpit. rae igitur inter ſe diducuntur. Emicat quaſi linea bella, quae lateſcit, et tandem ex vulnere patente que hiante diſiunctiſque oris ſanguis effertur. Sanuis, ſi per aliquod tempus, pro modo vulneris, fluxit, onte conquieſcit, quia arteriae praeciſae in ſe quaſi eunt, et quia ipſe ſanguis aere cogitur. Vtrumque cit, vt pedetentim arteriarum venarumque oſcula aecludantur. Ob id etiam ſub finem non craſſior benſque ſanguis, ſed humor magis tenuis, dilutus, balbidus, exit.

§. 347.

Altero, vel tertio die, pro modo vulneris, citius diuſque, ſuperuenire ſolet inflammatio. Accedit ricula, quae a leui horrore incipit, poſt quem calor umpit. Orae vulneris intumeſcunt, cum maiori aritu, dolore ac calore. Vbi ſe remittit et inflamatio, et febris, orae vulneris madeſcere incipiunt, ſe oſtendit ſuppuratio. Soluta et inflammatione, febre, pus exit, et modo, et magnitudini vulneris nueniens.

§. 348.

At enim in illo humore, qui ex vulnere effertur, qui puris nomine venit, maxima differentia eſt. initio, et quamdiu oſcula diſſectorum vaſorum huc per inflammationem contractiora ſunt, illud ue eſt, et non multum a ſanie recedit. Sanies mala am ex vulnere prouenit, ſi quaedam in eo ſunt, ae humores exitu prohibent, vel, quae illud irriit, nec non, ſi ei adſtrictior faſcia iniecta fuit. Vbi em ora vaſculorum his liberata ſicque aperta ſunt, ertur pus. Illud bonum eſt, ſi craſſum, albidum, ue, aequale et modo vulneris conueniens, nihil t. Saneſcente tandem vulnere, illud iterum tenuet minus copioſum eſt.

§. 349.

§. 349.

Ex his autem discitur, et inflammationem, e brem, ad omne vulnus necessariam esse, quibus cretus humor, qui glutinari vulnus prohibet, in vertitur (38. 49). Certus tamen modus vtriusque debet.

† Vulnus recens instrumento acuto et puro factum, non penetrans, in quo nulla nobilior pars vulnerata, neque quam alieni est, ad sanationem sine inflammtione et puratione perduci potest, id quòd PLATNERVS non i rauit, vid. infra §. 375.

§. 350.

Quia vero in colliso vulnere maior modus creti humoris est, et quia saepe in eo solidae pa haerent, quae penitus conquassatae sunt ac emort vtrumque vero in pus verti, et a viuis integrisque tibus separari debet, ideo etiam maior inflamm maiorque suppuratio in tali vulnere necessaria est.

§. 351.

Hoc puris genus per inflammationem fit ex q scentibus, corruptis, fluidis, emortuisque solidis. vero vulnus purgatum, vel, vbi illud prorsus rec est, id exsudat humorem, quo, per totum corpus uiso, omnes partes aluntur, et qui ex sanguine at lympha constare videtur. Et hunc succum etiam pus referre plerumque solent chirurgi, cuius tar alius ortus aliaque natura est. Ex eo enim car increscunt, quibus vulnus impletur.

§. 352.

Cicatrix quasi nouum est, quod oritur, si epi mis cum tunica adiposa concrescit. Obseruati enim compertum est, cutim, si qua parte sublata haud renasci. Ex his intelligitur, cur cicatrix null

paucum, ſenſum habeat, et cur per eam nulla fiat ſpiratio.

Non modo cutis, qualis antea erat, vulnere ſublata, non renaſcitur, ſed idem quoque de quauis alia parte ſolida corporis animalis recte dicitur. Quo tamen nolim cum nonnullis recentiorum chirurgorum (vid. *Memoires de l'Academie Royale de chirurgie de Paris*) generationem novae, quam vocant, ſubſtantiae in locum deperditae negare. Iſta enim opinio recens teſtimonio ſenſuum externorum refragatur. Quis enim eſt, qui vngues in manubus pedibuſque renaſci, et inſignes aliquando maſſas calli oſſei in locum oſſium, vel carie deſtructorum, gigni ignoret. Eſtne aliquis chirurgorum tam negligens et caecutiens obſeruator, quin in ipſis curationibus vulnerum et vlcerum carnes nouas propullulare videat? Errorem autem iſtum ſboni illi viri errarunt, quod, ſuppuratione vulnerum inflammatione correptorum bene et feliciter ſuccedente et vaſcula in ambitu vulneris exhauriente et adipem ſoluente, oras eorum ſubſidere, animaduertunt: Plura de lite hac non addimus. Alia experimentis in animantibus brutis corroborata videas in *Diſſertatione de conſolidatione vulnerum cum deperditione ſubſtantiae*. Auctore GERARDO EYTING. *Argentorati* A. 1770. *edita*. Noua autem ſubſtantia ea fiatne elongatione et protenſione vaſculorum et fibrarum, an vero ex lympha adducta ſecernantur apponanturque particulae nouae nutrientes, quaeſtio difficilis eſt, a nobis hoc loco vix diſcutienda.

§. 353.

Sunt praeterea alia quaedam, quae ad vulnerum ...iam pertinent. Si ex vulnere ſanguis, praecipue ...ns, maiori impetu, et ita erumpit, vt is quaſi per ...onem expreſſus alternis vicibus emicet, arteriam ...rem vulneratam eſſe intelligitur. Nam ex vena ...n maiori is aequali motu profluit †. Minor arte... ſi tota praeciſa eſt, in ſe quaſi coit et a carnibus ...rimitur, ex maiori autem, niſi auxilium prae... magna cum feſtinatione adhibeatur, vna cum ſanguis effluit. Quos vero ſanguinis pro... ex maiori arteria interimit, illi ante mor... animo linquuntur, ſuperueniente neruorum ...tione, extinguuntur, Si autem maior arteria ...que, v. g. brachialis, vel cruralis, vulnerata eſt,

aeger in tuto non eſt, quamuis ſanguis ſupp potuerit. Membrum enim gangraena periclitatu in illud per eam ſolam arteriam, quae vulnerata ſanguis diffundi debet, quare, ſi locus opportunus membrum praecidi oportet (181. 182. 229 *).

† Si ſub vena vulnerata eſt arteria paulo maior et vehe tiur micans, ſanguis etiam ſubſultim egreditur.

§. 354.

Alia vero ratio eſt, ſi arteria non tota praeciſa aliqua parte inciſa eſt. Si ea exigua parte fiſſa atque ex plaga ſanguis exit, oritur aneuryſma ſpur Si plaga autem maior eſt, ſanguis cum maiori pe lo fluit, qui non facile ſupprimitur, niſi arteria diſſecta in ſe ipſam coire potuerit. Melius e quae tota praeciſa eſt, comprimitur.

§. 355.

Si maior neruus praeciſus fuit, in membro to et ſentiendi, et mouendi, poteſtas, illudque, vel graena, vel atrophia, periclitatur, vel ad minimu eo magna manet debilitias (186). Neruus vero ex toto abſciſſus non eſt, ſed tamen vulneratus, ſi eum ſcelpellus attigit, vulneri vehementior d inflammatio, gangraena, neruorum per totum pus diſtentio ſuperuenire ſolent. Idem fere ac ſi tendo, aponeuroſis, membrana et alia pars, neruoſa, vulnerata eſt, praecipue, ſi in vltimis non late patet, ſed exigua eſt.

§. 356.

Vbi glandulae vulnera accipiunt, oriri ſolet inflammatio atque dolor, cum etiam ad glan plures nerui pertineant. Vulnus aſſiduo hu madeſcit, qui illud ſordidum reddit et in vertit.

§. 357.

Articulis vulneratis non solum maior inflammatio cidere solet, sed etiam aliquid, quod iis proprium t, cernitur. Effluit enim subinde copiosus humor, u ἰχῶς crassior, glutinosior, subalbidus, quem CEL- * μελίκηςαν, PARACELSVS ** barbaro nomine iouiam vocauit. ˡ

* CELSVS Lib. V. Cap. 26. §. 20. Legunt alii μελικηρίαν. Aliud enim est μελικηρὶς, quod vocabulum significat tumorem, cui liquidior humor, melli fere similis, tunica sua inclusus subest. Vide CELSVM L. VII. c. 6. Est vero etiam μελικηρὶς CELSO L. V. cap. 28. §. 13. vlceris quoddam genus, quod ita dictum fuit a faui similitudine, et quod etiam inter capitis morbos describitur et ἀπὸ τῦ κηρίυ distinguitur ab AETIO Lib. VI. Cap. 60. p. 116. Edit. Graecae. Sic enim legitur in omnibus vetustissimis Editionibus CELSI. LINDENIVS vero textum mutasse videtur, qui legit κηρίον.

** In Chirurgia minori L. I. c. VI.

ˡ De *ichore* et *meliceria* CELSI Auctor fere classicus est FABRICIVS HILDANVS in Tractatu singulari de humoribus illis, qui in operibus eius exstat.

§. 358.

Pleraque ex vulneribus oculis subiecta sunt, quo o illa melius pateant, protinus cutis, si illa pilis itegitur, radenda, cruor vero detergendus est. Post o in plagam demitti digitus potest, vel specillum, ic explorari, quo vsque descendat, et quid, vel di-), vel specillo, occurrat. Hoc vero fieri nequit, mdiu sanguinis profusio timetur. Necesse etiam haec temperata manu fieri, ne sanguis iterum datur, vel dolor atque inflammatio moueantur.

§. 359.

Vbi vulnus altius penetrauit, illudque explorari st, corporis quaedam inclinatio valde necessaria Oportet enim aegrum non aliter collocari, vel

ad eum fere modum decumbere, ac is fuit colloca
eo tempore, quo plagam accepit.

§. 360.

Num autem vulnus intra carnes defierit, num interiora ipfaque vifcera peruenerit, et quid ir laefum fit, is fcire potiffimum poteft, qui, incifis poribus, internarum partium pofitum, magnit nem, atque ordinem perfpecta habet. His cogr alia quaedam, fi fieri poteft, nofcenda funt: quom eo temporis momento, quo homo percuffus vterque collocatus fuit, et is, qui vulnus accepit alter, qui illud impreffit; qualis fuit gladius, vel q telum, aut aliud, quo homo percuffus eft, quant et qua ratione illud adactum, immiffum, vel iectum, fuit. Quae omnia ad vulneris naturam nofcendam plurimum faciunt.

§. 361.

Quia etiam, fi vifcera internaeque partes perci fuerunt, earum functio laeditur, ex his etiam fym matis, dolore, ftupore, paralyfi, vomitu, fingu conuulfione, fcire licet, quid intus vulneratum Idem etiam fignificat humor, qui per vul effertur.

§. 362.

Quid vero de vulneribus metuendum fperand que fit, et, num vulnus mortiferum, num infana num difficiliorem, num promptiorem, curatio habeat, ante omnia fcire medicum decet. Notae ex tribus rebus potiffimum petuntur, ex natura vu ris, ex natura percuffae partis, et num haec ad v prorfus neceffaria fit, et ex ipfa curatione, num in vulnere locum inuenire queat. Curationem e non admittunt laefiones, quae dignofci neque

; enim fere abſoluitur illa Medicinae forenſis pars, ıe de vulneribus lethalibus pronunciat.

In medicina forenſi vulnerum titulo plures aliae laeſiones, caluariae oſſiumque fracturae comprehenduntur.

§. 362.

Vulnus igitur lethale dicitur, quo corpus actioni-, quibus vita continetur, priuatur, Si itaque per-ſum fuit cor, auriculae, maiores arteriae, vel venae, rum vulnera exhauriri hominem profuſione ſan-nis poſſunt, ſi trachea penitus abſciſſa eſt, vel ›hragmatis interior et tendinea pars vulnerata, ſi :bri ac cerebelli vulnera altiora ſunt et ad medul- vſque penetrauerunt, vel, ſi medulla, quae in a eſt, diſrupta fuit, ſi maiores, et ad vitales motus eſtandos neceſſarii, nerui, a primo ortu praeciſi :, mors matura ſequitur.

§. 363.

Poteſt etiam vulnus eſſe mortiferum, quod natura minime magnum videtur, ſi illud interius et ali- ſede eſt, quae curationem recipere non poteſt *. aque intus aliquae arteriae, etiam non ita magnae, ıe ſunt, quae ſanguinem fundunt, vel, ſi non ita ltus ſanguis ex aliqua rupta vena in capite, vel alia :, effluxit, iſque nulla arte euocari poteſt, vulnus tem adfert.

Propter ἀδυναμίαν curandi.

§. 364.

In praecipiti quoque ſunt, quibus varia recepta-, ventriculus, inteſtina *, quae humorem conti-t, ita ſauciata ſunt, vt ex iis humor effluat, qui : putreſcit, et in aliis partibus gangraenam mouet, e auerti nulla arte poteſt,

Seruari poteſt homo, ſi ventriculus non in fundo, ſed in

 ſuprema

ſuprema parte, pertuſus eſt, nec non, ſi inteſtinum pla
vnicam, eamque minorem, habet, et quae Chirurgi o
patet. Seruati etiam nonnunquam fuere, quibus to
inteſtinum praeciſum fuit. De his infra.

§. 365.

Inter haec vero vulnera, quae lethalia dicun
aliquod diſcrimen eſt. Sunt enim quaedam, q
hominem certiſſime et ſine vlla exceptione ad mor
mittunt, et quae in medicina forenſi abſolute leth
dicuntur. Alia vero per ſe lethalia vocantur, per q
etiam pereunt homines, non omnino quidem,
maximam partem, ita, vt forte centeſimus ſer
aliquando potuerit. Haec vulnera, ſi ſententia fe
da eſt, prioribus paria habentur.

† De diuerſa hac vulnerum aliarumque laeſionum lethal
de qua non omnes idem ſentiunt, diſputare longum 
Euoluantur ſcriptores de medicina legali ſeu forenſi
cipueque JOH. ERNEST. HEBENSTREIT *Anthropo*
*Forenſis* aut CHRISTIAN GOTTLIEB. LVDWIGII *Inſtitu*
*medicinae forenſis*. Ille liber plenior, hic contractior,
nime tamen malus.

§. 366.

Vulnera vero, quae natura ſua non ita mala ſ
quas vero aliis cauſis adeo in peius vertuntur, vt r
tem inferant, dicuntur lethalia ex accidentibus. 
enim incidere poteſt, ſi aduerſus vulnus, caeteroq
non lethiferum, nulla, vel inualida, nimiſque ſera,
prorſus aliena auxilia adhibita fuere. Si etiam
aeger non obſequens fuit, et ſe haud continuit,
rexit appetitiones animique commotiones, ne
vitauit fatigationem, cruditatem, frigus, caloren
bidinem. Si corpus alio morbo iam infirmatum
illud aliquando leuiori noxa opprimitur.

§. 367.

Temporis ratio etiam hic habenda eſt. Si e
mox poſt acceptam plagam homo moritur, locus

oni datur, ea vitam ablatam et vulnus lethale fuisse, cus vero, si aeger post vulnus adhuc diu superstes . Nihil tamen in his perpetuum esse deprehendi- r. Nonnunquam enim alia res, v. g. vehementior imi perturbatio, hominem ad exitium praecipitare otest, qui caeteroquin seruari potuisset. Nec minus quando vulnera fiunt, quae ex natura sua etiam ost satis longum temporis interuallum lethifera int *.

* Vid. Abr. VATERI Dissert. de vulnere cerebri sclopetario septima demum hebdomade absolute lethali. Witteberg. CIↃ IↃ CCXXII.

† A vulnere pectoris et pulmonum relicta phthisis ocyus serius hominem necare soler. Idemque ab aliorum internarum partium vulnerationibus easque consequentibus exvlcerationibus haud raro fit. Idem tabis metus est ab largioribus, amplioribus et diuturnioribus suppurationibus partium externarum.

§. 368.

Homo etiam, si ei plures plagae, quae singulae iari facile potuissent, inflictae sunt, earum numero nficitur et e medio tollitur.

§. 369.

Vbi autem medicus atque chirurgus post incisum mortui corpus de vulnere ad iudicem referre de- nt, vt ad plura animum aduertant, necesse est. ite reliqua nominandus iudex, vel quisquis fuit, qui c officium iis delegauit. Significandum est occisi men aetasque, et qualem vitam is vixit, quo loco, o tempore, quo telo, et a quo aduersario, is fuit is, quae post acceptam plagam ei acciderunt, et ae alia in eo obseruata fuerunt, quae adhibita ab ro moderatio atque abstinentia, quae autem a me- tibus curatio. Haec enim omnia, quantum de comperire potest, prius notare debet. Totum

etiam corporis habitum deſcribere oportet et indic vulnerum numerum, magnitudinem, altitudinem, quaenam tum externae, tum internae, ſedes lae fuerunt. Inſpicienda etiam ſanguinis receptac ſunt, cor et arteriae venaeque maiores, id quod tı maxime neceſſarium, vbi ſuſpicio eſt, ſanguinis pro ſionem hominem interemiſſe. Nec omittendum ſi in aliis partibus, vel viſceribus, aliud quid depreh ſum fuit, vel morbidum, vel alienum. Superaddi ſolent de vulnere iudicium, quod vero aliquando caſibus arduis ad Medicorum Collegia deferr ſecantes.

† A medicis et chirurgis non modo corporum aliqua q cunque violentia peremtorum diligentem et curioſio inſpectionem, ſectionem et fidam de his relationem i ces requirunt, verum etiam de ratione medendi praegr ſaepe dubitationes mouentur. Vt igitur medentes in nibus morbis arduis rationem medendi, quam adhibent, in vatos vſus memoriae mandare per litteras debent, ita ſeoı et maxime idem faciendum iis eſt, ſi quis violenta manı alio vulneratus vel quomodocunque laeſus fuit. I enim neglecto, ſaepe iudicium de cauſſa mortis vel reli rum vitiorum corporis ferri ſine metu erroris non poter

§. 370.

Ad omnia vero vulnera haec pertinent. Semp peius eſt vulnus, quod etiam colliſum, quam qu tantum diſciſſum eſt. Omne, quod in parte neru eſt, plura et maiora pericula habet. Neque ſig bona ſunt, ſi grauior febris, acerbior dolor, ſing tus, neruorum diſtentio accedunt, ſi mens turb membrum aliquod reſolutum eſt, ſi crebriores vomi et deiectiones aegrum conquieſcere non patiuntur, is ſudores habet frigidos, aut non per totum corp aequales. Multum etiam confert aer, corporis ha tus, aetas, vitae propoſitum et anni tempus (6 Quaenam pericula in ſingulis vulnerum generibus e ſoleant, infra docebo.

† Mal

† Malum etiam eſt, ſi tumor frigidus multus accedit, neque neceſſarius gradus febris cietur. Hoc ſaepe fit in cachecticis et frigidis hominibus, itemque poſt nimias profuſiones aut ſanguinis aut ſeroſorum humorum, aut a nimia curatione antiphlogiſtica dicta.

§. 371.

Vulnus, ſi nihil ei praeterea mali acceſſit, ſolius aturae ope glutinatur. In omni curatione vulnerum hirurgus haud quidquam confert, niſi, quod is ea, uae curationi obeſſe poſſent, tollat.

§. 372.

Vulnus ſaneſcere non poteſt, niſi illud fuerit pur-tum. Quare eiici ante omnia debent aliena, quae lneri illata, vel ex eo ipſo orta, intus haerent: ela, gladii, ſagittae, horumque fragmenta, centun-li ex dilaceratis veſtibus, cruor, partes colliſae atque ortuae. Haec vero protinus eximenda ſunt, niſi quid ſit, quod hoc impediat. Impedire vero poteſt guis periculoſius fluens, vehementior dolor, ma-rque inflammatio, magna aegri imbecillitas, ſi haec l adſunt, vel ſi magnus eorum timor eſt. Saepe am id, quod intus inſedit, et quod ſic altius de-erſit, commode apprehendi atque extrahi nequit, od finita inflammatione ortaque ſuppuratione ex xato vulnere ſponte excidit, vel haud difficulter ex-titur. Nonnunquam tamen fieri ſolet, vt ea, quae lneri inhaerent, inflammationem, ſanguinis profu-nem, dolorem et alia grauiora ſymptomata moue-t, quae ideo, omnibus feſtinantius actis, etiam cum quo periculo extrahi debent.

§. 373.

Omne autem telum, vel aliud, quod, corpori atum, intus haeret, eiicitur, vel digitis, vel variis ramentis. Ad glandes plumbeas euellendas pro-

ſtant varia ferramentorum genera. Si glans oſſi haereſcit et forcipe extrahi non poteſt, illa tere foratur et excutitur. Nonnunquam amplianda pl et vulneri vulnus adiiciendum eſt. Si telum ab parte, qua venit, reuelli tuto nequit, et, ſi plus per quod telo reuertendum, quam, quod perrump dum eſt, commodius eſt aperire quod ſuper eſt, h que contra mucronem incidere et ea parte telum trahere, quod ſic et propius petitur, et tutius eu tur. Semper illud videndum eſt, ne quis neruus, arteria venaque, vel a telo laedatur, dum id extr tur, vel ſcalpello incidatur, dum vulnus amplia Etiam vulneratus inclinandus, et ita collocandus ac fuit eo tempore, quo plagam accepit.

† Vulnera punctim illata et paulo altius penetrantia ple que primis diebus recte inciduntur verſus plagas duas, fit, vt et vulnus anguſtum et rotundum in oblongum tetur, neque facile humores in imo vulnere colliga quiete et corporis calore putredini facile obnoxii.

§. 374.

Si vero vulnus colliſum, alienatum impurum eſt, illud purgandum, moto in eo pure, in quod c cretus humor, et quicquid in vlcere impurum c tioni obeſt, conuertitur. Purgatum fit cruent quod naturam recentis ac ſimplicis vulneris habet.

§. 375.

Vulnus, quod telo enſeque acuto illatum tant diſciſſum eſt, et quod recens non alienatum nec mis altum eſt, et cui nihil praeterea mali accedit, etiam nihil deraſum detritumque eſt, licet ſine o medicamento curare. Concretus ſanguis ſpongia calida expreſſa detergitur, et orae vulneris adduc tur. Hoc autem fit emplaſtro, impoſitis etiam vt que pannis, vel faſcia vniente. Ita adduci atque c

tu

ahi debent vulneris orae, vt illae ſibi recta oppoſitae
it, ne indecora cicatrix fiat. Multum ad id confert,
inclinatio poſituſque vulnerati membri, et quies,
iae omnibus vulneratis neceſſaria eſt. Nam orae ſic
iductae omni cura tuendae et haud inter ſe diducen-
le ſunt, quare etiam vulnus celerius glutinatur, ſi
ſcia vel prorſus non, vel rariſſime, ſoluitur *.

* Vid. CAESAR MAGATVS de rara vulnerum medicatione et BELLOSTE *Chirurgien d'Hopital.*

† Pars vulnerata ita collocanda eſt, vt ne muſculi oras vulneris ad ſe mutuo adductas diſtrahant. Itaque ſi metus is ab flexoribus eſt, pars ea flecti debet, ſi ab extenſoribus, extendi, quantum ſine moleſtia poteſt.

†† Modo faſcia *vniente*, modo *expulſiua* vtendum eſt. Illa quidem in caeſim illatis vulneribus, longitudinem corporis ſequentibus, haec vero, ſi punctim factum eſt vulnus neque alte penetrat, ſed ſub cute in longum porrigitur et ſub ſe habet os ad quod apprimi poſſit cutis et celluloſitas. Vtraque ſimul imponenda ſplenia poſcit; vniens quidem, ſi vulnus paulo altius penetrauit, ſcilicet vt orae vulneris ad ima vſque ſeſe contingant; expulſiua vero, vt ſuperior caui vulneris pars, et in fine eius potiſſimnm, ad inferiorem accuratius appreſſa ſit. Spleniorum modum, craſſitiem et longitudinem ex modo vulneris ſagax chirurgus facile invenit. Faſcia nec laxius nec arctius adduci debet.

§. 376.

Vulnus autem, quod hiat, et cuius orae in vnum
duci, nec faſcia, nec emplaſtro glutinoſo *, com-
ode poſſunt, ſui debet. Suturam requirit vulnus
ens, cruentum, diſciſſum, et quo muſculi tranſuer-
i secti ſunt, vel curuum, et quod anguloſae figurae
, vel, quod alia parte dependet, alia inhaeret.
im non admittit vulnus, ex quo ſanguis copioſior
ertur, colliſum, purulentum, vel alia quapiam re,
lammatione, veneno, alienatum. Si vulnus tam
um eſt, vt nec acus in imam eius partem deſcen-
e, nec linum omnem carnem comprehendere
ſſit, ſutura aliena eſt, quia ſubtus cauum relinquen-
m foret.

* Inter

* Inter compoſitiones, quae proſtant, eſt Emplaſtrum a Cr
quod valenti recentique linteo inducitur. Parari po
glutinoſum ex aliis emplaſtris, ſi illis terebinthina vel r
na adiicitur.

† Emplaſtra illa in capitibus ſuis latiora, in medio mi
lata ſunto. Melius continent oras vulneris, ſi longi
ſunt. Ad ignem antea admouenda, vt molliora fiant
tenacius adhaereant. Quo longius vulnus eſt, eo pluri
opus eſt. In locis, vbi humor quidam affluit, non ad
benda. Vix proſunt ad glutinationem ſine ſuppuratio
praeſtandam, niſi in vulneribus non alte in celluloſita
penetrantibus. Loco plurium emplaſtrorum longior
adhiberi poſſunt duo vulneris longitudinem aequan
quae in ora alterutra habent adſuta ligamina, quae
nodos connectuntur ſuper vulnere, obſeruatis iis, q
§. 375 et 377. dicta ſunt.

§. 377.

Vbi igitur vulnus ſuendum eſt, linum, quod,
ex humore nimis in ſe coeat, prius humectandum
coniicitur in acum incuruam, acutam, laeuigata
nulla rubigine exeſam. Neceſſe eſt, vt acus pleni
ſit lino, quod illa trahit. Linum etiam, pro mo
vulneris, ſatis valens eſſe debet, molle tamen et n
nimis tortum, quo mitius corpori inſideat, aſt a
quantum inceratum. Quod enim tenue eſt tortu
que, illud cutim abrumpit. Comprehendi vero ſut
ra oportebit non cutim ſolum, ſed etiam carnem,
orae etiam imae adducantur. Non vero ſolum vuln
ſutura includendum eſt, ſed vtrinque etiam aliquid
cute, ne illa rumpatur. Acus enim, quae ſic p
vnam oram ab exteriori parte ad interiorem vulne
immiſſa fuit, etiam ſic per alteram oram ab interio
in exteriorem partem traiicitur. Melius traiectat
acus, ſi prius orae vulneris impoſitis vtrinque ma
bus adducuntur, et loca, per quae illa demitti atq
educi debet, atramento notantur. Quando linu
traiectum eſt, illud adducitur, id quod tuto ſit, ſi
terea iterum orae vulneris vtrinque digitis comp
munt

nuntur iunguntur que. Linum in nodum connectitur, qui facile iterum solui potest, interposito minori panniculo, qui commode fit ex panno serico incerato.

† Fuere ex recentioribus chirurgis, qui suturas omnino improbarent, vid. *Mémoires de l'Academie de Chirurgie*; sed non vbique iis facile caremus. Vbicunque autem emplastra, splenia et fasciae commodusque positus partis affectae non sufficiunt, sutura cruenta saltem experienda. Ea tamen, si nimium dolorem et ex hoc inflammationem mouet, non raro solui et tolli debet.

†† Suturae paulo subtiliori et curiosiori arte fieri debent. Tot paria acuum ad manus sint, quot suturae faciendae. Binae acus linum vnum coniectum habeant. Ita fieri potest, vt linorum acuum quaeque ab interioribus vulneris ad exteriora traiiciatur. Filum, quod in acus coniectum est, ne longius sit, quam res poscit. Filum sit saltem duplex, h. e. ex duobus pluribusue ad se mutuo appositis in planum quoddam, cera, alba quidem, antea inceratis, compositum. Acus omnino curuae sint, h. e. nulla earum pars lineam rectam referat; sint vtrinque ad tertiam usque partem acie instructae ab apice sensim latiores vt facile transeant, in capite vtrinque sinum habeant, qui filum recipere possit, vt id facile transeat per factum ab acu foramen. Duplex filum nec capite acus crassius sit. Alioqum partes, dum suitur, lacerantur vexanturque.

## §. 378.

Si vulnus magnum est, illud iterum, imo tertio quarto, suendum est. Acus vero semper ea parte imo traiicitur, qua vulnus plurimum hiat, et, si lud ter suendum est, in medio. Si vero vulnus figum angulosam habet, apprehendi prius et sui angulus bet. Vulneri obliquo obliqua etiam sutura iniicida est. Sutura non nimis rara esse debet, quippe ae non continet, nec nimis crebra, quia, quo saeus transiuit iniectum vinculum, eo magis illud mort, et dolorem atque inflammationem mouet. Si lnus oblique et ita incisum est, vt altera ora pluri-um cutis habeat, et quasi dependeat, in altera vero a carnes nudae sint, illud haud commode sui potest. pedit quandoque, sutura totam plagam, si illa non latior

latior eſt, lino, etiam infra vulnus traiecto, com
hendere, fila adducere et poſt cutim oblique inci
linamentis comprimere, fila vero ſuper linament
nodum nectere.

† Quodſi vulnus tam longum eſt, vt plures quam tres
rae neceſſariae ſint, raro res bene procedit; tot enim
nuſcula cutis multum dolorem, et ex eo inflammatic
concitant. Sutura hactenus propoſita vocatur *Nodoſa*,
*terſciſſa*, a Gallo-Francis *Entrecoupée*, a Germanis
*Knopfnath*.

§. 379.

Nonnulli ferramento vtuntur, quo mediante,
immittunt traiiciuntque (*Porte-eguille*). PETITV
id annuli quoddam genus inuenit *. Nec fere a
ſi illae bonae ſunt, haec ferramenta deſiderant,
facile ſequuntur.

* Vid. GARENGEOT *des Inſtruments*, T. I. Cap. VI. Ar
p. 208.

§. 380.

Si vulnus latius eſt, quam, vt eius orae ſutura
iungi queant, et metus eſt, ne ſutura cutem abr
pat, illa iuuari poteſt emplaſtro glutinoſo, quod ſu
vulnus, etiam ſutum, imponi poteſt. Emplaſtra
modi etiam vulneris oris accommodare ſolent, et
illa linum traiicere huiuſque capita in nodum nect

§. 381.

Nulla fere medicamenta deſiderat vulnus, q
tantum diſciſſum eſt et recens, et cuius orae ſic ſu
do iunctae ſunt. Nulla certe in ipſum vulnus
gerenda ſunt, ſed ſupra illud imponenda linam
ſicca. Vulnus poſt obligatur faſcia, non vero a
tertium diem, niſi aliud quid hoc deſideret, ſolui
Quo tempore ſuper illud dari poteſt medicament
glutinans (383), quodque aeris noxam auertit.
tamen hoc in illud ingeri debet. Vbi cicatrix indu

t, educi lina possunt, id quod etiam impositis vtrin-
ue super oras glutinati vulneris digitis fieri ne-
sse est.

† Lina statim atque glutinatio sufficiens orarum facta est, solui, educique debent; diutius enim relicta efficiunt in vulnusculis acu illatis largam et longam suppurationem. Posteaquam educta sunt lina. sutura non cruenta, h. e. emplastris, spleniis, fascia positu partis, quiete summa curandum est, ne a se mutuo diducantur vulneris orae.

§. 382.

Quandoque tamen vulnus, quod aliquantum col-
ùm vel alienatum est, sui oportet. Maxime hoc fit,
aliquid ab eo dependet, quod mediante fascia non
is adduci et in sua sede contineri potest, et vbi me-
s est, ne nimis lata postea cicatrix sit. In hoc casu
:ura oras ita iungere debet, vt illae se ex toto haud
ntingant, vtque sit, qua humor intus concretus
ianet. Hoc etiam vulnus purgari debet, quare
:er oras ingerenda sunt medicamenta ad id idonea
37).

§. 383.

Omne autem vulnus, quod tantum discussum est,
n collisum, modo orae eius adductae sint, et contra
:a eustodiantur, vel per se sanescit, vel impositis
edicamentis, quae aera auertunt. Illud enim gene-
:im et ad omnia, etiam collisa, vulnera pertinens
tum erit, primo die optimum esse, si linamenta
ca iis imponuntur, Ad vulnus vero curandum,
od collisum non est, plurimum confert, si fascia
issime soluitur et orae non diducuntur. Si vero
uentibus diebus, vt aeris noxa auertatur, aliquid
er tale vulnus imponendum est, superdari, non
o inter ipsas oras demitti, possunt puluilli ex spiri-
ardente expressi, vel linamenta in balsamo quodam,
Mecha, Peruuiano, de Tolu, tincta. Commodum
est

eſt, ſi haec vltima primum vulneri imponuntur et perdantur alia linamenta, ex aqua vulneraria expr Super haec tandem iniici ceratum, vel emplaſtr poteſt, quod ea contineat, quo, vt et faſcia, aer tiſſimum auertitur. Plerumque chirurgi emplaſtr ſic dictum, ſticticum his vulneribus ſuperimponu

† Emplaſtra ſaepe a recentioribus chirurgis omittuntur que ſic quidem male. Certe melius omittuntur in quorum cutis tenera et ſenſilis admodum eſt, aut qu humorum acrimonia et tenuitas, bilioſa praecipue, eſt:

§. 384.

Vulnus vero colliſum ſaneſcere nequit, niſi p fuerit purgatum. Hoc fit, ſi ſanguis aliuſue ſuc qui in eo concreuerat, et quo etiam ſecta atque p cluſa vaſcula conferta ſunt, nec non colliſae et en tuae partes ſolidae, in pus vertuntur (350. 351). id idonea ſunt medicamenta, quae pus mouent e gerunt. Ex compoſitionibus notiſſimum eſt vngu tum digeſtiuum chirurgorum, quod habet terebin nam cum vitello oui ſubactam. Si vulnus in p carnoſa eſt, ei adiici poteſt mel, quod ad pus mou dum valentius, in partium vero neruoſarum, glan larum, tendinum atque articulorum, vulneribus a num eſt. His magis opportuna ſunt ſuccinum, ele maſtix, ſi digerentibus et terebinthinae miſcen Ex compoſitionibus autem prae aliis balſamum Arc

† Vulneribus colliſis, maxime iis, quae aut nullum parum admodum cruorem fundunt, in prima deligat digeſtiua recte admouentur.

§. 385.

Ad pus mouendum maturandumque ac vul aperiendum non parum valent emplaſtra, ſi ſu iniiciuntur. Ex his prima ſunt: malacticum, diac lum ſimplex et compoſitum.

§. 3

§. 386.

Sunt aliae digestiuorum compositiones, vnguen-
m basilicum, maius et minus, quod vltimum etiam
:trapharmacon dicitur, vnguentum de apio.

§. 387.

Vbi vulnus non admodum collisum est, haud vero
ıtum discissum, illud sine aliqua suppuratione glu-
ıari nequit. Opus itaque est medicamentis, quae
ın reprimunt, sed pus aliquantum non nimium
ouent. Ex his fere prima sunt: Balsamum Arcaei,
lsamum Lucatelli, balsamum Samaritanum, nec non
ıd, quod Stahlius composuit, et quod habet essen-
m myrrhae, et succini, quibus parum olei terebin-
nae adiicitur. Ex praestantioribus est aqua vulne-
ia (292). Locis neruosis myrrha aliena est, quare
s minimum adiici debet.

Hae sic dictae essentiae haud parari debent mediante alcohol, quod salem tartari habet, quo vulnera grauiter offenduntur. Melius etiam est, si ex iam parata essentia alcohol maiorem partem iterum difflatur. Haec essentia, balsamica dicta, commode aliis digerentibus admiscetur. Inter εὐπόριστα est caseus albus recens sine sale. Vid. LANCISIVS de Corde pag. 99.

§. 388.

De his medicamentis vero generatim illud scire
ortet, olea, et quae pinguia sunt, pus euocare at-
e maturare posse, si vero sola adhibentur, maxime,
ancida fiunt, oriri ex iis putredinem, et vulnera im-
a atque sordida fieri. Haec causa est, cur terebin-
ıa, et alia ex vegetabilibus, quibus acidus succus est,
ıdiiciuntur. Spiritus ardens, et quidquid ex hoc
atum est, vulnus adstringit, cohibet putredinem et
purationem. Quare in vulnere colliso, quod non-
ı purgatum est, is alienus est et nouam inflamma-
ıem, imo grauiora symptomata, mouet. Vbi vero

 vul-

vulnus, quod purgatum eſt, celerius ſaneſcere d
alcohol ſatis idoneum eſt, quod illud aridum re
Terebinthina, nec non balſama illa exotica, de M
Peruuianum etc. aera auertunt, et, ſi digerent
adiiciuntur, et vulneri purgato ſuperdantur, bl
fibras ſtimulant et ſuccum eliciunt, quare car
alunt et vulnera atque vlcera, vbi aliquid exciſun
implent. Vbi vero vulnus purum non eſt, illa
ſolum ſuperuacua ſunt, ſed aliena, quippe quae fac
vt putris caro ſupercreſcat, et vt ex vulnere m
vlcus fiat.

§. 389.

Omnia medicamenta, quae vulneribus impon
bent, igne prius concalefacere oportet. Aer, q
tum fieri poteſt, auertendus, quare ſemper, vbi
nera obligantur, feſtinandum eſt. Iuuat non pa
ignitabulum, quod carbonibus candentibus ple
in promptu eſſe debet. Igne enim et aeris noxa a
titur, et medicamenta, quibus vulnus curandum
calefiunt. Si vulnus valde alienatum, et in eo
eſt, quam vt digerentibus illud tolli poſſit, opu
vehementioribus, quae exedunt.

§. 390.

Ad felicem promptamque curationem nihil m
facit, quam diligentior obſeruatio inflammatio
quam in omni vulnere neceſſariam eſſe ſupra r
(38. 347. 349). Huic itaque et diuerſis eius t
poribus accommodari debet et victus, et omne m
camentum, tum, quod intus ſumitur, tum, quod
trinſecus admouetur. Sedulo enim cauendum,
inflammatio in gangraenam tendat. Haec tim
poteſt in vulnere colliſo, et quod loca neruoſa gr
ter offendit, ſi, pro modo vulneris, ſanguis pa
fluxit, ſi ſuppuratio fuit cohibita, et ſi, ex aegri
t

emperantia, febris calorque augentur. Non minus
vero etiam nocet, si omnis inflammatio, quae ad pus
mouendum necessaria est, tollitur. Itaque omnia,
quae superius de variis generibus inflammationis eius-
que curatione praecepi (28. ad 83, 100. 101. 156. ad
165), adhibenda sunt. Magnum auxilium aduersus
eam in sanguinis fluxu est, de quo mox dicendum.
Saepe etiam, si locus neruosus et aponeurosis minori
vulnere perforantur, oportet illud ampliare, sine quo
haud remittit inflammatio (44. 83).

§. 391.

Subinde etiam accidit, vt pus, quod ex vulnere
ferendum erat, reprimatur, et venis resorptum re-
liquis corporis succis admisceatur, quae res etiam gra-
, et quandoque mortiferi morbi pericula adfert.
Omnia, quae vulnus offendunt, et quae, si id ad sup-
purationem spectat, pus exitu prohibent, hominem
eiusmodi iniuriis obnoxium reddere possunt. Hoc
que quandoque incidere solet, si vulnus densioribus
uibusque pannis, turundis et adstrictiori fascia ni-
um premitur: Si alcohol et alii valentiores arden-
que liquores, nec non alia acriora, reprimentia et
stringentia superdantur: Si medicamenta, haud
ius concalefacta, sed gelida, imponuntur, et vulnus
um frigore adstringitur, vel aeri, qui in omnibus
ximam nocendi potestatem habet, crebrius ac
tius obiicitur: Si vulnus non purgatur, nec pus
ergitur, quod relictum acre rodensque fit: Si eo
npore, quo vulnus ad suppurationem spectat, al-
valentioribus ducitur, si eodem tempore, datis
dis, vel aliis, febris concitatur, vel, si euacuanti-
, nimium temperantibus et frigidis omnis febris
itur. Nimiam vero nocentemque febrem mouere
m potest cibi, praecipue valentioris, abundantia,

 vini

vini ac libidinis intemperantia, grauior animi pe-
batio. Omnia praeterea, quae affectum viribu
infirmum corpus magis eneruant, ad haec plurim
conferre et aegrum saepe praecipitare possunt.

§. 392.

Sunt vero quaedam indicia, ex quibus coll
licet, pus fuisse resorptum, Si vulnus, superato
inflammationis ac febris periculo, iterum intum
corpore etiam praeter consuetudinem incalesc
nouaque febre superueniente: Vel si vulnus ar
fit, et prorsus non intumescit, ac quasi emort
videtur. Vbi autem vulnus humorem exsudat,
paucus est et tenuis, si in vulnere malus colo
isque liuidus, niger, vel pallidus, aut varius, si
vagos horrores sentit, de cephalalgia nocturnaqu
gilia conqueritur, vel, si febris iterum adeo i
vescit, vt homo vanas imagines accipiat, atque
verba desipiat. Nec non, si sine ratione aluus l
da, et saepius, qnam ex consuetudine fertur,
vero cruda, et eius crebra cupiditas est.

§. 393.

Haec vero duplicem exitum habent. Vel e
si grauiora illa sunt, maturior et cita mors subseq
ita, vt aegrum aut syncope, aut valida febris, t
vel eum tabes inuadit, atque diutius et pericul
male habet *.

* Vid. FAUDACQ *Reflexion sur les Playes.* Cap. VIII. pa

§. 394.

Auerti vero haec maiora mala possunt, si dil
tius obseruatur inflammatio (390), et si suppu
non impeditur. Quod si vero haec incidunt, vbi
nus iam alienatum est, imponi protinus debent,
pus citant, et super dari fomenta et emplast

c

nollientibus, quibus humores ad vlcus reuocantur. rae quoque paululum concidendae ſunt. Intus au- m dari debent, quae vel aduerſus inflammationem nt (62. ad 69), vel, ſi malum cum imbecillitate eſt, ia, quibus languidae vires reuocantur (70). In re- is cauſiſque multum inter ſe differentibus perpe- um praeceptum eſſe non poteſt.

§. 395.

Vulnus autem, cum rubet, ac nimium neque ſic- ım eſt, neque humidum, et cum naturaliter ſentit, ırum eſt. Quod, ſi ex eo aliquid excifum, detritum raſumque fuit, implendum eſt. Ad id vero profi- ınt medicamenta, quae carnem alunt; ex quibus ima ſunt balſama et cum his myrrha, quam tamen cis carnoſis prae aliis opportunam eſſe iam retuli 37). Haec digerentibus adiici debent. Etiam lnus raro deligandum, nec adeo frequenter perter- ıdum eſt. Iam enim ex vulnere exit alterum genus moris, quo nouum incrementum adfertur (351).

† Vulnus purum et laudabile pus fundens, niſi eius multum fuerit, ſemel tantum quotidie detegendum eſt, neque nimis ſollicite pertergendum, multoque minus rudi manu. Pars laeſa linteis pannisque non praegravantibus curioſius fo- venda, calor enim corporis ipſius ad ſanationem plurimum confert. Aer, quo vulneratus vtitur, ſit purus. Loca vulneri vicina ab ſordibus quibuſque ſedulo repurgentur, vt exſpiratio cutanea liberior ſit, nihil vero alieni reſor- beatur.

§. 396.

Vbi autem in quolibet vulnere ventum eſt ad in- cendam cicatricem, optime id faciunt linamenta ca, ſi imponuntur, et ſi vulnus paulo adſtrictiori cia deuincitur, qua ſupercreſcentes carnes aliquan- m reprimuntur. Alii imponunt emplaſtra: ſticti- m Crollii, de lapide calaminari, de minio; vel ex iritu vini expreſſa linamenta pannoſque; vel inſper-



gunt

gunt teneriores pulueres ex terebinthina cocta, ma
che, olibano.

† Linamenta expressa ex aqua calcis viuae vel ex aqua pha
dacnica quam dilutissima etiam siccant.

§. 397.

Decoris causa curandum est, vt cicatrix sanae c
aequetur. Illa deformis fit, si orae vulneris non re
fuerunt adductae, si fascia frequentius fuit solu
Concaua manet ex vulnere colliso, vel cui aliquid
cisum fuit, et si hoc, et impurum vulnus, aut vlc
rodentibus adurentibusque, nec non nimium sicc
tibus et reprimentibus medicamentis fuit curatu
Multum etiam confert senilis aetas et siccior corpo
habitus. Excrescit cicatrix in corpore raro, ple
humido ac iuuenili, et quod pleno victu alitur, pr
cipue si vulneri superdata fuere, quae illud ni
laxum reddunt, digerentia, balsamica, et si his om
bus laxior vinctura accessit.

† Longae et largae suppurationes vulnerum consume
cellulositatem relinquunt cicatrices concauas et foedas.

§. 398.

Si deformis iam inducta est cicatrix, et si aeg
formae causa, rursus et dolorem et medicinam susti
re vult, res et excrescenti et concauae cicatrice s
curri patitur. Eminens scalpello praecidi, vel me
camentis tolli potest, quae corpus exedunt, inter q
lapis infernalis primo loco est. Concauam exulce
scalpello oportet, superque eam dari implentia,
quae carnem alunt, donec vulnus sanae cuti aequet
Postmodum vero ei noua cicatrix inducenda est.
cicatricem concauam aequandam etiam proficiunt
menta, ex aqua et oleo calidis (226).

§. 399.

Quae vero ad victus et medicamentorum ore
mendorum rationem attinent, ea non alia sunt, qu
q

ne inflammationi opitulantur. Huic igitur soli, et ri, si illa accessit, omnia accommodari debent, et ul obseruari vulnerati aetas, corporis habitus, consuetudo victus, vitaeque propositum. Si vulnus venens est, et, pro modo eius, parum sanguinis fluxit, tuenda est inflammatio, quare summe necessarium vt eius non parum detrahatur (62. 68). Nec ideo um sanguis, nisi periculosius erumpat, protinus primendus est. Aluus, nisi id propter inflammanem necessarium videatur (63), nunquam ab initio ationis, vbi pus mouendum est, duci debet, at, si ricta est, lotionibus mollientibus, in eam immissis, uri euacuarique. Vbi autem vlcus purgatum ad tricem perducendum est, confert eam paulo valenibus subtrahere.

§. 400.

Superuacua imo et noxia, sunt illa decocta, sic a traumatica, quae ex vegetabilibus multum adstrintibus componuntur. Prudentem medicum conrare oportebit corporis habitum, et dare medicata, quae cuiuis ad humida in corpore purganda ortuna sunt. Illa necessaria sunt, si cum vulnere d vitium in corpore est, cacochymia, scorbutus, ereus morbus.

§. 401.

In omni vulnere ab initio abstinentia summe neria est (67), post autem, si vulnus implendum, us paulo plenior conuenit, quem vero boni succi oportet.

§. 402.

Multam etiam animaduersionem aer postulat, qui ia vulnera infestat. Magis nocet grauis, gelidus, is calidus et noxiis atque impuris halitibus foetus, lis in maioribus nosocomiis esse solet. In totum, eri potest, abstinendum ab omnibus animi com-

 moti-

motionibus. Circumcidendae etiam funt omnes . rae et meditationes, quae requirunt, vt animus tendatur. Corporis etiam, maxime partis vulner quies neceffaria eft. Venerem in grauioribus vu ribus nunquam tutam effe, fed faepe mortiferam perientia docuit *. Sedulo commonendi funt a vt obfequentes fint, cum ad felicem vulnerum c tionem harum rerum paulo fubtilior obferuatio valeat, quam peregrinorum, conquifitorum et m arte compofitorum medicamentorum vfus.

* Vid. HOFFMANNI differt. de Morbis ex nimia venere undis. Hal. MDCCXXV.

# SANGVINIS PROFVSIO.

§. 403.

In vulneribus curandis, tum iis, quae chirurgu cipit, tum aliis, quae ipfe facit, faepe timor eft fanguinis profufio hominem interimat. Sanguis vel ex minoribus arteriis atque venis exit, vel ex g dioribus cum periculo ruit. Vbi primum incidi quod ex minori eius impetu intelligitur, et fi ar cordi non ita propinqua eft, expedit illum non p nus fupprimere, fed finere fluere, quo minor inf matio oriatur (234).

† Sanguinis fluxus e parte vulnerata non modo vniuerfi poris maffam fanguineam minuit, verum etiam partem ciam fanguine fpiffiori liberat, quo fit, vt non tam per obftructio inflammatoria exiftat deinceps. Fluxus largus et abftinentia feuerior, a fame propior, faepe vt illi, qui poft aciem in campo pro depofitis habiti demum in nofocomia adducuntur, meliori forte frua quam alii mature curati.

§. 404.

Si vero is non per fe defiftit, et metus eft, ne v intereant, fupprimi debet. Hoc fit, vel compr tan

ntum vulnere, vel impositis etiam varii generis me-
amentis, vel deuinctis arteriis.

§. 405.

In vulneribus, quae penitius penetrauerunt, et ae oculis non subiecta sunt, aeger non semper in to est, quamuis sanguis conquiescere videatur. seruatum enim est, et cordis et maiorum arteria- m vulnera quandoque praecludi, quia iis concretus nguis insidet. Hic postmodum impetu ruentis san- inis, et si aeger vel corpus, vel vulneratum mem- um, mouet, vincitur, et e sede pellitur, ita, vt ite- m sanguinis profluuium oriatur, quod hominem pente et inopinato exhaurire potest. Quare iis, ibus viscera et interiores partes, vel etiam in artu- s arteriae minores, non procul a trunco, ex quo ucuntur, percussae sunt, nunquam primis diebus haemorrhagia securitas est. Et propter hunc me- m oportet sanguinis impetum abstinentia atque iete mitigare, et eum, si, pro modo vulneris, parum ixit, incisa vena detrahere.

* Vid. le DRAN T. I. Obs. 49. 50. 51.

† Neque ita vulneratos ex syncope protinus excitare decet. In singularum partium interiorum vulneribus singulares animaduersiones necessariae sunt, de quibus suo loco cui- que proprio dicendum.

§. 406.

Optime sistitur sanguis impositis linamentis siccis adhibita aequali compressione. Vulnus itaque iis nplendum, et super impositis, si res postulat, multi- icibus, densis ac gradatis pannis atque paulo ad- ictiori fascia vinciendum est. Cauendum tamen, ne ulnus nimis adstringatur comprimaturque, quippe uod gangraenae opportunum reddi, vel multum inde ienari potest (17. 37).

§. 407.

Si autem ſedes percuſſa nec ſatis commode fa deligari atque comprimi, nec arteria deuinciri pot aut ſi iniecta faſcia non ſatis continet, et ſanguis hilominus ſub ea fluit, vltimum auxilium eſt, vt arteria digitis, vel ipſa, ſi iam iniecta eſt, faſcia ma bus impoſitis a miniſtro comprimatur. Neceſſe v eſt, vt, pro modo vulneris, arteria diutius, et ſa per plures horas, et ſemper aequaliter prematur.

† Opus tum eſt miniſtris duobus vices permutantibus.

§. 408.

Aliae vero obſeruationes neceſſariae ſunt. Mel praecluduntur vaſorum ora, ſi e latere premunt quam, ſi iis illud, quod comprimit, aduerſum obiicit Arteriae ſupra vulnus premendae ſunt, venae aut infra illud, id quod vitalis humorum circuitus doc Etiam in hac preſſione modus ſit, ne ea membr alienetur. In artuum vulneribus non parum iuu ſi arteriae trunco obiicitur faſcia tortilis, vel torcu (237), vel ſplenium faſcia adſtringendum (245). H vero arteriam non ita premere oportet, vt membru gangraena periclitetur, ſed vt impetus ſaltem ruent ſanguinis mitigetur.

§. 409.

Ex medicamentorum, quae aduerſus ſanguin profuſionem proſunt, magno numero pauca tuta ſun Quaedam enim parum valent; alia vehementiora, locis neruoſis admonentur, neruos grauiter afficiu atque inflammationem magnamque febrem mouen Imo plura eorum vim veneni habent, quam in om corpus diffundunt. Haec ſaepe cauſa eſt, cur vuln ratis ex non ita magna plaga ſuperueniunt grauio ſymptomata, vomitus, ſyncope, neruorum diſtenti quae eos quandoque celerius abſumunt.

Vid. LANCISIVS de Corde p. 98.

† D

De his aliisque medicamentis et remediis ad sanguinis profluuia adhiberi solitis legi possunt Dissertationes duae sub Praesidio meo defensae a viris doctissimis et experientissimis GEORG. GVILIELM. LIEBE et IOH CHRISTIAN. HOFFMANN habitae; quarum altera inscripta est: *De Remediis haemorrhagiarum externarum*; *altera, de Remediis haemorrhagiarum internarum.*

§. 410.

Inter omnia genera medicamentorum fere optimum est alcohol vini, quo et ora vasorum constringuntur, et ipse humor cogitur. Illo etiam vulnus rum alienatur. Necesse vero est, vt illud sine sale atum sit. Ex eo exprimuntur linamenta, quibus nus impletur, et, vt retuli (406), comprimitur. m valet oleum terebinthinae. Mitius id efficit ;ida aqua, vel oui album.

§. 411.

Ora vasorum etiam praestringunt atque succos ex fluentes cogunt liquores, et, sic dicti, spiritus di, ex vitriolo, alumine potissimum, parati, qui o rodunt, adurunt et crustam inducunt, quare um vsum modo commemorata mala (409) sequun-. Sunt plura compositionum genera a LEMERY *, EBERO **, et PVRMANNO *** proposita.

Vid. Cours de Chimie p. 504.

* Vide eius Anchoram sauciatorum p. 124.

** Vid. eius Obs. chirurg. p. 263.

§. 412.

Linamentis etiam insperguntur, vel cum aliquo uido mixta illinuntur, pulueres, qui stiptici dicun-. Ex vegetabilibus sunt omnia, quae adstringunt reprimunt. Parum valent rad. symphyti, ireos strat. bistortae, flores balaustiorum, malicorium, ina volatilis. Efficaciora sunt gummi arabicum, lophonium, tragacantha, sanguis draconis, terra iapo-

iaponica, gallae, opium vſtum: ex mineralibus vit-lum, alumen, maxime, ſi haec igne vruntur, ca mortuum vitrioli, terrae, quae vitriolum hab bolus Armena, lap. haematites, crocus martis, charum ſaturni, et alia, ex plumbo parata. Exc untur etiam† hi pulueres vel alcohol, vel aliis liqu bus, ſic dictis, ſtipticis. Nec ad haec facile decurr dum eſt, cum et iis vulnus multum alienari ſoleat (4

† Ad remedia ſanguini ſiſtendo idonea referri debet dictus *Agaricus quercinus*, poſt tempora Platneri a BI SARDO laudatus, iam omnibus chirurgiae tironibus n ſimus, cui a quibusdam virtus aliqua adſtringens attribu ab aliis vero negatur. Hoc fatendum eſt, parum va virtutem eam, niſi aliqua compreſſio accedat. De his poteſt diſſertatio a me conſcripta mox citata §. 409.

§. 413.

Sunt, qui arteriis obiiciunt glebas ex vitriolo v illaſque paulo valentius adprimunt. Alii ferro c dente arterias adurunt. Vtrumque auxilii ge cruſtam inducit, qua arteriarum ora praecludun Ea vero, etiamſi ſanguis aliquando per aliquot c conquieuerit, non raro illius impetu vincitur. vero ſic aduſtae arteriae iterum ſanguinem fundu maximum diſcrimen eſt, quia illae non parum re dunt, et nec comprimi, nec alio modo praecl queunt.

§. 414.

Ad ſanguinem itaque ſupprimendum, ſi is ex arteria periculoſius ruit, tutiſſimum auxilium eſt, ar rias, ſi id res patitur, deuincire, id quod fit, ſi ſub linum, mediante incurua, vel minori, acu, traiicit et huius capita in nodum nectuntur (confer. 2 243. 244).

§. 415.

Arteriam, ſi inciſa eſt, praecidi debere, quo ca ſe ipſam coire poſſit, ſupra relatum eſt (354).

§. 41

§. 416.

Vbi arteria maior brachialis vel cruralis praecisa si tempus id patitur, mox fascia tortilis admoueri membrum praecidi debet (229).

§. 417.

Omni vero homini, cui sanguinis profusio time-, valde necessaria est quies et abstinentia. Circum-enda est omnis negotiosa actio omnisque cura. tui danda est aqua, eaque, nisi aliud quid hoc pro-eat, paulo frigidior cum modico cibo, qui corpus n alit, sed sustinet. Aeger conquiescere debet in iclaui obscuro et quod clausis fenestris ab omni epitu remotum est. Dari potest nitrum, quod in-mis vtile est, vbi arteriae celeriores sunt. Profici-t etiam lotiones ex lactis sero et nitro, si frigidi-ulae in aluum immittuntur. Aliena sunt medica-nta adstringentia, si ore sumuntur. Nam ad sisten-n sanguinis profluuium parum valent, et non raro, mbecillis dantur, visceribus labem adferunt (400). iandoque etiam auerti potest sanguis, alia parte ex lnere erumpens, si alia incisa vena, emittitur. Haec o res summam prudentiam exigit, ne, si is demitur, rpus nimium exhauriatur, omnisque vitalis vis ioriatur. Magis tutum est, si aduersa parte cucur-ula admouetur et illuc sanguinis cursus reuocatur.

Medicamentis internis his, quae sanguinis tenuitatem nimiam minuunt, aliquando vtendum esse, iam supra diximus §. 234.

§. 345.

Si autem sanguis conquieuit, homo autem, vi ni effusa, prope intermortuus iacet, quod ad quie-1 attinet, eadem seruari debent, quae proxime scri-sunt. A somno tamen a primo initio prohiben-s est aeger, quamuis cum hac imbecillitate marcor

et

et inexpugnabilis dormiendi necessitas esse so Interea alendus is est iusculo pullorum cohortal vel aliarum iuniorum carnium. Non vero si multitudine corpus onerandum, sed crebrius et latim iuscula danda sunt. Imbecilliora enim vis si grauantur, subigere nec hunc humorem pos Quare oritur cruditas, et saepe, si alimentum ad becillum pulmonem delatum fuit, praefocat periculum. Vbi metus est, ne sanguis iterum er pat, nocere etiam calor potest, quare non nisi eg dari debent. In hoc casu etiam aliena sunt or calidiora, cardiaca, et, quod inter haec primum meracius vinum (204). Huius modicum dari pc vbi omnis nouae profusionis metus penitus am est. Corpus etiam recuperatis aliquantum vir nunquam multo et valentiori cibo onerandum, modico et leuiori alendum est.

† Iis, qui sanguine nimium exhausti et ex defectu hum adeo debiles sunt, vt fere continua syncope afficiantur hibenda frictio, non dura illa, dum modo nullus am sit metus de nouo sanguinis fluxu.

# ANEVRYSMA.

## §. 419.

Aneurysmata saepe ex arteriarum vulneribus c constat. Duplex vero huius tumoris genus quorum alterum verum vocatur, alterum noth Verum dicitur, vbi arteria non vulnerata est, disrupta, sed integra, et vbi illa, vel tota, vel ex qua parte, maiorem in modum distenta est at dilatata, et quae sic etiam cutim aliasque pa quibus illa subiecta est, in tumorem leuat.

* Dilatata arteria aneurysma verum, dilatata vena vari dilatata vena lymphatica hydatidem efficit.

† Parietes cauorum cordis robore suo priuari, tumores i enasci in iis posse, cadauerum sectiones commonst Hos ad aneurysmata quidam referunt.

§. 4

§. 420.

Aneuryſma ſpurium eſt tumor, qui oritur a ſan-
ine, qui ex vulnerata et pertuſa arteria effluxit et
cute coiit.

i ſanguis ex vena ſic pertuſa ſub cute exit, oritur ἐκχύμωσις.

§. 421.

Aneuryſma verum frequentius in interioribus ſe-
us eſt, ſpurium frequentius in artubus.

Aneuryſmata veri generis in interioribus frequentius eo fiunt, quod arteriae eae cordi propiores ſunt, atque, multum aucta in extremis corporis locis reſiſtentia, impetus cordis in eas plurimum poteſt. Spurium in artubus frequentius eſt, quia cauſſa ſolutae vnitatis in iis frequentior eſt.

† *Aneuryſma verum* eſt vel *circumſcriptum* vel *diffuſum*. Illud fit, ſi aliqua definita regio arteriae, non adeo magna in tumorem ſublata eſt, ſeu circumquaque ſeu ad latus quoddam tantum modo, hoc vero, ſi inſignis tractus arteriae tumidus eſt ſic, vt tumor non ſit accurate et diſtincte definitus, ſed inde a loco tumidiori paulatim decreſcens. Genus prius saepius accidit. *Aneuryſma nothum* etiam eſt duum generum. Alterum vocatur *circumſcriptum*, alterum *diffuſum*. Illius tumor fit a ſanguine in cellulas ab arteria proximas effuſus, e quibus ſacci alicuius ſpecies formatur; *diffuſum* verô exiſtit ex ſanguine per cellulas adipoſas tum arteriae vicinas, tum ab ea plus minus remotas diffuſo easdemque implente, atque ſic aliquando totum artum in tumorem inſignem expandente. Commemorant quoque *aneuryſmatis genus mixtum*, eiuſque etiam ſpecies duas faciunt. Scilicet ſi exterior arteriae tunica vel ſecando, vel lacerando, vel pungendo, vel rodendo diuiditur, interiori integra ſuperſtite, non ſatis poteſt haec impetui ſanguinis reſiſtere, diſtenditur igitur, fitque in eo loco tumor partim ex ſolutione continui, partim ex relaxatione et ampliatione arteriae. Altera ſpecies mixti aneuryſmatis gignitur, ſi praegreſſi aneuryſmatis veri ſaccus quacunque de cauſſa diſrumpitur diſſoluiturque, atque adeo ſanguis in vicinas cellulas adipoſas effuſus aneuryſma nothum progignit. Dixeris fortaſſe, vtramque ſpeciem referendam eſſe ad aneuryſmata generis nothi. Non repugno quidem. Verum tamen a ſimplici genere notho differunt hae ſpecies eo, quod arteria et tumida in loco quodam eſt, et ſimul eius continuitas ſoluta.

Praeter

Praeter illa genera est singulare quoddam, raro qu accidens, sed nihilo tamen secius animaduersione dig Scilicet si vena in cubiti flexura, basilicam vocant, eo dem loco, cui arteria subiacet, pertunditur sic, vt sca mucro in arteriam eam penetret, fieri potest, vt sup venae plaga aeque atque cutis vulnusculum, cicatrice persanetur, vulnus vero inferius venae et vulnusc arteriae inter se conglutinentur, quidem sed tam arteria in venam sanguini ingressus pateat perpetuo. fit, vt sanguis venam in speciem varicosam mutet. sed prorsus singularem. Hoc genus vocari potest, *varix rysmaticus*. Primo ab HVNTERO animaduersum ac pr tum est, in obseruationibus et disquisitionibus medic scriptis: *Medical Obseruations et Enquiries*, T. II. pag et T. III. pag. 110; nec non repetitum et icone expr ab GEORGIO ARNOLDO. Vid. *Mémoires de Chirurgie*. GEORGE ARNAVD, à Londres 1768. pag. 245.

§. 422.

Notae aneurysmatis veri et nondum inuet hae sunt: Tumor rotundus est aequalis et elatior, digito parumper cedit, et cuius color mutatus est. Tumor post acceptam aliquam plagam, v mentiorem nixum aliamque causam pedetentim surgit, manente diutius obscuro aliquo dolore, i dum adolescit, vehementius pulsat *. Non ita f dignoscuntur aneurysmata, quae intus nascu Suspicionem mouere potest pulsus valde inaequ et si ille alia qua parte in pectore sentitur, spir difficultas, sensus obscuri doloris, insuetae anxietat

* Pulsus signum esse dicitur pathognomonicum aneurys inprimis veri. Ast tamen aliquando fiunt abscessus, arteriis maioribus propinqui, fere similem in modum sant, ac aneurysmata. Idem accidere potest in ἐκχυ Si enim v. g. sanguinis missio in brachio minus fel cessit, et tendo, vel aponeurosis bicipitis musculi laes et sanguis sub cute coiit, ac inflammationem mouit, citur valentius aponeurosis et tendo, constringitur hi iecta arteria, qua mota elataque, etiam omnis tumor tur, qui sic aneurysma mentiri potest. Vide LANCI p. 101. Hic ideo errorem RIVERII in Obs. p. 685. qui talem ecchymosin, tandem suppuratam, pro an sinate habuit. Accidere tamen etiam haud minus pot tu-

tumore inueterato et obcallescente aneurysmatis veri, dum sanguis in tumore augetur, et ille, qui exterior est, tandem induratur, dumque etiam ipsa cutis indurescit et aliquando fere cornea fit, vt pulsus percipi distincte haud queat. Diligentior itaque animaduersio omnium signorum adhibenda est, cum facile etiam peritiores decipi queant.

Cognitio aneurysmatis veri in arteria non alte sub carnibus condita, recens orti, cuius etiam caussae praegressae euidentiores sunt, haud ita difficilis est, sed vetus, alte sub carnibus conditum diagnosin habet difficilem. Nam in eo et tunicae arteriae paulatim duriores, minus sensiles, minus mobiles, magis resistentes, callosae, cartilagineae, fere osseae, crassae admodum fiunt, ac praeterea sanguis in tumore eo haerens cogitur in spissum cruorem, a quo ad parietes internos arteriosi tumoris lamellae formantur; ab vtraque igitur caussa pulsus tum in tumore tum in reliquo tractu arteriae sub aneurysmate obscurus admodum fit, quia cordis vis resistentias illas superare, arteriam igitur ampliare vix potest. Sanguis quoque in grumos lamellasue concretus non deserit tumorem, isque igitur pressus non euanescit. Itaque non modo tumor alius aliquando falso haberi potest pro aneurysmate, vt PLATNERVS in praecedente nota dixit, verum etiam tumor aneurysmaticus interdum non agnoscitur et alius generis esse putatur. Qui quidem error fere grauior est illo priori, et noui ego, publicum Anatomiae et chirurgiae Doctorem quendam, νῦν ἐν ἁγίοις, tam graui errore lapsum esse, vt tumorem aneurysmaticum, quem generis tunicati esse iudicauerat, sectione imprudenti auferre anniteretur, tam infelici conatu, vt hominem profusione sanguinis sub ipso opere extingui videret. Ne igitur erremus, omnes caussas omniaque symptomata inde a primo morbi ortu diligentius colligere et aestimare decet.

§. 423.

In aneurysmate spurio tumor est ab initio minus, dum increscit, magis durus, depressior, et ad n latior ac inaequalis. Minus pulsat, quam ve- ast tamen in eo quasi obscurior strepitus perci- r. Tumor tandem increscit et citius ad gangrae- spectat, quam futuram cutis liuida atque nigri- significat. Si aneurysma spurium in brachio est, illud frequentius ex minus feliciter administrata

O san

ſanguinis miſſione incidit, tumor ad humerum adſc dit. Nam inferius obſtat illa bicipitis aponeuroſis.

† Strepitus illius mentionem primo facit PARAEVS, et bi bitationi apum ſimilem eſſe dicit; ſit fere primis m temporibus a ſanguine erumpente ex arteria.

§. 424.

Verum ex variis cauſis oritur. Arteriae ei diſtenduntur, tum in internis, tum externis ſedit a vehementiori nixu atque motu, id quod accid poteſt ex vomitu, partu difficili, aliaque virium c tentione, vel valentiori artuum intentione atc quarundam partium preſſione. Si enim os fract luxatumque, exoſtoſis aliusque tumor arteriam m rem premit, illa ante tumorem diſtenditur. H etiam accidit, ſi arteriarum tunicae a prope ſito ſceſſu, vel vlcere, et ex his exeunte humore lubric tur et laxantur. Saepe aneuryſma in aorta naſcit ſi polypus in corde eſt, quo ſanguinis motus im ditior redditur. Hoc etiam fieri, ſi arteria alic praecipue eo articulo temporis, quo illa ab irrue ſanguine diſtenditur, grauem et ſubitaneum ict paſſa fuit, exemplis probatum legimus *. Non rum confert malus corporis habitus, et ſi corpus l go morbo maloque victu vitiatum eſt. Humida en ſi in corpore corrupta ſunt, fibras omneſque ſoli partes, et igitur etiam arteriarum tunicas, imbeci reddunt laxaſque **.

* Vid. LANCISIVS c. l. p. 108. et IOANNIS NICOLAI H TORFF Diſſ. de Aneuryſmate in capite pueri XI. annor Argent. MDCCXXII.

** Hoc probat multis LANCISIVS c. l.

† Cauſſae veri aneuryſmatis in arteriis ipſis reperiu cernuntur vel in tunicarum, muſcularis praecipue, im cillitate, vel in tunica intima, laeui illa, ab acribus a et corroſa; de hac poſteriori vid. IOH. BAPTIST. M GAGNVS *in Libro de ſedibus et cauſis morborum*; deni

et tunica exterior poteſt laedi variis modis cauſſiſque, de quo PLATNERVS.

†† Aneuryſmatis veri cauſſa proxima eſt in ampliatione loci alicuius arteriae ponenda, cuius cauſſae vlteriores variae ſunt.

§. 425.

Hoc vero non tantum vitio illarum tunicarum :cidit, ex quibus ipſae arteriae conſtant, ſed anatome ɔcet, plures arterias habere alia inuolucra et integu-enta a prope ſitis membranis, quae illas ita compre-:ndunt atque conſtringunt, vt earum robur ac elaſti-: vis non parum inde augeatur. In pectore maiores teriae comprehenduntur membrana a pericardio .ucta, aliae pleura conteguntur, in abdomine peri-neo, in brachio et pede aponeuroſi muſculorum. ɔi igitur iſtae membranae ex varia cauſa reſoluuntur que laxantur, aneuryſmati locus datur.

† Si in pluribus locis ſine euidentibus cauſſis aneuryſmata fiunt, ſyſtema vniuerſum arterioſum labe quadam laborat, qua fit, vt vel laxitas, vel fragilitas, vel corroſio fibrarum peccet.

§. 426.

In brachio hoc accidere ſolet, ſi a ſcalpello, vel ı ratione, violata, pertuſa, vel laxata eſt aponeuro- muſculi bicipitis.

§. 427.

Eſt autem quaedam diuerſitas. Aliquando enim a arteria ampliata eſt ac diſtenta, aliquando, et ſi eria oſſibus aliiſque partibus duris incumbit, eius :em exterior pars, ita, vt in hac tumor herniae ilis excitetur.

§. 428.

Aneuryſma ſpurium naſcitur frequentius ex per- ı arteria, id quod crebrius accidit, ſi ex vena baſi- , cui arteria brachialis ſubiecta eſt, ſanguinem mit-

tere volunt chirurgi. Nonnunquam tota arte
difrumpitur. Id quod aliquando valentiori intentio
cubiti et radii, qui luxati erant, accidiffe conftat.

† Aneuryfmatis nothi cauffa proxima femper repetenda
a folutione continui in arteria. Haec autem ab fucci
quouis vehementiori, praecipue in praedifpofitis exif
poteft; itaque et a faltu ab alto in cruribus interdum
cuius fufpicio eft, fi homo eo ipfo faltus tempore de d
re quodam acuto, in carnibus, loco quidem definito, c
queritur, et poftea furae carnes paulatim intumefcu
Hoc genus, nifi crus praecidi poffit, tandem aliqua
necem affert.

§. 429.

Aneuryfma verum non tam celeriter adole
Tandem, vbi tumor increuit, et arteriarum tunic
et cum his iuxta fitae partes alienatae funt, exfu
ex eo faepe humor, qui acrior factus, ea, quae pr
funt, rodit, et offibus etiam vitium adfert. Q
tumore lymphatica vafa premuntur rumpunturc
praecipue in interioribus fedibus, multus hun
effluit, qualis non raro in pectore repertus eft. T
dem vero arteria rumpitur et homo fanguinis pro
fione exhauftus vel fuffocatus repente abfumitur.
arteriis, quae per artus diuiduntur, tumor, fi is
cens et non ita magnus eft, facta compreffione t
poteft, fi vero ille inueterauit et obcalluit, fcalp
operam poftulat. Nec tamen fectio femper tuta
in arteria brachiali, nifi illa bifida fuerit. Quare p
pter aneuryfma faepe totum membrum praecidend
eft. In collo, pectore et interioribus aliifque fedil
vbi nec compreffio, nec fectio, locum habet, an
ryfma verum increfcit, donec tandem rumpitur
hominem repente occidit.

† Quo vetuftius eft aneuryfma verum, eo peius eft, eo
minus fanari poteft, adeo vt nec amputatio artus falu
et vitam promittere poffit: Nam non modo ea, q
PLATNERVS §. hoc adduxit, fiunt, fed arteria quoqu

ſede ſua, quae ſupra aneuryſma ipſum eſt, ita alienata eſſe ſolet, vt arteriae compreſſio aut conſtrictio fieri nequeat, ſanguinis profuſio igitur hominem humore vitali exhauriat. Interdum ſaccus tam amplus eſt, vt arteriae collaterales ſuperiores reſecentur. Praeterea aneuryſmata vera ſaepe fiunt a cauſſis internis, lue venerea, ſcabie foediori et pertinaciori, ſimilibuſque cocochymiis aliis, quarum cauſſarum ſuſpicio iniuſta non eſt, ſi in pluribus corporis ſedibus aneuryſmata orta ſunt; aut ſi nulla omnino cauſſa externa ſolitaria patet, in corpore vero ſigna non obſcura mali habitus ſunt. Nec iſta genera a chirurgia efficaci facile ſanantur.

§. 430.

Celerius finitur ſpurium, in quo proximus gan-aenae metus eſt. Cum illud comprimi nequeat, otinus ad ſcalpelli curationem decurrendum eſt, ſi ı locum habet. Vbi violatae ſunt maiores arteriae, g. truncus brachialis, cruralis, ſaepe et in hoc mi-um, ſed vnicum auxilium eſt, membrum abſcindere.

§. 431.

Aneuryſma verum compreſſione curari, iam (429) ſui. Ergo, vbi illud nec valde magnum, nec in-teratum eſt, et nondum occalluit, et vbi arteria non ta, ſed aliqua parte dilatata eſt, (427) in brachio iſque ſedibus, quae ſine periculo premi poſſunt, mor ante omnia digitis perfricandus premenduſque ; donec omnis ſanguis, qui in eo haeret, diſſipatus intus compulſus fuit. Poſt ſuper danda eſt charta ula maſticata et ex alcohol vini expreſſa, imponendi it panni multiplices ac gradati. Inter hos pannos mmus, vel aliud quidpiam, quod durum eſt, con-tur, quo illis valentius prematur. Ceratum, vel plaſtrum, quod nonnulli imponere ſolent, melius ittitur. Omnia adſtringuntur faſcia. Haec, quae vnicum finem glomerata eſt, orditur ab infimo hu-ro, circa quem illa bis voluta fertur ſupra pannos adatos, qui ſemper, ne tumor iterum conſurgat,

impoſitis duobus digitis, indice et medio alteri manus continendi ſunt. Ita vero tendit ad ſummu brachium, quod in orbem voluta comprehendit, ru ſusque ſuper pannos gradatos ad humerum reuertitu Ad eam rationem ter circumagitur, et, ſi ea ſup pannos fertur, digitorum impoſitorum vices leni permutari debent. Ea etiam, dum humerum brac umque amplectitur, ſemper ſibi appropinquatur, quaſi in cochleam ſerpit, vel aſciam deſcribit. T dem, vbi ea ſic bene tenet comprimitque pannos, ſurſum verſum tendit, et ſplenium, quod arter brachiali obiiciendum eſt, comprehendit. Nece vero eſt, vt, dum aneuryſma ſic deligatur, brachiu paulum ad latus adducatur flectaturque, quod poſt iectam faſciam, et, dum id mitella excipiendum iterum parumper, et quantum fieri poteſt, exte debet, quo panni, qui tumori impoſiti ſunt, mel coarctentur.

† Charta bibula illa, aut quicquid tumori imponitur, pa maius eſſe debet quam tumor ipſe, ſed non multo. N modo recens orta aneuryſmata vera aliquando ita curan ſed et vetuſta et calloſa, quae nec chirurgia manuali ſa poſſunt, hac comprimendi ratione tolli poſſe aſſeuer Vetuſta autem aneuryſmata illa compreſſionem poſc initio lenem, proceſſu temporis paulatim auctam; lin tumorem tegentibus ſubinde poſca adſpergenda.

## §. 432.

Reperta fuerunt varia machinamentorum gene ad comprimendum aneuryſma, in brachio praecip idonea, quae loco faſciae adhiberi poſſunt.

Vide figuras in HEISTERI T. I. Tab. XI. p. 436. addo ali quam ab expertiſſimo Dn. SENFFIO, Berolinenſi, acc Fig. X.

† Satis commodum machinamentum huius generis deſcri JOSEPH. JACOB. PLENK in collectione obſeruationum rurgicarum teutonice conſcriptarum et inſcriptar *Sammlung von Beobachtungen über einige Gegen* [illegible] *Wundarztneywiſſenſchaft. Wien* 1775. Si aneuryſma ve vt

vſum diuturniorem compreſſionis deſiderat, machinamenta ea, quae paulo elatiora ſunt, haud commode ſedent, et aegrius ab homine ita affecto circumferuntur. Noui ego virum, in cuius humero medio ortum aneuryſma verum ſimplici illo apparatu, qua homines fonticulos in humero excitatos deligare ſolent, et ſat craſſo ſplenio ita per plures annos curatum retentumque fuit, vt ad ſeram ſenectutem perueniret.

§. 433.

Siue faſcia, ſiue machina, fuerit adhibita, illa non ...tinus reſoluenda eſt, ſed diu relinquenda. Opor... etiam faſciam, ſi illa laxior videtur, ſubinde addu...e, et interea ſanguinis impetum crebra miſſione, ...i ductione, abſtinentia, tenui victu et aquae potu ...tigare.

§. 434.

Aliam curandi rationem recentiores propoſuerunt, ...am aneuryſmati non ſolum vero, ſed etiam ſpurio, ...iiberi poſſe affirmant. Ea experienda videtur in ...s deſperatis, vbi nec vinctura locum habet, nec ...lpelli opera tuta eſt, cum minimum interdum illa ...ratio proficere poſſit, vbi praeſtat ancipiti auxilio ..., quam nullo. Opus vero eſt pluribus faſciis, ...ibus, cochleae in modum ſurſum verſum ſerpenti...s, ſinguli digiti circumdantur. Alia poſtmodum ...cia, eodem modo ſurſum tendente, comprehendi... totum brachium et humerus, ita, vt in ſupremo ...mero finiat. Ita circumire debet faſcia, vt illa va...tius, et plus ſolito, adſtringatur, non vero tantum, ... membrum gangraenae opportunum fiat. Vbi ad ...norem ventum eſt, plumbum imponitur, vel aliud ...id, quod durum eſt et ad tumorem reprimendum ...atum, ſuper impoſitis etiam multiplicibus pannis. ...ſcia vero circa tumorem, et ea, quae huic impoſita ...it, aliquoties voluitur, quo magis ea coarctentur. ...teriae etiam brachiali in ſummo humero obiicitur

splenium. Antequam vero brachium sic vincit illud ita flectendum est, et ad latus adducendum, commode mitella exceptum suspendi ex ceruice po ne postea suspensum aliter, atque eum deligaba inclinandum sit, vtque illud minime moueatur. F quentius postmodum instillandum ingerendumque fasciam est alcohol vini, quod camphoram excepit, huic similis liquor. Fascia ante quadragesimum di non soluenda, si vero laxior videtur, ita adduce est, vt non quidem omnem vitalem sanguinis motu sed omnem eius nimium impetum, cohibeat atq reprimat.

§. 435.

Ad id vero necessarium est, vt aegro quam pl mum sanguinis detrahatur, vtque is quasi exsanguis eneruatus per plures dies iaceat. Sic enim in corp ita exhausto et debilitato omnis sanguinis impe frangitur, et efficitur, vt interea, accedente exte pressione, arteria ad pristinum robur reuerti, et, s spurio pertusa est, cicatrice iterum glutinari qu Cum his valde necessaria est abstinentia, et vtend est cibo exiguo, ac potione quam dilutissima, et q corpus minime incendit.

† Hanc rationem aneurysmatibus nothis medendi singular stupendo curationis exemplo confirmauit THEDEN Iam ab vulneratione arteriae hebdomades decem el fuerunt, et brachium adeo sanguine turgidum fuit, vt pluribus dirumpi a sanguine extra vasa egresso videre Fascias et splenia aqua traumatica sua continuo made seruauit. Hac de curatione et omnino de fasciandi rati totius alicuius artus legatur eius liber inscriptus: *N Bemerkungen und Erfahrungen zur Bereicherung der W arztney. Berlin* 1771. Si quis aquam traumati THEDENII ad manus non habet, poscam adhibere po ad lintea subinde madida reddenda.

§. 436.

Aneurysma verum autem, quod sic vinctura pressione curari non potuit, exscindendum est. H

aut

tem fieri nequit, ſi tum verum, tum ſpurium eſt aliqua arteria, per quam ſolam ſanguis in mem-um influit, quod ideo praecidendum eſſe ſupra re-i (429). In brachio tamen frequentius, ſi ſanguis vena mitti debet, laeditur arteria brachialis, ante-am illa in radiaeam et vlnarem diuiditur, id quod eius poſitu clarum eſt, et nihilominus feliciter andoque ceſſit curatio, ſi chirurgia adhibita, et ar-ia deuincta atque praeciſa fuit. Paulo accuratior im Anatomicorum obſeruatio docuit, arteriam chialem ſubinde mox in ſumma humeri parte in as diuidi. Imo, ſi illa etiam indiuiſa vltra articu-n cubiti procedit, id quod frequentiſſimum eſſe letur, ex ea tamen priuſquam diuiditur, plures aliae nores educuntur, quae cum radiaea et vlnari com-ttuntur. Nam et has duas arterias crebrius per as minores inter ſe iungi, ſine dubio eſt. Accidere que poteſt, vt, ſi ſupra cubiti articulum etiam uncus arteriae brachialis praecidatur, ſeruari nihilo-nus brachium poſſit, quia per alias arterias, et vel r alterum brachialis truncum, ſi haec ſuperius, et n in humero, bifida fuit, vel per minores, quas INSLOVIVS collaterales vocat *, radiaeae et vlnari nctas, ſanguis in membrum influere poteſt. Nam illud non omittendum eſt, ſanguinem, ſi is copio-r per minores arterias, praeuinctis vel compreſſis ioribus, in aliquam partem diffundi debet, ſuo im-tu arterias non parum ampliare. Ex his intelligi-r, in brachio, minimum niſi certa ſit deſperatio, periendam eſſe aneuryſmatis chirurgiam. Nam, ſi i etiam fallit, nihilominus ad vltimum auxilium, o humerus praeciditur, confugere poteſt chirurgus.

* Vid. WINSLOW *Expoſ. des arteres* §. 134, 135, 136, 138, 139, 140, 143, 145, 160. et ALEXANDRVM MONRO *in the medical Eſſays d'Edinburgh*, Vol. II. Obſ. XVII. Tab. II.

† Ampliatio arteriarum collateralium illarum aliquando i demum facta est, cum iam ex absentia caloris et sensus statu atrophico medicus vereretur, ne in propinquo g graena esset.

§. 437.

Haud adeo multum veri aneurysmatis curatio ea differt, quae spurio adhibenda est, de qua, c hoc frequentius sit, prius dicam. Praeparandum eam, si tempus id permittit, corpus aegrotantis sanguinis missione, alui ductione, victu modico et lubri, et aquae vel ptisanae potu. Oportet aute antequam scalpellum adhibetur, fasciam tortilem, torcular, (237) arteriae (240. 249) admouere, ne i chirurgia sanguinis profusio hominem exhaur Scalpello recto, non ancipiti, inciditur tumor, et, plaga latius pateat, in eam demittitur specillum i catum, et super id forfex incurua, qua illa commc ampliatur. Plaga autem oblique facienda est, et qu a radio incipit et ad condylum humeri intern spectat. Ex hac, quidquid cruoris coiit, extrah dum est. Quia etiam saepe cruor sub illa apone rosi haeret, quae ibi ex bicipite musculo educta, m sculos et vasa comprehendit, ea etiam incidenda vt omnis cruor eximi possit. Illa autem plaga transuersam desiderat. Melius haec fit, si brachiu leniter inflectitur.

§. 438.

Prius vero, quo laesae arteriae vulnusculum ocu pateat, illaque a sectione tuta sit, necesse est, paul lum resoluere tortilem fasciam, vel torcular, vt sa guis erumpens illud ostendat. Vbi id repertum e oportet arteriam a prope sitis venis neruisque separa summa adhibita diligentia, ne quid harum, et ne a qua ex minoribus arteriis, quas supra collaterales v caui, laedatur, quare etiam sanguis subinde linteo

(2

) extergi debet. Arteria vero ſic deoperta et ſepa- vinciri debet. Ob hanc cauſam tria lina cerata, ; valentia, coniiciuntur in acum incuruam maio-, quae auerſa traiicitur ſub arteria. Excogitauc-t alia ferramenta ad id idonea, et PETITVS acu ex argento fabrefacta vtitur, qua et lina traiectan- et arteria ab aliis ſeparari poteſt. *Fig.* XI.

Si multus ſanguis effuſus eſt, is ſaepius faciliorem reddit ſeparationem nerui ab arteria, immo ſeparationem eam aliquando iam effecit. Alioquin chirurgum iuuat medi-ocris flexio cubiti illius.

§. 439.

Lina vero ſic traiecta ita collocantur, vt duo am ſupra arteriae vulnus, tertium infra illud, po-m ſit. Deuincitur vero arteria, et primum ad-igitur linum, quod proxime ſupra arteriae vulnus et poſt etiam illud, quod infra iſtud haeret. eriae enim etiam inferius linum iniiciendum, quia lictis collateralibus arteriis ſanguis in hanc influere periculoſam profuſionem mouere poteſt. Tertium um non adſtringitur, ſed in vulnere relinquitur, vt, rte alterum a ſanguinis profluuio victum et e ſede dimotum fuerit; illud protinus adſtringi poſſit. etiam iniecta lina arteriam mordeant vel abrum-t, inter duo eorum capita, antequam deligantur, endi ſunt panniculi minores, quibus efficitur, vt mitius arteriae inſideant. Cognoſcitur vero, ar-am recte deuinctam eſſe, ſi, laxata faſcia tortili ea lum ſanguinem fundit.

Fieri poteſt, quamuis raro, vt ex loco arteriae, qui inter duo vincula eſt vnus alterue ramus collateralis egrediatur. Hoc ſi animaduertatur, neceſſe eſt, vt et iſti rami ſeorſim vinculis conſtringantur, ne fortaſſe ſanguis ab aliis ramis in hos regrediens per illas in ramum principem refunda-tur, atque adeo denuo fiat ſanguinis iactura.

§. 440.

§. 440.

Quod si iam vulnus deligandum est, illud p spongia alcohol madente extergitur. Brachium lulum inflectendum et ita inclinandum est, vt commode ex ceruice suspendi et humerus ad l deligari possit. Cum ad vulnus ventum est, ad l arteriae collocanda sunt duo minora splenia, seu longi densique panniculi, super hos vero multa l menta, et super haec fulciendi sunt panni multipl gradati. Haec comprehenduntur alio panno, altera parte fissus est. Huius vero, quod integ est, vulneri imponitur, duobus autem capitibus m brum inuoluitur. Omnia haec adstringuntur fa quae non alia est, quam, qualem mox descripsi (4 Arteriae in suprema humeri parte obiiciendum splenium. Brachium ita collocandum est, vt erec sit, non vero dependeat, qua re etiam sanguinis petus non parum cohibetur.

† Si vincula arteriam satis constringunt tenentque, hum non nimis arcte fasciandus est, ne sanguinis ingressu arterias collaterales cohibeatur earumque ampliatio i diatur. Neque fascia tortili aut torculari opus est ma pere. Ab eo enim idem metus.

§. 441.

Brachium, quod sic deligatum est, plerumque parum intumescit, quare, ne id gangraenae oppo num fiat, petendum praesidium est, tum a sangu missione victusque ratione, tum etiam a medicamen quae aduersus inflammationem possunt. Sed vari rerum quasdam etiam animaduersiones desiderat. enim manus et inferius brachium multum calet, q res vehementiorem sanguinis motum indicat, opp tuna sunt reprimentia (76). Sal ammoniacus et thargyrium ex aceto cum aqua coqui possunt, et his fomenta superdari. Vbi vero manus fere emor vide

‑tur et frigida, et nullus arteriarum motus in ea cipitur, id quod crebrius accidit, ſi arteria brachi- deuincta fuit, oportet frictionem adhibere et ex- us tepida aqua, cui ſpiritus vini adfunditur, mem- m diligentius perfricare. Illud enim tenendum magnum timorem quidem eſſe, ſi poſt ſectionem nanu nullae arteriae agitantur, certam tamen de- ationem ideo haud eſſe. Nam aliquando, poſt nti quatuor et plures horas, et arterias iterum at- i, et membro colorem naturalem reddi, obſerua- ı eſt.

id. exemplum ab ALEX. MONRO adductum *in the medical Eſſays* Vol. IV. Obſ. XVIII. pag. 299.

§. 442.

Faſcia, niſi aliud quid hoc requirat, ante quartum n reſoluenda non eſt. Hoc vbi fit, in promptu debet faſcia tortilis, vel torcular: Nec remoueri diduci debent linamenta, quae vulneri inhaerent, a non ſponte excidunt. Aliena ſunt ab initio di- entia, et quae nimis molliunt, quare ſuperinfun- da eſt eſſentia balſamica, qua etiam linamenta, ſi e imponuntur, madefacienda ſunt. Lina nun- m praecidenda ſunt, ſed relinquenda, donec ex- ınt. Cadit vero plerumque poſt plures dies prius l, quod ſupra vulnus arteriae erat, et poſt etiam rum. Vbi tandem nullum ex ſanguinis profuſione culum imminere videtur, neceſſe eſt, vt brachium nde moueatur, atque ad vſus ſuos promoueatur, per nimiam quietem contractus articulus fiat. n etiam inflammationis magnus timor ſit, ſuccur- lum eſt abſtinentia, modicis et tempeſtiuis cibis, ae potu, et omnibus, quae aduerſus inflammatio- ı valere iam ſaepius retuli.

§. 443.

§. 443.

Si verum aneuryſma adeo increuit et obca vt ſcalpelli auxilium deſideret, eadem fere chiru neceſſaria eſt. Arteriae enim, quae hic ipſa intur etiam vinciendo proſpiciendum eſt, quare oportet prius et ſupra et infra tumorem lino conſtringere, eam incidere et eximere ex tumore omnem cruo Confert etiam excidere et circumcidere, ſi qua vi ſunt, et, tum in dilatata arteria, tum in adipe et quae alienata vel indurata ſunt. Caetera in cu one ſimilia his eſſe debent, quae in altero genere a ryſmatis praecepi.

§. 444.

Sunt, qui in aneuryſmatis ſpurii curatione vu ratae arteriae obiiciunt glebam ex vitriolo, cum difficile videatur, arteriam a neruo aliiſque part ſeparare et lino vincire. Hoc vero auxilium non tutum eſſe, ex ſupra dictis clarum eſt (413).

§. 445.

Poſt hanc curationem plerumque manet mem debilitas. Confert, illi torpenti infrictionem adhib et illud neruino vnguento perfricare, etiam calid ſpiritu vini inter ſe miſtis fouere, et praeterea illuc poteſt, per ſe, ſin minus, per alium mouere. aſperanda etiam cutis eſt, vel vrticis caeſa, vel adi tis cantharidibus, vel ſinapi et ſimilibus.

§. 446.

Si vero ſanguinem mittenti forte accidit, vt a riam incidat, hoc ex notis ſupra datis (353) cognoſc poteſt, et, ſi vas, quod ſanguinem fundit, digito p mit. Si enim, eo ſupra vulnus compreſſo, ſanguis c quieſcit, lacerata eſt arteria. Nam ſi ex vena ſang fluit, illa infra vulnus premenda eſt (408). Vbi t

n incisa arteria est, non protinus ad sanguinem supmendum festinari oportet. Necesse enim est, muln sanguinem ex ea effundi, quo impetus mitigetur vulnus melius praecludi possit. Nec in hoc casu imescenda aegri imbecillitas est. Hanc tamen obuationem adhibeat chirurgus, vt, si videat, super eriae vulnus cutim in tumorem leuari, quam prim arteriae vulneratae impositis pannis et adhibita em fascia, quam aneurysmati vero idoneam deipsi, prospiciat. Praeuidere enim potest, futurum : aneurysma spurium. Necessarium itaque est, vt alia vena incisa non parum sanguinis detrahatur. i vero vulnus deligandum est, et in omni curatione, obseruanda sunt, quae in aneurysmatis chirurgia :essaria esse proposui.

' De aneurysmatibus legi praeter eos, qui in hoc capite laudati sunt, merentur ANTON DE HAEN in *Ratione medendi in Nosocomio pract.* CAROLVS GVATANI *Liber de Externis Aneurysmatibus, Romae* 1772. ANTON MATANI *De Aneurysmaticis praecordiorum morbis, Florent.* 1756. item *Francof. et Lipsiae* 1766. Inspici etiam potest *Historia Regiae Societatis Medicinae* etc. Seu *Histoire de la Société de Medecine*, A. MDCCLXXVI, à Paris 1779. Nouam, nondum tamen experimentis comprobatam rationem arteriarum vulneribus medendi in eo libro proposuit vir Iuuenis, LE COMTE, chirurgiae cultor ingeniosus. Vulneratas arterias posse forsan cicatricem contrahere sperat, si circumdarentur re aliqua diastolen impediente. In animantibus igitur brutis arteriam sauciam circumdedit penna vtrinque patula et iuxta longitudinem incisa, vt arteriam caperet. Curationis eius effectus fuit quidem huius modi, vt spem faceret, sanationem forsan aliquando ea posse perfici. Verun tamen vehementer vereor, ne omnis labor frustra suscipiatur. Vix enim corpus alienum diu aut perpetuo inter carnes haerere potest, vt nulla prosus fiat irritatio.

---

DOLOR.

# DOLOR.

§. 447.

Vulnerum aliquando ingens dolor eſt, quem, a n
vis oriri, ſi ii valde intenduntur, vel ab acrib
rodentibus, ſiccantibus, pungentibus aliiſque graui
afficiuntur, nemo ignorat. Tela, glandes plumb
maxime compreſſae et aſperae factae, várii gen
ferramenta, aliaque corpori illata, ſi intus haere
cruor, ſi in vulnere concretus remanet, pus, ſi
mora, vel ex corporis malo habitu, acre factum
impoſita medicamenta acria, et ex his etiam n
quod neruoſis locis alienum eſt, vnguenta illita, ſ
rancida fiunt, turundae aliaque linamenta, ſi h
ſuper vulnus non leuiter poſita, ſed fulta ſunt, et
dolorem faciunt, quem etiam adfert omnis inflam
tio, ſi ex hac orae vulneris intumeſcunt, et ob
nerui magis adducuntur atque tenduntur.

§. 448.

Acer vero acutuſque dolor exoritur, ſi aliq
neruus, non praeciſus, ſed inciſus, vel cuſpide p
ctus eſt, qui oriri videtur, quia diſſectae fibrae re
dunt ac criſpantur, reliquae autem, quae integrae ſu
ſic magis intenduntur.

§. 449.

Id autem non in neruis ſolum incidit, ſed eti
in ſedibus ac partibus neruoſis, praecipue in muſ
lorum tendinibus, quibus etiam illae membra
ἀπονευρώσεις dictae, adnumerari debent, quae
muſculis educuntur, vel has aliaſque partes cingu
Ob hanc cauſam minoribus vulneribus, ſi his a
neurofis muſculi bicipitis in brachio, vagina, c
vtrinque muſculus rectus abdominis compehendit
nec non faſcia lata in femore, laeſae ſunt, et ſi fo
tc

li, vel ensis obtusioris, mucro in his desedit, longe hementior dolor maiorque inflammatio subesse let, quam vulneribus maioribus atque hiantibus, si ec istae partes acceperunt.

§. 450.

Vulnera, quae graui dolore vrgentur, magna crimina recipiunt. Dolore enim incenditur febris, que ex aliis caussis, v. g. ex inflammatione, orta in- iditur, eripitur somnus et sequitur tandem neruo- n distentio, nonnunquam etiam vulnus, increscen- inflammatione, gangraenae opportunum fit.

Ob hunc metum vehementioris a dolore nimio inflammationis in grauioribus vulneribus laesionibusque aliis saepe praestat tempestiue et ab initio mediocre praebium medicinae opiatae dare vulnerato.

§. 451.

Dolor itaque, a variis rebus ortus, variis etiam iliis leuatur. Si eum aliena, quae in vulnere hae- t, inferunt, ea eiicienda sunt. Si vulnus linamen- pannisque, vel adstrictiore fascia nimium premitur, esse est, hanc resolui, et ea, quae premunt, tolli. ae inflammatis medentur, supra retuli. Inter ea guinis missio primum est. Non parum etiam con- , si orae vulneris, ex quo, pro eius modo, parum guinis fluxit, conciduntur, et, si iis imponuntur icamenta, quae molliunt atque digerunt.

§. 452.

Si prope vulnera sedes quaedam intumescunt, illae- dolent, confert illis imponere cataplasmata, quae tiem emolliunt. Commodus etiam est vsus olei, l rosam excepit, cui spiritus ardens adiicitur, qua ura dolentes tumidaeque partes perunguntur. : res abdomini valde vtilis est, si illud vulneratum Si acrior sanies vulnus erodit, vel huic imposita

P

sunt

ſunt medicamenta, quae grauiter offendunt, il
ſpongia detergendum eſt ex calida expreſſa. Vbi r
cida vulnus afficiunt, ſpongia ſpiritu vini madens
hibeatur. Aduerſus illum vero dolorem, quem
dentia intulerunt, valent linamenta, quae digerunt
ex horum numero vnguentum album camphorat
Superdari etiam poſſunt cataplaſmata.

§. 453.

Si vero malus corporis habitus eſt, et vitiati
ſucci vulnus corrumpunt et dolorem mouent, q
quid medicamentorum imponitur, parum proficit,
humores purgentur. Oportet vero ſedulo obſerv
quae ſupra (400) praecepi. Cauendum etiam, ne
lentioribus medicamentis, ad purgandos ſuccos d
febris atque inflammatio intendantur, hiſque d
augeatur. Vbi dolor vehementius vrget, danda ſ
ſic dicta, paregorica, emulſiones ex ſemine papau
addito nitro. In aluum immitti poſſunt lotione
lacte cum herbis emollientibus coctae, addito c
Non ſemper tutum eſt medicamentis validioribus
ipſo opio, ſomnum arceſſere.

† Omnis nimium acerbus dolor, cuius cauſſa *tolli*
poteſt, lacryma papaueris mitigandus *eſt ſopiendus*
aliquando audacius. Neque tum ab opio facilis n
alicuius noxae eſt, quia illa neruorum tenſio a dolore
impedit, quo minus neruorum robur ab opio frangatu

§. 454.

At, ſi neruus vel punctus vel inciſus eſt, dol
conquieſcunt, ſi is totus praeciditur. Neruis e
ita laeſis, medicamenta ſunt ea, quae omnem ſer
tollunt. Inter hoc optimum eſt oleum terebinth
quod calidum frequentius infundendum eſt.
alienum eſt balſamum Peruuianum, ſi id alcohol
pitur. Cum his vulneri imponi poſſunt cataplaſ

mollientia et digerentia. Membro vero ipſi adhiberi ebent, fomenta, et ab initio, quae nimium ſanguinis litum ipſamque inflammationem auertunt ac repriunt (76. 77. 78). Si vero haec iam membrum tenet, ia, quae diſcutiunt (79. 80. 81). Nec quidquam orum auxiliorum, quae maxime aduerſus inflammaonem valent, negligi debet (62. ad 70). Eadem iratio eſt tendinibus, ſi illi vulnere laeſi ſunt. Si aga, aponeuroſi illata, non ſatis patet, illaque inmmatur (449), ea protinus amplianda eſt.

# NERVORVM DISTENTIO.

## §. 455.

Nec aliam curationem deſiderat neruorum diſtentio, quae ſaepe vulneribus ſuperuenire ſolet, et plemque vehementiores dolores ſequitur. Vbi vero ı ex magna ſanguinis profuſione oritur, vtplurimum vltima ventum eſt; ſi tamen curationi locus temſque datur, non alia, quam, quae ſupra retuli (418), oficiunt. Si quando autem homo conuellitur, et ium ex cerebro male adfecto proficiſcitur, illud, ſi id patitur, exciſa protinus caluaria, tolli debet. um profunt, imo quandoque valde nocent, medienta, quae aduerſus neruorum diſtentionem a nullis extolluntur.

A dolore nimio, ab inflammatione nimia, vulneribus accidente ſaepe fiunt morbi neruorum, praecipue ſpaſtici. Sed et ſine his, ceu cauſſis, eadem ſymptomata in vulneratis fiunt: Praecipua ſunt, vigiliae pertinaces, ingens imbecillitas, animus deiectus, deliria, dolores colici, vomiturītiones, aluus obſtructa, conſtrictio et anxietas praecordiorum et inquietudo ſumma, difficultas reſpirandi, palpitatio cordis, pulſus exiguus, deglutitio laeſa, frigus extremorum, motus artuum conuulſiui, triſmus ſeu inferioris maxillae inſuperabilis adductio, tetanus, emproſthotonus, opiſthotonus, ſphincteris veſicae vrinariae ſpaſmus et inde orta

retentio vrinae et alia. Fiunt quidem praecipue a vuln ribus vel punctim illatis, vel cum aliqua partium vexatio atque contusione complicatis, a vulneribus sclopetoru iis, quae virus habent, atque in hominibus singulari ne vorum sensilitate et mobilitate conspicuis. Praeterea h mines in calidioribus telluris regionibus, maxineque sim humidioribus et paludosis commorantes, nautae in nauib per maria vectis, magis et saepius ita male afficiuntur; n non illi, quibus vel ante vulnerationem prauitas humori erat, aut qui post vulnus putrida labe quadam afficiunt aut quibus verminosa colluuies est, aut multa acria in nali alimentario. Multum etiam facit aer gelidus, pers ratio suppressa, animi affectus vehementior, abusus cale cientium, aer in conclauibus corruptus, aestus extern mala vulneris curatio, vid. caput A. praecedens. Non ra tamen accidit, vt caussa atque ratio symptomatum graui morum detegi nequeat. Nihilominus tamen, immo vero diligentius omnia perscrutanda sunt, tum vulnus eiusc curatio, tum caussae in rebus non naturalibus reperiund vt tolli possint et remoueri. Id vero commune vide omnibus, quod scilicet semper aliqua caussa neruos qu modocunque titillans seu irritans neruum quemcunc afficiat siue cum specie doloris aut sine eo, immo s sensu quodam insolito, de quo vulneratus conquereret Historia autem symptomatum a verminosa colluuie comm torum satis docet, symptomata spastica a stimulo vermi ab aegrotantibus saepe haud percepto concitari posse. de prognosi dicendum est, fateri debemus, vulnera multo saepius ab illis symptomatis, maximeque a tris et tetanicis affectionibus extingui; quod et priscis te poribus accidisse HIPPOCRATES pluribus locis docet.

Curatio autem vel parti affectae adhibetur, vel vniue corpori. Illa fit diuersa ratione. Vulnus punctim fact ampliari debet; aponeuroses dissecandae sunt ampliter versus plures quidem regiones; quicquid alieni in vuln est, itemque ossium fractorum fragmenta aut exstantia carnes pungentia spicula remoueantur; acria extergean eluanturque; praeterea vnguenta emollientia simulc balsamica danda sunt in vulnus, et id postea cataplasm bus mollientibus et paregoricis ex herba hyoscyami, cicut oleo hyoscyami paratis contegendum; partes praete vicinae oleis vnguentisue inungendae, fotu calido, res vente, molliente, souendae. Vniuersum autem corpus re nata curatur sanguinis missione, expurgatione can alimentarii, si caussa quidem aliqua in eo haerere videt balneis calidis, spinae dorsi inunctione ex oleosis; vesic tibus, emulsione camphorata, moscho, salibus alcali volatilibus, exiguis dosibus emeticorum, opio paulo a

daci

dacius quarta vel ſexta quaque hora dato, cui, ſi qua putridi humorum ſtatus eſt, addi debet cortex chinae. Opus quoque eſt enematibus variis quidem, modo ſtimulantibus, modo antiſpaſmodicis et anodynis; et ſi homo nil deglutire poteſt, quicquid alias ore ſumendum eſt, ſpecie clyſmatum adhibetur. Quodſi vero iſta omnia fruſtra adhiberi videantur, pars vero vulnerata minor fuerit, qua homo facile careat, tanquam digitus manus pediſue, plerumque eius reſectio ſanat, niſi ſola, certe ſubiuncto opio, etiamſi id ante reſectionem datum nihil profuerat. Varia machinamenta illa, propoſita vulgo et excogitata ad maxillam vi deprimendam, vana ſunt. De triſmo autem et tetanicis affectionibus legi meretur HILLARY, medici Brittanni liber De Tempeſtatibus et Morbis in Inſula Barbados lingua brittannica ſcriptus; teutonice etiam verſus et inſcriptus: WILHELM HILLARY *Beobachtungen über die Veränderungen der Luft und die Krankheiten auf der Inſel Barbados* etc., *überſetzt von I. C. G. Ackermann, Leipzig* 1776, prae aliis vero euoluatur IOH. IACOB. PLENK liber ſupra iam laudatus. Collegit enim aliorum obſeruationes, ſuaſque adiecit.

# TENDINIS SVTVRA.

## §. 456.

Tendo, qui praeciſus eſt, ſi orae non nimis inter ſe recedunt, ſed commode in vnum attrahi poſſunt, ...itinatur. Vbi vero tendinis diſſecti orae, mediante ...cia, commode adduci nequeunt, is, ſi nihil prae...ea mali acceſſit, et ille nec colliſus eſt, nec ex eo ...idquam deraſum, vel detritum, ſui debet. Orae ...tem ſatis et ita iungendae ſunt, vt illae inter ſe ex ...o contingant. Nam ſemper aliquid ex iis ſub reli...a curatione abſcedit. Comprehendi ſutura non ...um tendo, ſed etiam cutis, debet, quam alii, qui ...n ſic lino deuincire nolunt, prius incidunt. Con...itur vero vnum filum in duas acus ad hanc ſuturam ...atas. Eae enim, quae incuruae ſunt, et non latae, ...l valde tenuatae, non in latere aciem habent, ſed ...bent acutam, tum partem gibbam, tum excauatam *.

Acus ab interiori tendinis laesi parte in exteriorem immitti debet, et prius sutura comprehendi superic ora, quae a carne dependet. Vtrinque vero aliqui ex tendine sutura includendum est, vt ea valentiu haereat, et ne ora filo rumpatur. Vbi prior acus s traiecta fuit, eodem modo per inferiorem oram alte acus, quae idem linum trahit, ab interiore parte in mittenda est. Linum vero adducitur et eius capi super spleniolum ex panno serico cerato in nodu nectuntur, id quod facilius fieri potest, si et membrui quantum fieri potest, inclinatur, et tendo, praecipu ea parte, quae a carne venit, comprimitur.

* Vid. GARENGEOT *des Instruments* p. 206. Fig. 4.

§. 457.

Alii suturam, mediante vna acu duo fila ducent faciunt. Filorum fines sic in nodum connectunt, ansa fiat. Post acum etiam, et quidem in altera o ab exteriori in interiorem, in altera ab interiori exteriorem, traiiciunt. In illam, quam dixi, ansula panniculum ex panno serico incerato coniiciunt, dei ceps in altera ora lina inter se iuncta diuidunt, et e iam, postquam orae adductae sunt, super similem pa niculum adstringunt.

§. 458.

Raro opus est illo ferramento, de quo alias (37 retuli, cum acus plerumque facile sequantur. Ill vero, dum traiiciuntur, excipi possunt alio ferrame to, quod cannulae incisae figuram habet *. Meli vero acus traiectatae excipiuntur digitis. Si plur tendines secti sunt, crebrior etiam sutura iniicienda e

* Vid. GARENGEOT *des Instr.* p. 223.

§. 459.

Vulneri superdatur balsamum Peruuianum, quo spiritus vini excepit, balsamum de Mecha, essent

su

ccini cum oleo terebinthinae, vel, quod fere opti-
um eſt, inſpergitur terebinthina cocta. Brachio
ro adhibenda ſunt fomenta, quae maxime aduerſus
lammationem poſſunt. Valde neceſſaria eſt quies,
are brachium canaliculo continendum eſt, qui ex
iina ferrea ita accommodari debet, vt, ex ceruice
penſus, partem anteriorem, quae digitis ſubiicitur,
tiorem, aſt mobilem, habeat, quo ii multum exten-
et in poſteriorem partem fere inclinari poſſint.
naliculus enim, in quo foramina ſunt, loris ſuis ad
chium deligatur *. Quamprimum tendinis orae
tinatae ſunt, canaliculi anterior pars reclinatur,
iti pedetentim flectuntur, ſutuſque tendo iterum
lucitur ac elongatur. Si tendo in pede ſutus eſt,
mbrum continetur in ciſtula, quae oſſibus fractis
ommodata eſt, de qua infra dicendum.

Vid. GARENGEOT l. c. T. II. p. 299.

§. 460.

Tendinem etiam Achillis, qui in corpore ex maxi-
s, huic curationi opportunum eſſe, quorundam ob-
uationibus compertum habemus *. Vbi vero hic
do ſine vulnere rumpitur, is, mediante faſcia, at-
hi et ſic glutinari debet **.

Vid. de ſutura, a GVIL. COWPERO adminiſtrata, Tranſact. Angl. No. 252. p. 153. et in LOWTHORPS Compendio T. III. p. 298. Tab. V. fig. 73. Conf. GARENGEOT *des Operat.* T. III. p. 267. Illam iam olim in ſectis cadaueribus obſervauerat VELSINGIVS in Obſ. XV. p. 89.

* Hunc tendinem rumpi poſſe, ſi homo valenter adductos muſculos gaſtrocnemios atque ſolares praecipiti ſaltu repente deprimit, probauerat PETITVS *des Maladies des Os* T. II. Cap. XV. p. 289. et Comment. H. A. R. Sc. MDCCXXII. p. 68. Res in dubium vocata ab Autore, qui contra PETITVM ſcripſit: *Differt. en forme des Lettres au ſujet des Ouvrages de l'Auteur du Livre ſur les Maladies des Os, Lettre V.* p. 261. Hanc obſeruationem defendit PETITVS in libello, cui titulus: *Lettres de Mr. PETIT ecrites a M.-- Auteur de l'Extract de libre intitule: Traite*

 *des*

*des Maladies des Os, insere dans le Iournal du* 8. *Mars* 17-
qui etiam nouo exemplo rem confirmauit in H. A. R.
MDCCXXVIII. p. 332. Aliam obseruationem prodidit
ADAMVS KVLMVS in Differt. de tendine Achillis ru-
et arteriis in osseam substantiam degeneratis, Ged
MDCCXXX.

† Chirurgia illa tendines dissectos suendi, perspicue et a-
pliter a PLATNERO proposita, raro sane vtilis aut necessa
est. Necessaria non est, si quiete et positu partis laesae
idonea deligatione atque aptis fasciis, capita dissecti ten-
nis ad se mutuo adducuntur et retinentur; inutilis v-
est, si aliqua vi opus est, vt capita illa sese continga
Tum enim irritatio, dolor, inflammatio ita vrgent pler-
que, vt suturam factam soluere necesse habeamus.

De ruptura tendinis Achillis atque curatione eius PE-
TVS in libro de ossium morbis perspicue quidem scrip-
postea vero multo commodior medendi ratio proposita
tum a PETITO, tum ab ALEXANDRO MONRO. Et MON-
quidem ipse tendinem istum habuit diruptum vel fractu
et, cum deligandi fasciandique rationem a Chirurgis adm-
nistratam non ferret, sandalii genus quoddam excogita
sibique fieri curauit, quo adhibito sine magna molestia
pita tendinis coaluerunt. Simile sed perfectius sandali
inuenit PETITVS. Monroi morbus et curatio legitur et
*Tentaminibus Edinburgicis*, h. e. *Edinb. Physic. and L*
*Eff. Vol. I. No.* 21. et in ALEX. MONRO *Works*, pag. 6-
et in versione teutonica operum Monroi, h. e. ALEXAN-
MONRO, *des Aeltern, sämtlichen Werken* etc. pag. 3-
Inuentio Petiti memoriae tradita est ab LVDOVICO (*Mo*
*Louis*) in sermone de libro illo PETITI, quem praem-
editioni tertiae eiusdem libri ab se curatae. Librarius tam
sermonem illum atque Elogium Petiti a Ludouico i-
scriptum in gratiam eorum, qui editionem secundam li-
Petitiani, a qua tertia illa non differt, possident, seor-
vendit. Emisse neminem poenitebit.

§. 461.

Si tendo scalpelli acie punctus fuit, id quod sa-
guinem ex incisa vena mittentibus frequenter accid-
protinus imponi debent medicamenta, quae ner-
ita laesis idonea esse dixi (454). Quo vero auertat
sanguinis aditus a manu ad humerum, iniicienda
fascia, cochleae in modum sursum versum serpe-
Vbi vero nihilominus inflammatio vulneri superue-
le

ıe digerens in vulnufculum coniiciendum eft et
ɔer dandum cataplafma ex emollientibus addito
ɔco. Membro vero adhibenda funt fomenta, quae
lammatis medentur, et fedulo omnia obferuanda,
ae de huius temporibus fupra retuli.

# VVLNERA SCLOPETORVM.

## §. 462.

ropria etiam quaedam in vulneribus vifenda funt, quae per glandes plumbeas et alia inferuntur, quae fic dictis bombardis ac tormentis, mediante pyrio luere, iaciuntur. Haec vulnera enim grauiffima ıt et valde collifa. Nam oram habent, in qua car- atque aliae partes, quas glans illa penetrauit, pe- us conquaffatae et emortuae funt.

Per glandes plumbeas aliaque, quae ex fic dictis tormentis mittuntur, non femper vulnera fiunt, fed fubinde colliduntur et quaffantur fine his variae fedes ipfaque offa. De his vide, vbi de vexatis et fractis dicetur.

## §. 463.

Colliduntur haec vulnera perniciffimo glandium rumque rerum ex tormentis miffarum motu, non o glandibus, fi traiiciuntur, aduruntur. Olim ım opinionem habuerunt glandes accenfo puluere io calidas fieri et igneas.

Vid. PARAEVS L. X. p. 330.

PLATNERVS nihil dixit de noxa illa, quam non pauci chirurgorum attribuunt aeri a glandibus maioribus perniciffimo motu prouolutis compreffo atque partes humani corporis male afficienti, etiamfi glandes ipfae partes eas non attingant; *Luft-Streif-Schüffe* vocant Germanorum chirurgi. Omifit autem PLATNERVS haud dubie propterea, quoniam opinioni huic nihil tribuit. Nam non nudius tertius demum de ea ratione innotuit. De re dubia prolixe agere non decet fcriptorem libri generis compendiarii. Ajentium partibus fe addixit IOS. IACOB. PLENK in libro faepius iam

 lauda-

laudato. Effectum, autem non tam a compresso quam scintilla vel flumine electrico deriuandum esse p

§. 464.

Quia vero tanta vi tantaque pernicitate glar feruntur, valentius commouentur omnes partes, bus illae illiduntur. Hoc si locis neruosis inc grauissima symptomata, stupor, torpor, mox acut mus dolor, syncope, neruorum distentio, inflamma gangraena, sequuntur. Nec parum confert ar perturbatio et terror, quo ictus homo plerumque j culsus est.

§. 465.

Ex his vulneribus, nisi maior, vel arteria, vel v fuerit dilacerata, nullus, vel paucus, sanguis exit. enim crusta, quae ex collisis emortuisque carni enascitur, vasorum ora praecludit.

§. 466.

Vbi glans plumbea corpus, vel membrum, pe pit, vulnus ea parte, qua glans venit, paulo depres est, magis collisum, et cum maiori ecchymosi, ast nus. Nam in parte aduersa, in quam glans teten vulnus magis diductum est.

§. 467.

Quaedam tamen discrimina recipiunt vulnera ea re, qua illa fuere illata. Non parum enim con figura. Glans plumbea, quae rotunda est, si qu partem perrumpit, minus laedit, quam glans in vel aliud ferramentum angulosum, scabrum et asper quo omnia lacerantur atque dilaniantur. Parum fert, ex quo metallo sint glandes, nisi in corpore re quantur. Tunc enim minus offendit glans pluml quam aenea, vel quae ex argento, quod mult aeris habet, conflata est.

§. 4-

§. 468.

Non vero ſolae glandes perrumpunt, ſed cum his
ie intus feruntur alia quaedam, ex veſtibus laci-
;, nummi, aliaque, quae illae ſecum arripiunt. Haec
ıe in vulnera demerſa intus valentius inſident,
e retenta magnam inflammationem aliaque ſym-
mata mouent.

§. 469.

Haec vulnera ſolent eſſe cum magno tumore et
ta ἐκχυμώσει. Sanguis enim ex ruptis vaſis effer-
quem vero ex vulnere exire illa cruſta prohibet.
naiori vero ecchymoſi maior gangraenae timor eſt.
utem ſupra vulnus repente maior tumor fit, longe
or metus eſſe poteſt, quia is plerumque neruum
nerueam partem grauiter laeſam eſſe ſignificat.
ıfra vulnus membrum intumeſcit, venas obſtructas
intelligitur.

§. 470.

Si partes neruoſae percuſſae ſunt, aeger vero non
.cuto dolore, ſed de ſenſu obſcuro ac torpore con-
ritur, membrum etiam gangraena periclitatur.

§. 471.

Non rarum eſt, in horum vulnerum curatione,
aliquot dies, et vbi ſanguis iam dudum conquie-
videtur, periculoſiſſimam et funeſtam profuſio-
ı oriri (405). Cruſta enim, quae laceratorum va-
ım ora praecludit, vel aucta febre, vel corporis et
nbri motu, vel ipſa etiam ſuppuratione, quando-
reſoluitur. Si igitur ſauciatae arteriae nondum
inatae ſunt, ſanguis cum periculo ruit, qui etiam
cilius, quam in aliis vulneribus, prohiberi poteſt.

§. 472.

Si in aegro, et praecipue in vulnerato membro,
ter ſolitum attolluntur mouenturque arteriae,
metu-

metuenda eſt, vel noua ſanguinis profuſio, vel gra
inflammatio.

§. 473.

Si noua et ingens inflammatio poſt quartum d
ex improuiſo, et non apparente cauſa, maiori imp
erumpit, vel aliquid in vulnere relictum eſt (4
vel laeſa eſt pars neruoſa, muſculi tendo, aut apor
roſis, quae res non ſine periculo eſſe ſolet.

§. 474.

Propter neruoſarum partium numerum gang
naeque metum membrum raro ſeruari poteſt, ſi g
plumbea articulum perrupit, vel ſedem, quae ab a
culo propior eſt.

§. 475.

Quibus glans penitius et ad interiora viſcera
netrauit, ita, vt haec percuſſa ſint, eos in praeci
eſſe, et raro ſaneſcere, compertum eſt.

§. 476.

Vbi vero aliquis ictus fuit, qui ſeruari poteſt,
tinus profpiciendum eſt, vt glandes et alia, quae,
neri illata, intus haerent (468), eiiciantur. Ob
vero expedit, vulnus latius aperiri, vt glebae, et
tera, quae ei inſidunt, commode, qua venerunt,
cidere, vel a chirurgo abſque negotio reuelli poſſ
Aliquando vero commodius eſt, id, quod ſuper
aperire, eaque, quae inhaerent, eximere. Obſer
da ſunt omnia, quae ſupra (372. 373) praecepi. F
cipes et alia ferramenta, quae excutiendis extra
diſque plumbeis glandibus adhibentur, cum et
vulnera, ſi anguſtiora ſunt, vel laniari, vel minin
non parum offendi ſoleant, ſaepe parum vtilia ſi
niſi illa prius inciſa ampliataque fuerint. Praeſtat
tur, ſi aliud quid hoc non impedit, vulnus ampli

vulnus vulneri adiicere, quo locus laxetur, et ea,
e inhaerent, detegantur, atque facilius digito, vel
; ferramentis, excutiantur.

§. 477.

Non vero ob id ſolum amplianda plaga eſt, ſed
m propter inflammationis metum. Si enim in his
ıeribus ſanguinis parum fluxit, quia illa cruſta ar-
arum venarumque ora praecludit, neceſſarium eſt,
'ulnus et latius aperiatur incidaturque, et vt eius
. ora concidatur, quo ſanguis melius exire poſſit.
nus etiam noua ſectione ampliatum longe facilius
ſcit. Iſta autem habenda cura eſt, ne neruus, ne
ı maior, ne arteria laedatur. Nec tendo, niſi id
e neceſſarium, praecidi debet. Muſculus vero
d timide incidendus eſt. Atque aponeuroſis ma-
m et tranſuerſam, vel obliquam, plagam deſiderat.

Muſculi non tam incidendi, quam ſectione tranſuerſa diui-
dendi, qua ſectione prohibetur, ne pus vicinas partes per-
rumpens ſinus longe lateque faciat. Statim atque fieri
poteſt, vulnus amplius reddendum eſt, et vulneri huic nulla
medicamenta generis ſpirituoſi proxime imponenda, verum
digerentia, vt cruſta cito ſoluatur; vulnere ita habito, vici-
nae ei partes fomento pro conditione laeſionis vario foueri
debent, modo roborante, modo molliente et diſcutiente.

§. 478.

Non raro, vulnera tranſuerſa ſub cute feruntur.
editiſſimum eſt, in haec ſpecillum demitti, ſupra-
eam incidi. Si vero vulnus tranſuerſum longum
non prorſus penetrauit, ſed intra carnes deſiit,
nihilominus ſpecillo ferroque perſequendum eſt.
ero hoc ſatis tutum haud videtur, quia vulnus al-
deſcendit, commodiſſimum eſt ſpecillum demitti,
ılnus contra huius caput altera parte incidi. Sic
ı aliena melius excutiuntur. Nam, quamuis glans
otum membrum perruperit, nihilominus his vul-
ous ſaepe inhaerent laciniae, aliaque (468), quae

peri

periculosissimam inflammationem mouere pos
Melius etiam in vulnus medicamenta demitti pos
In id vero, quod transuersum est, coniici potest li
quod medicamento illinitur vulneri idoneo, et
quotidie ducitur sic, vt vulnus subeat pars, qua
perior fuit. Hoc linum non prius adducendum
quam soluta inflammatione. Finis vero esse p
vbi vulnus purgatum est, et glutinari sine metu p
in quo casu plurimum confert, si media vulneris
paulo magis premitur.

† Si linum in vulnera transuersa illa dandum esse iu
molle admodum id esse debere, neque implere p
canalem illum, sed quam laxissime sedere facile q
videt. Nam quod durius est, quod prorsus farcit,
facit, quod corpus alienum quodque, h. e. irritat, do
creat et inflammationem.

§. 479.

Interdum tamen vulnus latius aperiri non p
quia iam maiores arteriae vulneratae sunt et sa
nem fundunt. Eius enim profluuio crusta vinc
id quod periculosissimum est, quia haec vulnera
sum non ferunt, quo sanguinem optime proh
supra retuli (406). Si is itaque periculosius
idque res permittit, arteriae vinciendae sunt.
vero, quia crusta occuluntur, saepe noua sect
prius detegendae sunt, quo melius apprehendi po
Si vulnera in extremis partibus sunt, haec tutius
guntur, si protinus fascia tortilis, vel torcular, m
bro iniicitur. Si alia parte in corpore vulnus es
in hac arteria, sanguinem fundit, illa sic, vt in e
mis, fascia tortili premi nequit, quare experien
aliud vincturae genus est. Acus incurua maior li
satis valens ducens sub arteria traiicitur, et lini c
super hanc et ipsam cutim inter se adstringuntur.
tamdiu superior deuincitur arteria, donec illi in
vulnere, vel vinciendo, vel alia ratione, prospice

nguinem supprimere potuit chirurgus (conf. 251). vero arteria apprehendi et deligari haud potest, ex- rienda sunt medicamenta, et quidem ea, quae ad pprimendum sanguinem vehementissima sunt (409. 414). In desperatis enim casibus etiam ad ea prae- ia decurrendum, quae quamuis tuta non sint, tamen quando proficiunt, cum obscura et tenuis spes nper praeferenda sit certae desperationi. Si ex vul- re alto et tenui sanguis cum periculo fluit, longe timum est, illud latius aperire, et post arteriae ad- ouere linamenta ex alcohol, vel alio liquore vehe- ntiori ad sanguinem supprimendum expressa, eaque nisso in vulnus digito tamdiu apprimere, donec guis conquieuit.

§. 480.

Ad reliquam vero curationem quod attinet, me- nti scire necessarium est, haec vulnera grauiter colli- esse, et ideo glutinari non posse, nisi fuerint pur- a, id quod medicamentis pus mouentibus fieri nstat (343). Cum vero in his vulneribus id, quod ere est, procedat serpatque, digerentibus adiicienda t alia, quibus purulenta curantur. Primo die im- nenda sunt linamenta pura, quae vero molliter et fascia comprehendenda sunt, vt vulnus minime tringatur, vel prematur. Inprimis haec optime nferunt, vbi vulnus latius apertum, et eius orae ad um vsque concisae (476. 477) fuerunt. In hoc n casu alienus est spiritus vini, quo plures vtuntur. vero, vel propter sanguinis effluentis, vel aliud iculum, crusta concisa non fuit, sed integra relicta, nultum est, quod putrescere potest, vtendum mox nitio medicamentis, quae putre euincunt. Valen- mi generis sunt alcohol et alii sic dicti spiritus, n vero hi nimium siccant, crustam duram reddunt ppurationem cohibent, his praeferri debent le-

viora

viora. Inter haec fere primo loco eſt aqua, ſic di
vulneraria, quam vero minus valentem, vel ſpirit
ſam, eſſe oportet. Alcohol etiam, ſi illa deficit, p
eſt cum aqua miſceri et ſuperdari. Vbi autem vul
multam carnem corruptam habet, et metus eſt,
id putreſcendo intendatur, valentiora reprimenti
liquores ſpirituoſos requirit.

§. 481.

Etiam, vbi ſanguinis profuſio timetur, illa, q
humectant et molliunt, et quibus cruſta reſolui po
aliena ſunt. Itaque et in hoc caſu imponi deben
namenta, vel ex alcohol expreſſa, vel terebintl
cocta conſperſa.

§. 482.

Vulnus, cui nihil aliud, nec ſanguinis profu
nec maior inflammatio, nec dolor, nec febris, acc
impoſitis linamentis puris ſic per biduum haberi
eſt, et poſt demum reſolui, atque pus, quod mo
coepit, extergi. Illinenda hoc tempore impone
que, atque in altiora vulnera demittenda ſunt m
camenta, quae concoquunt et pus mouent (38-
394). Si vero orae putreſcere videntur, et vit
ſerpere, his adiicienda ſunt valentiora, quae adue
gangraenam vtilia eſſe ſupra retuli (192 ad 197),
non alia, quibus cruſta putris reſoluitur (198 ad 2
His, ſi vulnus purgatum eſt, illud debet impleri
tandem glutinari, quae res non aliam curatio
poſtulat, quam, qualem aliis vulneribus adhiben
eſſe propoſui. Haec vulnera alia eſſe in carn
neruoſis, aliiſque ſedibus, in corpore raro, vel
ſtricto, hieme et vere, in loco ſalubri, vel g
compertum eſt, quibus omnibus accommodand
curatio.

§. 4

§. 483.

Saepe accidit, vt a retenta mala materia, et, ſi
ıec ſibi in tunica celluloſa, quae ſub cute et inter
uſculos eſt, viam fecit, noua oriatur inflammatio.
hoc caſu expeditiſſimum eſt, in hunc ſinum demit-
re ſpecillum et ſuper id cutim incidere, vel, ſi is lon-
or eſt, altera parte ad ſpecilli caput cutim incidere.
c enim auertitur inflammatio, et vulnus citius
ıeſcit. Vbi longior ſinus altera parte inciſus eſt, is
aiecto lino purgari poteſt, et glutinari impoſitis
nnis et paulo adſtrictiori faſcia (478).

§. 484.

Si glandis plumbeae ictu os aliquod totum perfra-
ım eſt, raro membrum ſeruari poteſt, cum plurima
gmenta, eaque ſaepe acuta, ex fracto oſſe recedant,
ibus, velut aculeis, perioſtium carneſque ita vexan-
, vt magna moueatur inflammatio. Et, ſi etiam
ec ſolui potuiſſet, aeger nihilominus ex magna,
ae inflammationem ſequi ſolet, ſuppuratione peri-
aretur (87). Itaque, ſi vehemens vulnus et os
ta ipſum articulum ictum eſt, oſſiſque colliſi
gmenta plura ſunt, eaque multum inter ſe receſſe-
ıt, membrum praecidi fere neceſſe eſt. Hoc enim
tinus fieri debet, antequam inflammatio, et ex hac
ris incitatur. Non vero illud os, quod ictum eſt,
ecidi debet, ſed alterum os, quod ſupra articulum,
anum eſt. Nam timor eſſe poteſt, ne tendinibus
ligamentis ſub articulo grauiter percuſſis magna
eruieniat inflammatio, ex qua plura maioraque peri-
a enaſcuntur. Nonnunquam etiam os ad articu-
ı vſque finditur, et vel ob id ſeruari nequit. Huius
notae ſunt, ſi perioſtium alia parte, quam, qua
ım os ictum fuit, inflammatur. Pauca vero frag-
ıta, ſi ab oſſe receſſerunt et eminent, in ſuas ſedes

reponenda ſunt. Si vero paruula fragmenta reco nequeunt, illaque nudata ſunt, neceſſe eſt ea, ſi membranis dependent, abſcindere. Nam, quia illa perioſtio haerent, ea abrumpere et vi diducere, p culoſum foret. Quae abſcindi nequeunt, emori tur, et reſolutis per medicamenta membranis per excidunt. Vbi maiora fragmenta eminent, quae condi nequeunt, illa ſerrula, vel forcipe, praecidi bent. Si vero membrum ictum oſque fractum integra manente cute, curatio eadem eſt, quae, os alia ratione fractum fuit. Si enim fragmenta cute eminent, quae carnes vulnerant, id quod ex lore et punctionibus cognoſcitur, illa iterum in ſu ſedem dari oportet. Nam, ſi hoc fieri poteſt, nece rium non eſt carnes contra incidi, ſaepe vero nec eſt, vt concidatur vexata colliſaque cutis, quo q ſcens corruptuſque ſanguis exire poſſit, ne extrinſe moueatur inflammatio. Perioſtium, ſi alienatum, inflammatum eſt, protinus etiam concidendum eſt: inflammatio pus alat. Caetera, quae agenda ſunt, ponam, vbi de oſſium morbis dicetur.

Vid. LE DRAN *Traité des playes d'armes à feu.*

## ARTICVLORVM VVLNERA.

§. 485.

Vulnera etiam mala eſſe, ſi mucro enſis, vel teli, vſque ad articulum deſedit, vel, ſi hunc g plumbea perrupit, iam alias retuli (357. 474). I culum enim faciunt, et magnus tendinum nume ligamenta, glandulae mucum in articulum ſecerne et ipſe humor, qui, tum ex his glandulis, tum e gamentis, in articulum defluit. Crebrius etiam et horum apophyſes atque epiphyſes franguntur. graue atque colliſum vulnus eſt, magniſque peri

expositum, membrum, antequam id per inflammationem intumuit, praecidi necesse est (474. 484). Difficillimam etiam curationem habent vulnera, quamuis minora, si penitus in articulum penetrauerunt, cum haec vulnera ampliari haud commode possint. Fere tolerabiliora sunt maiora, latiora, et ex quibus etiam notabilis ligamentorum pars abscissa, vel telo atque glande lacerata fuit *. Tutissimum omnium vulnus, quod in summa parte est, et per illud ligamentum, quo articulus continetur, *capsulare* vocant, non penetrauit.

* LE DRAN *des playes d'armes à feu p.* 199.

§. 486.

Ex his vero vulneribus, praeterquam quod in iis maiores dolores inflammationesque maturius excitantur, humor effertur crassior, glutinosior et subalbidus, mellique albo subsimilis, μελίκηρα, vel synouia, dictus (357). Is vero humor vulnera sanari prohibet et difficilius supprimitur. Tandem, dum ille sic diu fertur, vetustas vlcus occupat, cui, si callus inducitur, ad fistulam transitus esse consueuit. Si etiam vulnus sanari potuit, manet plerumque articulus cicatrice contractus, ita, vt membrum extendi atque contrahi haud possit.

§. 487.

Si igitur, articulo percusso, spes est, membrum seruari posse, plaga, quantum res permittit, incidenda est, et, si ecchymosis est, vulneris orae concidendae sunt, quo humori exitus detur (477). Membro adhibenda sunt fomenta, quae aduersus inflammationem maxime possunt. Vulneri vero imponenda essentia balsamica, ita, vt haec plurimum succini habeat, (387), essentia gummi elemi, mastichis. His vulneribus inimica sunt digerentia, quibus omnia, quae

intus in ligamento ſunt, laxantur, ita, vt ille hum (486) copioſior efferatur. Nocent fomenta humid vel nimis mollientia, ſi extrinſecus articulo ſuperda tur. Aliena quoque ſunt acria. Oportet autem praecipue in his articulorum curationibus, vitare aera et frigus, quibus vel maxime eorum vulnera i feſtari ſolent. Nec medicamenta, quae vel vulne imponuntur, nec ea, quae ſuper id deligantur, al eſſe, conuenit, quam calida.

† Vulnera articulorum, vt aliarum partium, ſunt vel cum i ſigni vexatione et contuſione vel ſine his illata. Illa fe ea ratione, quam Auctor noſter praecepit, curantur. I his autem, vel caeſim, vel punctim ita factis, vt ligament capſulare diſſectum ſit, vel perpunctum, ſcire licet, poſſe plerumque haud difficulter ſanari, dummodo mature et c adhibeatur curatio ea, qua et aeris ingreſſus in cauum ticuli cohibetur, et futura inflaammatio auertitur. Aer a cauo articuli arcemus vulnus emplaſtris contrahen linteis carptis aliiſque contegendo. Inflammatio ve nondum effecta ſed futura auertitur reprimentibus admo et articulo et vicinis partibus. Quo facit aſſidua applica frigidae aquae, ſtatim, atque lintea calore corporis cale renouanda. Vulnus vero ſero demum retegatur.

## VVLNERA, QVAE VIRVS HABENT.

### §. 488.

Vehementiſſima vulnera ſunt, per quae virus quo dam, quod iis inhaeret, corporibus inſeritur, celerius per haec diffunditur. Aliquando enim h minem telum venenatum percuſſit, aliquando eu vipera, ſerpens, vel rabidum animal, momordit, a quando is a ſcorpione ictus eſt, quae omnia vel ma me terrere poſſunt, et non nimium diſtantem cur tionem deſiderant. Accidere etiam poteſt, vt vulne in quo nihil virulenti eſt, quaedam imponantur, qu naturam veneni habent.

§. 48

§. 489.

Solet autem fere frequentius euenire, vt homi-em vipera percutiat. Hoc animalis genus virus, uod in peculiari glandula secretum in aliquo recepta-ulo reconditum haeret, per dentes excauatos in os tempore exprimit, quo animal iisdem dentibus iquid corripit.

* Rerum naturalium inuestigatores probant, hunc succum, qui plurimis aliis animalibus exitialis est, his necessarium esse. Viperas enim docent, aliis animalibus, iisque pro modo eorum maioribus, ali ac sustineri, haec morsu correpta celerius veneno debilitari et extingui, quae alias vel luctando vel fugiendo se eripere possent. Quia etiam viperae serpentesque ea, quae deglutiunt, non prius mandunt et extenuant, hunc cibum veneno imbutum celerius in illorum visceribus emolliri atque solui, vt melius per vniuersum corpus diuidi possit. Vid. MEAD de venenis p. 6. Succum illum innocentem esse, existimauit CHARRAS, in nouis de vipera experimentis, qui venenum in efferatis spiritibus huius animalis quaerendum esse censuit, sed hanc sententiam nouis experimentis confutauit FRANCISCVS REDI *in Osservazione, & in Lettera sopra alcune Opposizioni fatte alle sue osservazioni intorno alle vipere.* Conf. ANTONII VALLISNERI *Osservazioni varii* No. 42. in Opp. T. III. p. 229.

§. 490.

Scorpio in extrema cauda aculeum habet intus uum vtrinque e latere perforatum, ex quo etiam nenatus succus in vulnera isto aculeo impressa stillat.

' Vide varia experimenta cum scorpionibus facta et hunc aculeum delineatum in H. A. R. Sc. MDCCXXXI. p. 318.

§. 491.

Raro apud nos chirurgi operam desiderant vulne- per alia animalia, terribiles angues etiam, insecta, pori ictu morsuque illata, Nam ea nostrae terrae peregrina sunt, quae aestuosis locis gignuntur, vel tam vim nocendi non habent. Rarior etiam, nisi er barbaros, telorum venenatorum vsus esse solet.

§. 492.

Hominem autem, qui vulnus, quod virus habe accepit, praecipue, quem vipera percuſſit, mox pall decolorat, color vero, qui ab initio pallidus eſt, m in luteum, et eum mutatur, quem habent, qui mor regio aegri ſunt. Arteriae protinus langueſcunt earum pulſus fiunt debiles, inaequales, ſaepe int mittentes. Homo inhorret, partes membrorum e tremae inalgeſcunt, totumque corpus ſudore frigi manat. Crebrius linquente animo, tandem ſup venire ſolet neruorum diſtentio. Cum his omnib etiam aluus, quae vehementius fluit, et crebrior v mitus aegrum fatigant. Alii, ardentibus ſiti faucib horrore intremiſcunt, inexpugnabili dormiendi n ceſſitate vrgentur, tandemque conuulſi, repente gulantur.

Vid. CHARRAS l. c. p. 155. *Deſcription des Isles d'Americ* par le P. LABAT T. I. Cap. VII. p. 161. confer *the Ph ſophical Transactions* Vol. XXXIX. No. 433. p. 513.

§. 493.

Quo magis vero ira et rabie percitum fuit anim quod ictu laeſit, eo vehementius vulnus eſſe conſi vit. In propinquum etiam et extremum fere diſc men adducitur homo, cui neruus, vel tendo, p cuſſus eſt. Minus vero laedit animal, quod iam quoties momordit, et maiorem illius ſucci part expreſſit.

§. 494.

Illud vero ignorari non oportet, omnia vene non ſemper, nec omnibus hominibus, nocere. A quando enim ſine noxa et viperae ſerpenteſque m morderunt. Raro virulentus eſt ſcorpionis ictus, n rabidi animalis morſum ſemper hydrophobia ſequit Haec enim res plures decepiſſe videtur, qui varii g ne

ris vanisque medicamentis et aliis auxiliis, quibus his casibus vsi sunt, multum tribuerunt, et plures, i ex inani persuasione eandem curandi rationem in- essi sunt, deceperunt. Saepe enim sibi aliisque rsuaserunt, se medicamentis adiutos fuisse, qui et- n sine his incorrupta sanitate fuissent.

ᶠ Vid. H. A. R. Sc. c. I.

§. 495.

Festinantius agere oportet chirurgum, qui his itulari debet. Vbi igitur quis ictus morsusque fuit, pedit, protinus et sine mora digitum, vel aliud embrum, supra vulnus, lino adstrictiori deligari, n tamen nimium, ne torpeat, vel gangraena peri- tetur: Post vero vulnus crebrioribus et altioribus agis concidi, quo plurimum cruoris effluat, et virus st haec extrahi.

§. 496.

Ad id vero homo adhiberi potest, qui vulnus ex- gat, quod sine summo discrimine fieri nequit. Nam em oportet os sanum, nullumque in gingiuis, pala- ue, aliaue parte oris, vlcus habere. Virus enim n gustu, sed in vulnere nocet *. Vbi nemo hanc daciam habet, vt vulnus exsugat, cucurbitula ad- oueri, et mediante hac, venenum cum sanguine ex ncifo vulnere extrahi potest. Si vero locus cucur- ulae opportunus haud est, expedit, vulnus, demisso illud candente ferramento, vehementius adurere, et st crustam, impositis medicamentis, quae digerunt, oluere, diu etiam vlceri superdare, quae pus mo- nt, illudque iterum adurere, vel scalpello exasperare. m plagam diutius patere necesse est.

* Inter veteres Psylli, Lybiae, et Marsi, Italiae populi, homi- nibus serpente ictis vulnus exsugendo mederi soliti sunt, qui, sibi hoc gentilitium esse, aliis persuaserunt. Sed de his recte iudicat CELSVS L. V. cap. 27. eos non praecipuam

ſcientiam habuiſſe, ſed audaciam vſu ipſo confirmata Vide de his PLINIVM L. VII. C. 2. p. 371. A. GELLI L. XVI. C. XI. In Helleſponto circa Parium fueru ὀφιογενεῖς, de quibus opinio erat, eos ſerpentium ictus cc tactu leuare, et manu impoſita venena extrahere poi Vide STRABONEM L. XIII. p. 880. PLINIVM. l. c.

§. 497.

Vbi vero vulnus non aduſtum, ſed conciſum fu illud eluendum eſt aqua, quae ſalem, nitrum et ther cam excepit, poſt vero imponenda ſunt medicamen quae molliunt et pus mouent (91. 92), malamq materiam euocant. Ad hoc idonea ſunt cataplaſma ex farina cum lacte cocta, additis caricis pinguib fermentoque panis. Vulnus non, niſi poſt longa ſuppurationem, glutinari debet, membro autem i terea adhiberi fomenta, quae aduerſus inflammati nem valentiora ſunt.

§. 498.

Medicamenta autem dari debent cardiaca et ale pharmaca, quorum ſalubris effectus eſt, ſi ſudore per omne corpus diffundunt. Quare neceſſe eſt, aeger, ſtragulis bene opertus, ſe contineat, et, v ſudor omnis finitus eſt, vt linteo tepefacto omnia ſ membra detergat. Vulneri, quod vipera fecit, pra cipuum medicamentum eſſe dicitur ſal viperae, cui drachma ex iuſculo calido ſumitur. Theriaca, ant dotum Mithridatis, aliaque, quae corpus aduerſ venenorum pericula tutum reddere vulgo creduntu ſaepe fallere ſolent, nec aliis, quae vulgo laudantu antidotis fides habenda eſt, quibus, cum a circulator bus extollantur, vulgus ſuam credulitatem addice haud veretur.

§. 499.

Haud ita pridem tamen aduerſus viperarum mor ſus antidotum inuentum eſſe dicitur, cuius virtut

cui

um ea claris experimentis cognita probataque videa-ur, vix omnis fides deroganda eſt. Homo enim, qui bi ipſi viperam ad digitum admouit, huius morſu ita ulneratus fuit, vt de vulnere ſanguis ſtillauerit. Ictus omo acerbum acutumque in brachio dolorem ſenſit, t mox omnia ea paſſus eſt, quae vipera morſis acci-ere ſolent. Oculorum fuit frequens motus et dela-rymatio, in pectore atque praecordiis dolor et anxie-is, ſpirandi difficultas, animi defectio, ſudor frigidus. reui poſt abdomen intumuit, in eo tormina et in umbis vehementior dolor, ac cum his crebrior vomi-is atque deiectio, fuerunt. Inter haec oculi caliga-erunt et conuulſi ſunt ita, vt aegro omnia, quae eius onſpectui expoſita erant, duplicata viderentur. Tan-em poſt vnius et quadrantis horae ſpatium totum rachium oleo oliuarum ſuper ignitabulum perunctum t bene manibus pertractatum fuit, ex quo et dolor, t reliqua, de quibus conqueſtus eſt aeger, ſe remiſe-unt, qui, ſomno oppreſſus, ad alterum diem arcte et rauiter dormiuit atque conualuit *. Nouo etiam xperimento, Dreſdae facto, huius antidoti ſalubritas omprobata fuit **.

* Haec experimenta coram ſociis Regiae Britannicae ſocie-tatis Anno MDCCXXXIV. d. 1. Iulii facta ſunt. Vid. *the Philoſophical Tranſactions* Vol. XXXIX. l. ſ. c.

** Vid. Cel. ABR. VATERI Diff. de Antidoto nouo aduerſus viperarum morſum praeſentiſſimo in Anglia haud ita pri-dem detecto, W. MDCCXXXVI.

§. 500.

Ex morſu animalis rabioſi ſequitur aquae timor, ὑδροφοβίαν Graeci appellant. In hoc ſimul homo et ti et aquae metu cruciatur, qui ipſe in rabiem effera-is tandem graui et miſera morte extinguitur. Virus oc, ſi corpori infuſum eſt, non ſtatim tetros hos ruciatus ciet; ſed ſaepe per longum ſatis tempus ei

ſine noxa inſidet et quaſi compreſſum eſt. Tande improuiſo dirum illud valetudinis genus aduenit atq ita increſcit, vt aegrum intra paucos dies rapiat. Ne ſolo vero morſu nocent animalia rabida, ſed, cu ſanguis et omnis eorum humor, praecipue autem ſ liua, hoc veneno infecta ſit, homo etiam ſaniſſim in hunc morbum praecipitatur, ſi eius humoribus, pra cipue ſaliuae et ſanguini, vel minima pars corrup ſucci admiſcetur.

Canem ex deuorato ſanguine hominis hydrophobia laboran rabioſum factum eſſe, teſtatur LEMERY in H. A. R. S Anno MDCCVII. p. 31.

† Hydrophobiam facit non ſolum morſus rabidi animal ſed et vehementiſſima ira perciti. Fit vero etiam ſi morſu. Oſcula cani rabido impacta, parum ſaliuae adha rentis filo e lino, concubitus cum marito hydropho affecto eam aliquando peperit. Legatur H. BOERHAAVI eiuſque commentator SWIETENIVS. Hydrophobia dicit quoque orta ſponte in morbis acutis abſque vlla ſuſpicio praegreſſae infectionis. Sed haec iam ad nos haud per nent. Virus, quod morſus intulit, haerere in ſaliua an malis multis videtur quidem; verum ſi ſaliuam a ſangui ſecerni cogites, fontem purum eſſe non poſſe cogitab cuius riuulus impurus eſt. Virus autem morſu commun catum cum corpore, modo ocyus modo ſerius a loco in fecto in reliquum corpus tranſit. Vulnus illatum inte dum cito et ſic ſatis feliciter curari videtur, verum infi admodum curatione et infauſtiſſima. Cicatrix eminenti eſt; homo nullum dolorem quidem in eo loco percip alienum tamen quendam ſenſum in eo eſſe fatetur. Atq ita ſe habere locus poteſt affectus per hebdomades aliqu Quodſi vero virus hactenus quieſcens in actum deducit locus admorſus ſeu vbi cicatrix ea eſt, pruritu afficit quo facto haud procul abeſt aquae timor. Praegredit eum tamen plerumque amor ſolitudinis, anxietas et inqui tudo, triſtitia, ſomnus valde interruptus, inſomniis terre tibus turbatus: Quod dici poteſt ſecundum tempus ſ ſtadium morbi; illud vbi ſymptomata haec nondum an maduertuntur, primum dicendum. At ſecundum mo tardius modo vel ocyus excipitur tertio, in quo deglutit liquidorum difficilis valde, breui poſt impoſſibilis cu tanto horrore aduerſus omne fluidum, vt neque aſpectu neque ſonum effuſorum et cadentium liquidorum hor ferat. Plerumque tamen ſicca per fauces detrudere il

pote-

poteſt. Quidam delirio et furore afficiuntur, alii mentis compotes ſunt. Nonnulli febricitant. Plerique moriuntur conuulſi.

§. 501.

Ex variis vero occaſionibus rabies animantibus nire poteſt. Si ea, et praecipue canes catenis vincti, grantiſſimo aeſtu et apricatione torrentur. Si his tui dantur aquae graues et putres, ſordibus ac veribus ſcatentes. Si, denegato potu, diutius atque dentius ſitiunt. Si aluntur putribus carnibus oſſiſque, lardo rancido. Si ex his et aliis cauſis veres in renibus aliiſque viſceribus naſcuntur.

† Cum ex morſu animalis rabidi, homo in ſummum diſcrimen adducatur, niſi cito medicina paretur, eaque efficax et quodam modo crudelis, multum intereſt, noſſe notas rabiei, ne aut homo non recte curatus morbo plerumque lethali afficiatur, aut ſine neceſſitate medela efficacior adhibeatur, atque ſic et animus terrore, corpus dolore non neceſſario male plectatur. Notae autem rabiei canum aut probabiles aut certae ſunt. Ille canis putatur rabidus, cui oculi conniuendo aperiuntur lacrymoſi, cui ſpuma ante os eſt, cauda et aures demiſſae, qui ebrii inſtar incedendo vacillat, vocem raucam edit, huc illuc diſcurrit, quem canes alii fugiunt, qui a cibo et potu abhorret, et canes et homines praeter conſuetudinem mordet, herum ſuum, quem antea amore proſequebatur, dentibus petit. Certior eſt, ſi cauſſa ſitis eſt, canis tamen aquam appoſitam fugit: certiſſima, ſi animalia hominesue admorſi hydrophobiam contraxerunt.

§. 502.

Si vero in hominem labes data fuit, et ex ea iam orbus venit, ille incipit ab inſueto moleſtoque dolore ius membri, quod morſu laeſum fuerat. Cum his aecordia dolent atque intenta ſunt, aeger ſomno tra debitum vrgetur, qui torpor ſoporque interdiu ctuque continuat. Mens vero falſis et mendacis viſis lymphaticiſque ſomniis concitatur. Aeger, i mens conſiſtit, difficulter fert morbum, ſumma imi aegritudine premitur et angoribus excruciatur, neq

nec fine difficultate et anhelatione fpirare poteft. V morbus increfcit, oritur aquae omniumque fluidoru metus, adeo, vt fi oculi aquae fplendore, aurefq eius motu et ftrepitu, vel parum adficiuntur, hon conuellatur. Interea fauces vrit anhelofa fitis, qua propter illam ὑδροφοβίαν, nulla potione leuare v extinguere poteft. Vomit multa biliofa, genit membrum tentigine laborat, et mens vanas imagin accipit, infania tamen fe per momenta temporis r mittit. Tandem autem is violentius fe gerit, fur mordet, linguam tumidam, nimia ficcitate arida fiffam, ex ore exferit, defluentem faliuam deuora nequit, fi loquitur, vox nihil fignificat. Sub finer poft frequentem neruorum diftentionem fpiritus fi gidus vix trahitur, et prorfus intercluditur, atq aeger ftrangulatus quarto circiter die extinguitur.

§. 503.

In corporibus poft obitum incifis fauces inflan matae, ventriculus biliofis glutinofifque plenus, f copiofum et atrum, et vifcera omnia quafi arida r perta fuere. Sanguis vero in toto corpore tenu fuit, qui nec frigore cogi potuit *.

* Vid. H. A. R. Sc. MDCXCIX. p. 55. Negat tamen ROI FINCCIVS, in incifis cadaueribus fauces inflammatas inueni Vid. eius Diff. Anat. L. I. C. XIII. p. 179.

† Initio faltem hydrophobiae figna inflammatarum fauciu nulla animaduertuntur, neque notae febris inflammatoria Neque corporum eo morbo extinctorum diffectiones medic fatis erudiunt de morbi huius natura. Phaenomena eni non eadem in omnibus in fecantium fenfus incurrun Verifimile autem eft, naturam eius morbi effe fpafmodi generis; fpafmis vero neruorum fyftema tum demum affic cum veneni reforptio et humorum infectio effecta funt.

§. 504.

Omnibus hoc morbo oppreffis fpes in angufto ef certa vero defperatio, fi is praefens inualuit. Malun

) vehementius, eoque certius, periculum adfert, io efferatiori rabie agitatum fuit animal, quod mo- ordit. Multum ad haec conferre anni tempus, tatem, corporis habitum, victum et alia, iam ali- ioties posui.

† Hydrophobiae iam ortae curationum exempla, satis certa, aut nulla, aut paucissima habemus. Principiis igitur obsta, sero medicina paratur.

§. 505.

Si vulnus tale curandum accipit chirurgus, festi- ntius omnia agere debet, quae de aliis venenatis lneribus (495. 496. 497) praecepi; in alienum vero mortis periculum iniiceretur homo, qui tale vulnus e exsugere auderet. Sudor eliciendus est, non vero idis medicamentis, quae in hoc morbo pestifera it, sed dato aceto bezoardico et calida aqua. Aeger o stragulis bene opertus se in lectulo continere, corpus in balneum non nimium feruens demittere, bet. Post sudationem non aliena sunt cathartica, ae supra aduersus inflammationem vtilia proposui ). Necessaria est abstinentia, victus dandus est dicus, acidulus. Potioni idonea est, vel frigida ia, vel ptisana ex hordeo cum succo citri. In al- n immitti debent lotiones, quae multum salem ni- mque habent. Vestimenta, quibus saliua adspersa , protinus abiicienda sunt.

§. 506.

Vetustissimorum autorum experimentis comper- n est, optimum remedium ad auertendam ὑδροφο- ν esse, hominem in mare, vel piscinam, proiicere, nque modo mersum bibere pati, modo, si habet, llere, interdum deprimere, vt inuitus quoque a satietur *, qua re aquae metus tollitur. Melius o erit, hominem, non opinantem, in aquam, et- iam

iam non prouisam, praecipitare. Qui vero sic aqua frigida vexatus fuit, eum post lectuli calore fo re oportet.

* CELSVS L. V. C. 27.

† Verum haec medendi ratio multo saepius non respon eique soli fides non habenda est.

§. 507.

Si morbus iam tenet, omnis fere spes praecl est. Vbi tamen nullum aliud auxilium apparet, s guis ita mittendus est, vt detractio hominem im cillum faciat, post vero is in aquam demittendus (5c vel, palo alligatus, copiosissima aqua onerandus. Nec extimescenda est neruorum distentio, quae vehementissima esse consueuit. Nam aliquando aeg omni vitali virtute fracta, animo linqui deprehen est, qui, vbi ad se rediit, aquam sine horrore toler potuit.

* Vid. H. A. R. Sc. Anno MDCIC. c. l.

† Fuit efficax ratio per euacuationes medendi a HERM. BO HAAVIO problematis specie proposita. Verum nullum al praeter vnum exemplum in medicorum scriptis inuei licuit.

§. 508.

Et contra hoc virus plura a variis autoribus p posita sunt ἀντίδοτα, et ita laudata, vt magis, q quisque persuaserit sibi, appareat, quam, quid euid ter compererit, de quibus videndi, qui alteram me cinae partem persecuti sunt. Mihi tamen imper non possum, quin addam illud, quod non ita prid Celeberrimus Vir RICHARDVS MEAD publicauit *.

* Hoc remedium iam olim descriptum in Transactioni Anglicanis No. 237. vid. LOWTHORPII Compendium V III. p. 284. repertum fuerat a DAMPIERIO, nautico illo mine celebri, et ab illustri IOHANNE SLOANIO publici i factum, a MEADIO vero, vt fertur, variis experimentis c probatum. Ante omnia vero homini, quem canis rabio inmordit, sanguinis vnciae nouem, vel decem, detrah

dae ſunt. Poſt componi debet puluis, qui habet vnciam ſemis herbae lichenis terreſtris aridae et bene contritae, piperis vero nigri drachmas duas. Hic puluis in quatuor diuidendus eſt, et homo per quatuor dies, non capto ante cibo, vel potu, puluerem ſumat illumque maiori lactis tepidi potione diluat. Deuoratis his pulueribus, per menſem ſingulis diebus multo mane ieiuno ſtomacho in balneum frigidum ire, eoque ita vti debet, vt is in aqua totus demergatur. Mox vero, ſi ita ei ſubmerſum etiam fuit caput, is protinus auferendus eſt, ne frigus capiti noceat. Per alios quindecim dies balneo vtatur tertio quoque die. Vid. *la Bibliotheque Britannique* T. VII. d. 205. Ex aliis obſeruationibus, quae a Medico Lichfieldenſi, ROBERTO IACOBO, factae ſunt, turpethum minerale non hominibus ſolum, ſed etiam ipſis canibus, hac dira rabie inflammatis, medicamentum eſſe dicitur, quod non ſolum eos a periculo tutos praeſtare poſſit, ſed etiam ipſi morbo, ſi is iam et hominem et beſtiam tenet, mederi. Vide illius Epiſtolam ad IO. SLOANE in Tranſact. N. 441. Anno MDCCXXXVI. p. 244. Vſus experiendo edocebit, quale pretium his omnibus ſtatuendum ſit.

f Ad auertendam hydrophobiam plus valet medicina quam ad curandam. Itaque feſtinanter agendum eſt, neque committendum, vt homo admorſus ex cunctatione medentium praecipitetur. Vidimus autem tria tempora eſſe diſcernenda. In primo fere certa ſpes eſt, auerti malum poſſe; in altero ſpes aliqua ſed tamen dubia, in tertio propemodum certa deſperatio, ſic tamen, vt et tum vnus vel alter ex ſummo periculo ereptus eſſe dicatur. In primo ſtadio, vbi ſcilicet nulla ſigna virus reſorpti ſunt, virus quantocyus quidem extrahendum eſt et expellendum ea via, qua ingreſſum eſt. Huc faciunt ſcurifationes tam alte, quam partis laeſae natura permittit, applicatio ſanguiſugarnm, cucurbitulatum, fotus inciſarum partium mediante ſpongia ex calida aqua expreſſa; ſi pars admorſa non ampla eſt, cauterium actuale imprimatur et cruſta breui adhibitis vnguinoſis et pultibus emollientibus a viua carne reſoluatur; omni modo, poſteaquam illorum aliquid factum eſt, larga diuturna ſuppuratio excitetur; quo faciunt vnguenta et emplaſtra acriora, ſubinde denuo adhibita cataplaſmata mollientia, adſperſus puluis cantharidum, praecipitati mercurii rubri. Vlcus poſt aliquot hebdomadas ita curari poteſt, vt fonticuli ſpecies relinquatur, dummodo locus admorſus hanc talem curationem admittat. In altero et tertio ſtadio cicatrix ſectione tollatur, et, niſi ſponte multus ſanguis exeat, fiat ſcarifatio; poſtea fiant ſimilia his, quae modo dixi. Praeterea laudantur varia medicamenta intus ſumenda, herba anagallidis ſpecie infuſi vel decocti,

Moſchus

Moschus, cantharides, solanum melanocerasos seu bell donna, lichen cinereus terrestris, camphora, spiritus sal ammoniaci volalilis, limatura cupri, puluis palmarii, h drargyros specie vnguenti mercurialis extrinsecus et int specie pilularum vel mixturae, atque turpethum minera mercurius sublimatus corrosiuus; opium denique atq sexcenta alia, quorum tamen nulli certa fides adhiben est. Aliquando tamen saliuatio mercurialis vtilis visa e interdum quoque opii doses largiores iterum iterumq ac saepius datae ad spasmos soluendos. Eodem consi balnea inde a primo tempore impacti morsus quotidie mel vel bis adhibita prodesse possunt, et quicquid sudo largos mouet, vt anagallis, moschus, belladonna, camph cum aceto vini. De auxiliis aduersus morsum rabidor animalium legatur ANDRY *Recherches sur la Rage* in Hist. Societatis medicae Regiae (Histoire de la Société Royale Medecine) A. 1776. *Observations sur la nature & sur Traitement de la Rage*, par M. PORTAL. Yverdon 17 Versus etiam hic liber teutonice prodiit, Lipsiae 17 DAN. PETR. LAYARD *Versuch über den tollen Hundsb* *Lipsiae* 1778. *Methode eprouvée pour le Traitement de Rage. Publiée par ordre du Gouvernement.* A Paris 1776.

# VVLNERA CAPITIS.

## §. 509.

Praeuisis omnibus, quae ad vniuersa vulnerum gen ra pertinent, et in quamlibet partem corporis i cidunt, ad ea veniendum est, quibus singulae part sedesque laeduntur. Nulla vero horum, neque gene vitii, neque ratione curationis, adeo inter se distai quam quae capiti inferuntur. Ad haec enim refe etiam solent illae plagae, quibus caluaria colliditu finditur, atque perfringitur, et quibus etiam cerebru eiusque membranae laeduntur, quas cum summo p riculo esse nemo ignorat.

## §. 510.

In capite vero vulnerari possunt cutis, adej musculi et horum aponeuroses atque tendines, pe cranium, quod etiam musculos temporales compr hend

ndit, et altera membrana, perioſtium dicta, quae oxime caluariam cingit et ſub dictis muſculis condit eſt. Praeterea percutitur varia ratione caluaria, et duntur etiam cerebrum, huiuſque membranae. De lneribus, quae in facie, oculis, aliiſque ſedibus ſunt, orſim dicendum eſt.

† Quod PLATNERVS hoc loco vocauit pericranium, ab aliis dicitur epicrania membrana, a WINSLOVIO calotte aponeurotique. PLATNERO autem dictum perioſtium eſt ab omnibus dictum pericranium.

## §. 511.

Nonnunquam accidere poteſt, vt homo, cuius put grauiter percuſſum fuit, mox mortuus concidat, cuius etiam corpore inciſo nihil inuenitur, quod n ſubitam mortem adferre potuiſſet. Nam in his ibus nec ille locus, qui extrinſecus ictum excepit, umeſcere ſolet. Tales enim momento temporis nimantur, quia cerebrum et cerebellum ex ictu iementius commotum fuit, et compreſſa ſunt eon neruorum initia, qui ad viſcera pertinent, et in vitalem motum praeſtant.

Commotio cerebri dicitur, quando ab ictu, caluariae illato, vel caſu ab alto, vehementius concutitur et commouetur τὸ ἐγκέφαλον. Iam id cognouit HIPPOCRATES Sect. VII. Aphor. 58. de morbis L. I. Sect. IV. T. II. p. 4. et Coac. praenot. n. 370. T. I. p. 572. Cerebrum etiam aliis occaſionibus commoueri poteſt, e. g. ſi homo collectione ſpiritus plenus ita ſternutat, vt totum corpus vehementius concutiat. Vid. DVRETI Comment. in Coacas p. 408. Ab hac cerebri commotione oriri videntur illa, quae homini mox poſt acceptam plagam accidunt, ſi protinus ei omnia, quae oculis obuerſantur, velut aliquo turbine, circumaguntur, ſi ipſi oculi obcaecantur, aliique ſenſus obtunduntur. Si ictus homo interrogatus non reſpondet, obmuteſcit, concidit, bilem vomit et ſine ſenſu, quaſi dormiens, iacet. Si enim talia poſt aliquod tempus contingunt, ea ab humore, ex ruptis venis emiſſo et cerebrum premente, proficiſciuntur. Accidere vero etiam poteſt, vt vaſa propter ſolam cerebri commotionem rupta ſint. Id ex eo diſcitur, quod quandoque in caluaria nulla rima reperitur,

tur, sub ea vero multus humor concretus. Imo cerebr longe valentius commoueri, si os vel totum integrum r net, vel parum finditur, minus, si hoc perfringitur, p babile est. Vltimum enim si incidit, os, quod sic mot excipit, dum frangitur, huius vehementiam soluit, q alias ad partes, quae intus sunt, transferretur. Vid. DRAN Obs. T. I. pag. 111. At enim cerebri commo praecipue in casibus forensibus, tunc saepe pro causa app henditur, quando in defunctis, qui protinus post ict animam amiserunt, nec ossis fractura, nec concretus cru nec aliud quid repertum est, quod tam citam mortem ferre potuisset. Nam in his corporibus, nec quidem v nus, quod in cute est, locusque, qui collisus fuit, vt alijs, rubet et tumet, quia protinus enecta omni vi virtute humor coire haud potuit. Vid. memorabile exe plum in H. A. R. Sc. MDCCV. p. 68. Hoc vero ra accidere, opinor.

§. 512.

At longe frequentius euenire solet, vt aliquis g uiter percussus sit, et ab initio mala indicia haud s sequantur, ita, vt homo ab omni periculo abesse vi atur. Post aliquot vero, imo plures, dies, nec c nato, accedunt mali morbi et cerebri grauiter affe testimonia, quae plerumque futuram mortem den ciant. Nec hoc humana imbecillitas in tanta cor rum vulnerumque diuersitate euitare potest. Ob vero necessarium est, vt medicus de nullo, cui ca percussum fuit, securus sit, sed, vt eum diligen inspiciat, atque, si aliquid eorum deprehendit, quibus scire licet, hominem periclitari, vt protinu sine mora occurrat. Haec enim auxilia, etiamsi n proficiant, et aeger nihilominus extinguatur, ma tamen ignoscendum medico est, qui considerate p denterque egit. Accidere etiam potest, vt ictus, se tutum putat, et, haud monitus, intemperan agit, fiducia secundae valetudinis opprimatur.

* Vid. plura exempla vulnerum capitis, quae ab initio leu visa, post aliquot menses mortifera fuerunt, in BON Sepulchreto L. IV. Sect. II.

§. 5-

§. 513.

Nec illud ignorari oportet, fere incomprehensibilis naturae haec vulnera esse, et in nullo alio genere ...na futurae salutis atque mortis adeo incerta, ac in ..., quae in capite sunt. Aliquando enim grauissima ..lnera, quibus dura mater, et ipsum cerebrum, ita ..lnerata fuerunt, vt maior puris modus per fractam .l excisam caluariam effusus fuerit, et quamuis ictus ..c frigus, nec aestum, nec libidinem, vitauerit, sed ..moderate et intemperanter vixerit, sine periculo, ..eque iis malis, quae haec vulnera consequi solent, ..runt ad sanitatem perducta *. Nec minus etiam ..idit, vt homo grauiter vulneratus, cum omnibus, ..ae non solum terrere, sed omnem spem tollere et ..rtem praesentem in aliis denunciare solent, con..tatus, seruatus fuerit et sanitati redditus **. Adeo in ..dicina etiam, vbi perpetuum est, quod fieri debet, non ..ien perpetuum est id, quod consequi conuenit ***. ..ur in curandis capitis vulneribus vtile est, scire ..imquemque, quid, et quando maxime, caueat, ast ..o, quae futura sunt, nemini licet certo intelligere ..ue praedicere.

Obseruatione perpetua digna est illa historia, quam ante paucos annos singulari studio exposuit LVDOVICVS FRANCISCVS MANNE, chirurgus Auenionensis. Homini triginta annorum lapide icta fuit caluaria, et quidem dexterior et superior pars ossis coronalis. Vulnus huic sedi illatum magnitudinem denarii habuit. Nihil vero post acceptam plagam secutum est, quod periculum ostendere potuisset. Homo, cum ad tertium a domestica sede lapidem abesset, sine noxa reuersus est, et cum vxore, quam duxerat, rem habuit. Auenionem vero venit et a Pharmacopola balsamum Arcaei et emplastrum de betonica accepit, quod vulneri imposuit. Per viginti dies bene valuit, sine omni febre, capitis dolore, sopore, neruorumque distentione, fuit. Semper cibi auidus, victu pleniori vsus, accedente nocturno placidoque somno: Vario interea opere perfunctus est. Humeris onera portauit, agrum vertit atque subegit, vinum vindemiauit et torcularius vuas pressit.

 Inter-

Interdiu flagrantiſſimo ſolis aeſtu peruſtus, noctu ſub di
et arboribus, omnibus aeris iniuriis expoſitus, dormi
Cum vero vulnus haud ſaneſceret, noſtrum chirurgum a
et in valetudinarium publicum deductus eſt. Chirurg
cum deprehenderet, plagam ſine malis et periculum oſ
dentibus notis eſſe, adurentia impoſuit, ad putrem
nem, quae vlceri ſupercreuerat, exedendam. Cum aut
animaduerteret, ex vlcere maiorem vim puris efferri,
tim incidit, et oſſis fragmentum, ſupremae laminae parte
eduxit. Quia vero, hac ſublata, interior lamina ſine vi
eſſe videbatur, haec ab initio relicta fuit. Increſcente v
indies puris modo, vlcus ſpecillo explorauit, quod alt
et in ipſum cerebrum, demiſit; Eduxit aliud lami
vitreae fragmentum, multis aculeis exaſperatum. P
facto cerebro, maxima eius ſuppuratio orta eſt, et quoti
vbi vulnus deligatum fuit, puris magna vis ex vlcere ef
fuit. Finita tandem ſuppuratione, cerebrum, quod exci
erat, increuit, et omne, quod vacuum fuit, repleuit. T
dem carne a dura matre et ipſo oſſe, vt fieri ſolet,
creſcente, foramen completum fuit, et homo conual.
At, id quod vix non omnem fidem ſuperat, per id tem
in aegro nihil eorum obſeruatum eſt, quae aliis, calu
fracta, et cerebro laeſo, accidere ſolent.

** Vide talem hiſtoriam, quae non minus, quam prior,
miratione digna eſt, cum et ipſa medulla cerebri grau
laeſa fuerit, in prima a BRISSEO ſcriptarum obſeruation

*** CELSVS L. VII. Cap. XII. §. 4.

† Hiſtoria ea quoque vt legatur minime indigna eſt, q
ELLERVS in Monumentis Academ. Scient. Berolinenſi in
curauit. E quibus poſt fata ELLERI deſcripta et te
nice verſa eſt, legiturque in *Ioh. Theodor Ellers Phyſikali
Chemiſch-Mediciniſchen Abhandlungen, herausgegeben
D. Garl Abraham Gebhard, Berlin* 1764.

§. 514.

Nec ea vulnera ſine omni periculo ſunt, quib
cutis, capillum gignens, eaeque partes, quas ſub c
eſſe dixi (510), percuſſae ſunt, quamuis totum os
tegrum manſerit. Inflammari enim quandoque ſol
muſculi, horum tendines et aponeuroſes, quae
quia iſtae partes neruos habent ab ortu propinquior
ſummos dolores neruorumque diſtentionem mou
poteſt. Et membranula, quae exterius caluariam c

it, ſeu perioſtium, committitur cum dura meninge. Iam et vaſa ſanguinem vehentia et nerui ex vna ha-im membranarum in alteram per ſuturas potiſſimum runtur. Illam enim membranam, qua cerebrum in ueris, horumque ſummis capitibus, contegitur, vbi, ficientibus oſſibus, ſinus rhomboideus eſt, ex his abus conflatam eſſe, conſtat. Vaſa etiam, quae in ploe inter vtramque caluariae laminam diſcurrunt, oſſi alimentum ſubminiſtrant, ex his membranis ucuntur. Accidere ob id poteſt, vt, ſi exterior embrana percuſſa fuit, os integrum ſit, et nihilo-inus intus in dura matre vehemens et periculoſa citetur inflammatio *.

* Vid. LE DRAN Obſ. XXVII. p. 179.

§. 515.

Quibus praecognitis, ad ſingulas ſpecies venien-m eſt. Vulnus, quo cutis capillata enſe acuto ciſſa eſt, non aliam curationem requirit, quam, alem ſupra (375) praecepi. Semper vero, et vbi-e, vbi cutis pilis contegitur, ea ante omnia radenda . Si arteria praeciſa fuit, ea vel comprimenda (406. 8), vel ad latum digitum ab ora vulneris traiecto o deuincienda eſt (242 ad 244. 414. 415). Et hic am deligationem adhiberi confert (381. 383). Ex iis opportuna eſt ea, quae vniens dicitur. Si vero orae vulneris commode adduci nequeunt, debent adponi panni, ſuper quos iniici poteſt alia faſcia, e funda, vel alia, quae capital minus, dicitur (15).

§. 516.

Si autem aponeuroſis et pericranium vulnus acce-unt, oriri poteſt inflammatio, ſi vulnus in cute et ernis membranis maius eſt, quam in pericranio, auertitur, ſi hoc ſectione latius aperitur.

§. 517.

Vbi cutis alia parte abſciſſa eſt, alia dependet, v nus ſui debet (376). At enim ſutura compreher poteſt omne, quod dependet, et per omnes memb nas acus linumque immitti. In altera vero ora, n per perioſtium, nec per aponeuroſin, ſed per ſol cutim, linum traiiciendum eſt, cum iis, ſi acu, lino vexantur, grauis oriri ſoleat inflammatio. Si eti id, quod dependet, non ſolum diſciſſum, ſed eti colliſum eſt, illud nihilominus ſui poteſt. Obſeru vero oportet ea, quae ſupra de his (382) praecepi.

§. 518.

Vulnus, quod telo retuſo illatum et colliſum multum ſaepe inflammari ſolet. Ne vero id fiat, pedit, plagam protinus ampliare, et, ſi qua ſang coiit, illum euocare. Vbi latius aperitur vulnus, n minus incidendum eſt pericranium, quam cutis et teriores membranae (516). Vulneri imponi debe quae pus mouent, non vero alia, quam, quae lo neruoſis, idonea eſſe, ſupra retuli (384). Superd poteſt emplaſtrum de betonica, vel illud de cumir Vtiles ſunt aduerſus inflammationem ſaccelli ex vi coɛti atque expreſſi, qui componi poſſunt ex her abrotani, abſinthii, betonicae, ſaluiae, origani, ſerpi pulegii, maioranae, roriſmarini, meliſſae, rutae, flc bus lauendulae, roſarum.

§. 519.

Non ita frequenter euenire ſolet, vt orae vul ris intumeſcant, quia aer in adipoſam tunicam eiuſc cellulas contrahitur, quas multum diſtendit. 'E φύσημα hoc tumoris genus vocant, quod cogno tur, ſi tumor frigidus vulnus obſidet, qui preſſus c aliquo ſtrepitu digitis cedit. Hoc oriri ſolet, ſi v

n

us aere et frigore alienatum eſt. Tollitur, ſi orae ulneris tumidae leuiter premuntur, et aer exprimiır, ſi ſuperdantur modo commemorati ſaccelli, vel, panni imponuntur olibano, maſtiche, benzoe, terenthina cocta ſuffiti, quibus pannis etiam orae parumer perfricari poſſunt.

§. 520.

Longe autem frequentius his vulneribus ſupernire ſolet inflammatio et eryſipelas. Prior in apourofi et pericranio ſedem habet, eryſipelas vero in mma cute. Vltimum eſſe, intelligitur, ſi aures am infeſtantur, quae cute, non vero aliis membra-s, conteguntur. Huic mederi facile eſt, ſi cuti, raſis ante capillis, ſuperhabentur medicamenta arida, ıae, aduerſus eryſipelas vtilia eſſe, ſupra propoſui 63. 164). Aduerſus inflammationem vero nihil agis proficit, quam, ſi vulnus noua ſectione aperir (516. 518). Vulnus etiam molliter deligandum ;, cum ſaepe periculoſa inflammatio excitari ſoleat, llae neruoſae et ſaepe commemoratae partes, fultis per eas linamentis panniſque, et adſtricta nimium cia valentius premuntur. Imponi debent vulneri, ae digerunt et pus mouent (384. 518). Super ea ro, quae inflammata ſunt, vtendum eſt illis ſaccellis. l ex iisdem herbis ex vino decoctis fieri poſſunt ithemata et ſuperdari. Reliqua curatio talis eſſe bet, qualis in magnis inflammationibus, et in vulribus, quae in neruoſis locis ſunt, adhibetur. Nec vllo alio vulnerum genere ſanguinis miſſio magis ceſſaria eſt, quam in iis, quae in variis capitis ſedis et partibus fieri ſolent.

§. 521.

Si in capite nullum vulnus eſt, illud autem lapide, no, alioque retuſo telo, percuſſum fuit, ſcire licet,

os reſtitiſſe et integrum manſiſſe, ſi nihil eorum ſe-tum eſt, quae, vt infra docebo, accidere conſueueru vbi caluaria fracta, et ea, quae intus ſunt, violata erunt. Vexata vero cutis, ſi leuior caſus eſt, ſine ſc pello, impoſitis iisdem curari poteſt, quae aduer inflammationem valere ſcripſi (518). Si vero c cute etiam aliae partes, quae ei ſubiecta ſunt, graui affectae fuerunt, expedit, quam primum illam ſed ſcalpello concidi, et profluentem ſanguinem dete poſt autem eadem ſuperdari, quae inflammatis med tur. Nec aliud auxilium eſt, ſi tardius, et poſtqu locus iam intumuit atque rubet, ſubueniendum eſt.

§. 522.

Haec autem curatio magis neceſſaria eſt, ſi mul ſanguis concretus ſub cute, vel ſub ipſo pericra haeret, qui vehementiſſimam mouere poteſt infla mationem. Si is ſub hac membrana caluariam c gente coiit, tumor valde durus eſt et renitens, plerumque minor, ſi vero ſub cute, mollior magiſ diffuſus. Hic tumor ſine mora incidendus et ſang euocandus eſt, vbi etiam confert, plagam patentior eſſe. Conſiderate vero ſecandum eſt, ne inopin aneuryſma incidatur, quod etiam in capite naſci pot

* Vide Diſſertat. ad §. 424. citatam.

§. 523.

Quod ſi vero ex vulnere perioſtium diductum, raſum, vel detritum, eſt, oſſiſque quaedam pars nuda illud ante omnia ignorari haud debet, os ſine h membrana ſanum eſſe non poſſe, ſed neceſſe eſſe, eius minimum exterior ſummaque pars, vtpote a mento amiſſo, emoriatur. Hoc celerius incidit, aer acceſſit, vel, ſi impoſita fuerunt varii generis m dicamenta, praecipue pinguia ac digerentia, quib

om-

mnibus, vt et pure atque ſanie, quae ex vulneribus xit, os pingue fit, nigrum atque carioſum.

† Quae PLATNERVS hic praecepit, ea a vero diſtant. Nam perioſtium cum oſſe coaleſcit, niſi aut os, aut perioſtium alienatum iam fuerit. Itaque ſi chirurgus ſat cito aduocatus ſit, anteaquam aer corrumpere os poſſet, neque ipſum inſtrumentum vulnerans contundendo aut os, aut partes molles grauiter affecit, purgato vulnere, os perioſtio ſuo et integumentis contegendum eſt. Ac ne leuior oſſis alienatio quidem prohibet, quo minus coalitus fieri poſſit, dum modo ſuprema oſſis lamella, quae alienata videtur, radendo antea ſublata ſit. Etiamſi enim ſpes promptae ſanationis aliquando vana ſit, nulla inde grauior noxa impendet.

§. 524.

Si igitur hoc in caluaria ex vulnere incidit, ab oſſe, uod ſic vitiatum fuit, ſquama abſcedit, et poſt id, uod relictum eſt et ſanum, noua membrana conteitur. Oſſi ſuperdanda ſunt linamenta pura, vel ex cohol expreſſa. Haec etiam reſpergi poſſent puluere, ui bene tritus ex maſtiche, terebinthina cocta, ſuccio, olibano, componitur. Nonnunquam, praecipue ı iunioribus, accidit, vt nihil ab oſſe abſcedat, vtque l mox noua membrana contegatur *. Vbi vero tium altius deſcendit, os ſcalpello radendum eſt, onec aliquid cruoris oſtenditur; quam medendi raonem, vt et aliam, quae ferro candente et varii geeris medicamentis fieri ſolet, vberius exequar, vbi de ſium morbis dicam.

* Vid. RVYSCHII Obſ. V. p. 11.

§. 525.

Os, quod ſic patefactum, nec vero aere, nec aliis, ondum valde alienatum eſt, forari debet crebris foraınibus, quae altitudine primam caluariae tabulam equant. Hoc autem fit terebra acutum mucronem ıbente, quae circumagendo ad diploen vſque adigiır. Ne vero interea oſſi iniuria ex aere accedat,

omnia festinantius agenda sunt, et, dum os sic foi minibus vrgetur, candentibus carbonibus aeris no auertenda est (389). Os vero, quod sic deopertum per multa et exigua foramina terebratum est, resper potest eodem puluere bene trito, quem mox (52. proposui, vel super id dari possunt linamenta ex spi tu ardente, nec non essentia mastichis, succini, elen expressa. Aliena sunt omnia, quae os vel humecta vel pingue faciunt, Os autem, postquam cum ea, q fieri potest, celeritate sic multis linamentis pannisqu tectum fuit, ante tertium quartumque diem, n aliud quid hoc requirat, deoperiendum non est, cu nihil magis proficiat, quam rara deligatio. Videndu etiam, ne sanies, quae ex vulnere fertur, ad os desce dat, quod siccum et purum esse oportet.

§. 526.

Subesse etiam quandoque solet caries in diplo Haec vero non a vitiatis tantum humoribus oritur, s etiam a grauiori ictu, a quo exterior lamina colli potest, integra manente interna. Hoc vitium, quo in diploe incipit, se latius diffundit, quare non solu putres carnes et sarcomata extrinsecus superincrescun sed malus humor tandem etiam laminam vitream exe quam rem et, quia cerebri membrana, idque ipsur grauiter afficiuntur, horrenda mala sequuntur *. Pr tinus huic malo occurrendum et tota caluaria modio excidenda omneque corruptum eiiciendum est.

* Vide Historiam Experientiss. et mihi amicissimi IO. CHR STOPHORI POHLII in Ephem. Nat. Cur. Vol. IV. Obs. 10 p. 384. Caluariam, quam Cl. Vir mihi dono dedit, cu apparatu aliarum rerum, quae ad ossium pathologiam illu strandam facere possunt, asseruo.

§. 527.

Tribus potissimum modis caluaria percussa viola solet. Ea enim, vel ense acuto inciditur, vel ex ict desidit, vel finditur et rimas agit.

§. 528

§. 528.

Si ea telo acuto percussa fuit, relinquitur ἕδρα, des *. Haec, si lineae modo recta est, dicitur κοπὴ, si obliqua, διακοπὴ, si vero ex caluaria aliquid cisum est, vel quasi dedolatum, ἀποσκεπαρνισμός **.

* Vide Figuram in PETRI PAAVII Succent. Anat. p. 77. 80. 94. Ab HIPPOCRATE ita describitur de Vuln. Capitis Ed. Lind. T. II. p. 692. ἕδρη δὲ καλέεται, ὅταν μένον τὸ ὀστέον ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσει, τὸ βέλος στηρίξαν ἐς τὸ ὀστέον δῆλον ποιήσῃ, ὅπῃ ἐστήριξεν. Aliquando etiam sedes in osse cum huius fractura, praecipue laminae internae, est. Ἐκκοπὴν talem describit LE DRAN T. I. Obs. 27. p. 179. et fig. vid. in PAAVIO p. 103.

** Vid. fig. c. l. p. 101. et Definit. in GALENI Definit. Med. Edit. Charter. T. II. p. 268. et in PAVLO L. VI. Cap. XC. p. 96. Confer Programma, quo Anno MDCCXXXVII. Anatomen publicam indixi, de curatione τοῦ ἀποσκεπαρνισμοῦ in calua, et additam figuram caluariae, in qua notabilis ossis pars ense abscissa, interior autem lamina fissa fuit, os vero, callo durissimo glutinatum, paululum, quia non recte in pristinam sedem commissum fuit, extat atque prominet.

§. 529.

In pueris, quibus ossa mollia atque cerea sunt, nnunquam desidit os ita, vt nec externa, nec inter- parte fractum sit, exterius vero sinum, intus gib- m habeat, prout in aeneis plumbeisque vasis hoc cidere solet. Φλάσιν vel Θλάσιν vocant *. Fre- entius autem os, quod desedit, etiam perfractum , et dicitur ἔσφλασις vel ἔνθλασις; si totum os per- ctum a caluaria recessit et desedit **. Hoc genere am comprehenditur ἐκπίεσμα, vbi plura fragmenta it, quae desederunt, et vbi haec labant atque me- ngem ac cerebrum vrgent. Ἐγγίσωμα est, si os ctum altera parte deorsum insedit, altera caluae in- eret. Καμάρωσις vero dicitur, vbi ossa perfracta, ta, et quasi fornicata sunt ***.

* Vide HILDANVM Cent. II. Obs. V. p. 87. figuram in PAAVIO p. 86.

** Vide fig. in PAAVIO p. 94.

*** De hoc fracturae genere, quod et GALENVS de methc medendi Cap. VI. et PAVLVS L. VI. c. 90. descripseru plures Autores fatentur, se modum, quo os ita in alt tolli possit, haud intelligere. Vid. CORTESII Comm. HIPPOCR. de capitis Vulneribus p. 132. IOBVS A MEEKR Obs. C. I. p. 12. prodidit, se semel in puero vidisse καμάρωσιν, seu, vt vocat, camerationem. Nec tamen qui veteres refutat, rem recte explicat. Si enim καμάρωσιν id intelligunt, vbi plura ossa fracta atque depre extrinsecus sinum relinquunt, intus vero, quasi gibba, ram matrem premunt. Conf. ROHAVLT c. l. p. 16. MA NE l. c. p. 155. res parum differt ab ἐνθλάσει. Vix vero extrinsecus in altum efferri potest, nisi cum CAESA MAGATO L. II. Cap. XI. p. 30. fingere velimus, hoc fi a telo, si id, ossi infixum, extrahitur, quo ossis, praecip fracti, pars in altum tolli posset. Nec tamen, hoc fac incidere, crediderim.

## §. 530.

Os quoque vario modo finditur, vt in eo rir fiat, seu ῥῆγμα. Rima etiam quaedam discrimi habet. Si ea maior est, ῥωγμὴ vocatur *. Si aute rimula paruula est, quae visum effugit, et chirurgu qui caluariam contuetur, fallere potest, illa vocat τριχισμὸς, seu ῥωγμὴ τριχώδης **. Si autem hon altera parte fuit ictus, os altera fiderit, ἀπόχημα citur. Recentiores per Resonitum, vel Contrafiss ram, expresserunt ***.

* Vide PAAVIVM p. 76.

** Vide PAVLVM c. l. PAAVIVM p. 77.

*** HIPPOCRATES de Vuln. Capitis T. II. p. 693. Edit. Lin appellat ξυμφορὴν, seu calamitatem, quia huic fissurae, cu illa reperiri non queat, haud facile potest succurri. Plur eam fieri posse negauerunt, vt videtur, autoritate GALE decepti, qui L. IX. de meth. med. Cap. XVII. T. IV. p. 5 putat, omnem fracturam ossis in caluaria suturis cohiber rimam enim ex vno osse in alterum penetrare non pos cum ea distincta sint, et in suturis quasi per vngues cor missa. Contra eos, qui hanc, sic dictam, contrafissuram a mittunt, multis ideo argumentis pugnat PAVLVS c. l. recentioribus, vero, vt alios omittam, DIEMERBROEC Anat. H. C. L. IX. C. IV. p. 529. MVNNICKS in Chirur L.

L. II. Cap. XV. p. 264. et ROHAVLT *des Playes de la Tête* Cap. VII. p. 49. At enim, praeter HIPPOCRATEM et CELSVM, ex recentioribus plures, et inter hos H. F. AB AQVAPENDENTE Opp. Chirurg. L. II. Cap. XIV. p. 94. os alia parte percuti, alia findi, posse probauerunt. Exempla vero adduxerunt NIC. FONTANVS in Comm. in VESALII Epitomen Cap. I. p. 3. VAN MEEKREN c. l. p. 20. et BOHNIVS de ren. vuln. Sect. II. C. I. p. 194. Res etiam aliis et luculentioribus exemplis confirmata fuit in Differt. HENR. SIGISN. STOSCHII de Resonitu experientia probato, Arg. MDCCXXII. quae obseruauit clarus expertusque inter Argentoratenses Chirurgus LEMAIRE. Conf. PAVLI AMMANNI Disp. Chirurg. de Resonitu, vel Contrafissura Cranii, L. MDCLXXIV. et GEO. WOLFFG. WEDELII Diss. de contrafissura ex principiis mechanicis, physicis ac medicis deducta, Ienae, MDCCVIII. in qua vltima etiam varia argumenta, ex motuum legibus ducta a IO. MARCO MARCI, LEIBNITIO aliisque proposita leguntur.

## §. 531.

Hoc autem variis modis incidere, iam aliis obser-tionibus compertum est. 1) Nonnunquam enim quod percutitur, etiam finditur, ast cum hoc alia, am remotiora, ossa, per quae rimae ex priori quasi uctae pertinent *. 2) Aliquando idem os alio loco rcutitur, alio loco finditur **. 3) Accidere potest, dum aliud os ictum excipit, aliud rimam faciat ***. Saepe lamina exterior caluariae integra manet, in-ior autem, et quae huic subiecta est, frangitur ****.

Hoc genus frequentissimum est, et saepe rima agitur, non solum per os, quod propinquum est, sed etiam per alia, imo fere per totam caluariam. Vid. RVYSCHII Obs. Anat. XLVII. p. 60. Ephem. Nat. Cur. Cent. V. Obs. XXXII. et exemplum primum in STOSCHII Differt.

* Vide alterum STOSCHII exemplum.

** In hoc genere quaedam diuersitas est. Nam aliquando vicinum, aliquando remotum, inter quod et illud, quod ictum excepit, aliud medium est, fissum esse dicitur. Prius non ita rarum est. Vide tertiam STOSCHII historiam et additam figuram, alias lege in eadem Differt. C. IV. §. 3. Alterum genus rarius euenire videtur, et vnicus casus ex FRID. LOSSII Obs. med. L. I. adducitur, vbi, icto fronte, os occipitis fuit fissum. A qua historia non multum differt alia

alia a PETRO DIONIS in Chirurgia p. 415. prodita, vbi coronale percussum, ast non hoc solum, sed et os occipi fractum fuit. Accidere vero frequentius existimo, vt pluribus locis caluaria fracta est, ei etiam plures ic fuerint illati.

**** Hoc genus admodum frequens esse opinor, quod i aliquando in huius vrbis valetudinario vidi Homo a. nouem annos casu ab alto facto caput grauiter offende a quo tempore desipuerat ita, vt eius audacia atque lib aliquando asperioribus coercitionibus reprimenda e. Leuato tamen accessionis impetu, variis domesticis operi perfungi solitus, tandem, cum aquam hauriri vellet, flumen immersus periit. In huius caluaria, cum peric nium cum cute auulsum, illaque tota deoperta esset, trinsecus nihil violatum, vel alienatum, deprehendi pot Ablata vero caluaria, in dextri bregmatis suprema pa huiusque lamina interna, rima hiabat satis ampla. cu orae, velut aculeis, exasperatae erant. Ab his punge bus et dura meninx et cerebrum grauiter laesum et vlceratum erat. Haud ita pridem fere similis casus eti Ordini nostro Medico fuit propositus. Vid. alia exem in PARAEO l. c. PETRO BORELLO Cent. II. Obs. 20. p. 1 SCVLTETO Obs. XIV. p. 226.

† Scriptor recentior de resonitu, DVVERGE, Vir doctissim edidit librum singularem, cuius inscriptio haec est: *Mémo sur les moyens de reconnoitre les* CONTRE-COUPS *dan corps humain & d'en prevenir les suites.* A TOURS 17 Seconde Edition.

§. 532.

Inter signa, quae, caluariam fractam esse, oste dere dicuntur, plura sunt, quae fallere possunt. Pr tinus considerandum est, quo lapide, telo, an medi cri, an vastiori, an vehementer, an leuiter, caput pe cussum sit. Vbi vulnus est, demitti specillum opo tet, quo mediante, percipi potest, num os integru sit. Potest vero esse, si specillo nihil, nisi laeue lubricum, occurrit, si quid asperi est, qua suturae n sunt, fractum os esse testatur *. Demittendum ver specillum temperata manu est, ne illud, si caluari effracta fuit, in meningen, ipsumque cerebrum, incida

* HIPPOCRATES Epid. L. V. Textu XIV. T. I. p. 778. fatetu se aliquando a suturis deceptum fuisse, quae simplex, magn Vi

Viro digna, erroris confeſſio multis laudibus extollitur a CELSO L. VIII. C. IV. et QVINTILIANO Inſtit. Orat. L. III. Cap. VI.

§. 533.

Si vero ſpecillo nihil inuenitur, conſiderandus eſt ›mo, et inquirendum, num is eo tempore, quo ılneratus fuit, conciderit, num ei fuerint oculi obecati, num obmutuerit, et ſine ſenſu per aliquod npus iacuerit, num ei per nares aureſque ſanguis luxerit, num bilem vomuerit; quae omnia eueniunt, ab ictu cerebrum commotum fuit. Nam, hoc ſi cidit, etiam metus eſt, ne motu vena rupta ſit, quae ıguinem mittere poſſit.

§. 534.

Clariora vero indicia oſtendunt, periculorumque na patefaciunt ea, quae poſt aliquod tempus conquuntur. Si ea parte, qua caput ictum fuit, eius lor vehementer vrget, ac pertinaciter manet, ſi torr accedit, et cum hoc febricula, ſi mens non conſtat, homo quaſi dormiens iacet, ſi trux eius vultus eſt, ıli, quaſi reſoluti huc illuc mouentur, ſi ii inflamntur, ſi vrina, vel alui fex, ſine voluntate excernitur, nerui, vel reſoluuntur, vel diſtenduntur. Inter tas etiam eſt, ſi ſeptimo circiter die, pro modo neris, maior vis puris, vel alius humoris, ex eo ertur, et, ſi locus mollior eſt, ac quaſi tumet. Nam nia haec aliquando celerius, aliquando ſerius, et ſt plures dies, eueniunt, ſi ſub caluaria arteria, vel ıa rupta, ſanguinem emiſit, vel, ſi in oſſe noxa eſt *.

* Ex aliis etiam ſignis colligere volunt chirurgi, num os fractum fuerit. Dant homini filum, vel, linteolum, quod, ſi is illud dentibus arreptum tenet, ii adducunt, et valentius concutiunt, videntque, num is ſtridorem ferre poſſit. Nucleum, vel aliud durum, dentibus ſubmittunt, et id frangere iubent, quod ſi aeger ſine moleſto ſenſu facere poteſt, ſecuritatem pollicentur. Hae vero coniecturae leuiores

ores

ores sunt. Nam, si caluaria sub crotaphite musculo vel fracta, est, ex tremulo motu atque morsu molesta tur perceptio, non vero ita facile, si illa alia parte l fuit.

§. 535.

Scire etiam licet, multum humorem ex ruptis ar riis venisque sub caluaria effluxisse, si haec (533), dem non statim post ictum, ast, breui interpo tempore, eueniunt. Mala enim indicia, quae p tinus ictum subsequuntur, a cerebri commotione fi supra retuli (532). Vbi sanguis concretus ali parte haeret, is vel mole sua cerebrum premit, corruptus, febrem atque inflammationem incen Si vero alius humor intus est, is aliquando in sani vertitur, quae duram matrem rodit, et non tam flammationem, quam neruorum distentionem, mo Nerui etiam grauiter distenduntur, si os fractum ram meningem pungit, vel si haec aliis grauiter ficitur et violatur, quae res etiam periculosissim mouere solet inflammationem. Si cerebrum aliq ossis fragmentum comprimit, idem consequitur, q solet, si illud a concreto sanguine premitur (534).

§. 536.

Frequentius incidit, vt, dum in vno latere ne resoluuntur, illi in altero distendantur. Crebrius l non in eo latere fit, vbi plaga, et sub caluaria con tus humor est, sed in altero. Inde coniectura er fuit, neruorum initia, seu medullares cerebri fib ex laeua in dextram, ex dextra in laeuam, descend et decussare. Nihil tamen in his perpetuum est *

* Vid. BRISSEI Obs. l. c. p. 4. et p. 16. In alio, qui, ictum capiti illatum, die quinquagesimo primo obiit qui frequentius maxillae ac brachii distentionem in la dextro passus fuerat, cerebrum sinistrum totum in pus sum fuit repertum. Vid. H. A. R. Sc. MDCC. p. 56.

† Ex obſeruationibus illis nihil certi de chiaſmo, quem vocant, fibrarum medullarium, colligi poſſe, docent reſonitus ſeu contrafiſſurae in oſſibus. Etenim ſi in his fieri poteſt, vt effecta impetus impacti non ſint in loco percuſſo, ſed in alio et oppoſito oſſe, idem profecto in fibrillis illis et vaſculis multo tenerioribus expectari poterit.

§. 537.

Si igitur haec omnia vel plura indicia oſtendere lentur, os fractum eſſe, id certiori nota explorare et, ſi plaga, vbi nulla ex vulnere eſt, manu fit, et tis cum omnibus, et ipſo perioſtio, ſubſecatur, que deoperitur.

§. 538.

In patefacto ſic oſſe rima patentior manifeſta eſt: etiam, ſi eo loco, cute inciſa, pallidum, vel alietum reperitur, vitium ſubeſſe intelligitur. Si vero rimulam paruulam, omnemque oculorum aciem ugientem, habet, inducendum ſuper os atramen- n ſcriptorium eſt, deinde id ſcalpro deradendum. gritiem enim continet, ſi quid fiſſum eſt.

§. 539.

Si etiam illa mala indicia chirurgum deceperunt, ea parte, qua cutis diſciſſa eſt, rima haud reperitur, non inutile eſt, quia, ſi ex hac extrinſecus facta ga ſanguis emittitur, is, ne ad interiora deſcendat, uantum auertitur, vel, ſi forte eius aliquid ex rupta iori vena miſſum fuit, illud, antequam concreſcit, uti et exhauriri poteſt. Nec etiam magno negotio is ſaneſcit, ſi ea fruſtra ſecta fuit.

§. 540.

Vbi autem ea parte, quae ictum excepit, et qua is ſubſecta fuit, os integrum repertum eſt, mala indicia ſignificant, caluariam alia parte fiſſam eſſe, ori diligentia opus eſt. Caput ad cutim tonderi

 oportet,

oportet, et confiderari, num quis locus mollior fit tumeat, vel plus folito rubeat. Ad illum locum p faciendum iuuat emplaftrum emolliens, quod per quot horas fuperdari poteft. Cum homo, cui m conftat, in parte aliqua dolorem percipit, cum ali qui, propter continentem fomnum, appellatus ig rat, vel, qui inter verba defipit, manum alicui l crebrius admouet, coniectura perducimur ad eam dem, in qua noxa eft.

§. 541.

Neminem a periculo tutum effe, cui caput p cuffum fuit, alias (512) retuli. Nec illud igno oportet, rationem omnium indiciorum atque c iecturarum talem effe, vt, cum faepe aliquando fponderunt, interdum tamen fallant (413). Euid tior vero huius rei caufa eft in hominum capitib Quibufdam enim caluaria tenerior eft, et quae ide leui iniuria frangitur. Nec parum ad id facere vi tur dura meninx, quae in quibufdam, praecipue in oribus, ita caluariae intus adhaerefcit, vt ea ex l ictu valentius concutiatur: quae res, vel periculof inflammationem mouet, vel efficit, vt arteriae atq venae, quae per vtramque meningem difcurr rumpantur et fanguinem mittant.

§. 542.

Maxime omnium infantes periclitantur, fi iis uaria fracta vel fiffa eft. Haec enim modiolum, adultis exciditur, ferre non poteft. Offa vero pue rum, quia tenera funt atque cerea, mollefque c miffures habent, non ita facile franguntur.

§. 543.

Tempora fi percuffa funt, grauis, ac faepe let lis, vulneris periculum eft. Ea enim parte et os mod

nodum tenue eſt, et tum ſub cute, qua tempora con-
eguntur, tum intus ſub oſſe, maiores arteriae aſſur-
unt, quae ruptae ſanguinem periculoſius fundunt;
raecipue illa arteria, quae ex carotide externa educta,
er oſſis ſphenoidei foramen ad duram meningem fer-
ır, et huic alimentum ſubminiſtrat, ſaepe in medio
ſſe bregmatis huiuſque anteriori ac inferiori angulo,
uaſi recondita et innata, haeret, quae oſſis fragmen-
s, vel ferramentis, ſi in curatione ad haec deueni-
ndum eſt, laedi poteſt.

## §. 544.

Veteribus, et inter hos, HIPPOCRATI *, omnis
-otaphitis laeſio valde terribilis fuit, qui exiſtimaue-
ınt, ſemper, vulnerato vnius lateris muſculo, alterum
onuelli. Sed ſine neruorum diſtentione hos muſcu-
ɔs **, quin etiam colliſos ***, ſaneſcere, his tempo-
bus compertum eſt.

* De Capitis vulneribus Text. XIX. T. II. p. 696 in Coac. no. 369. T. I. p. 572. et de oſſium in temporibus fractura no. 57. p. 538. Nec PARAEVS id auſus eſt. Vid. L. IX. Cap. XIX. p. 292.

** Vid. GARENGEOT *des Operat.* T. III. Obſ. XV. p. 131.

*** Vid. LA MOTTE *Chirurgie* T. II. p. 292.

## §. 545.

Maiori in periculo ſunt, quibus ſuturae percuſſae
erunt, et ex his praecipue ea, quae ab occipite per
edium caput ad frontem procedit, et ſagittalis dici-
r. Nam dura meninx ſuturis potiſſimum inhaereſcit,
ſagittali ſeptum ex dura matre, vel proceſſus falci-
rmis, qui cerebrum diuidit. Etiam in hoc ſinus
aior venoſus reconditus eſt, ex quo, ſi rumpitur,
neſta ſanguinis profuſio oritur. Sinus alii venoſi in
ſepto, quod cerebellum a cerebro diſcernit, et ſub
ſutura ſunt, quae Graecam literam Λ exprimit, qui

laterales vocantur. Ob id non tutum eſt, ſutur[illegible] modiolo, quo caluaria exciditur, comprehende[illegible] quamuis id a nonnullis factum eſſe legamus *.

* HIPPOCRATES hoc vetat de Vuln. Cap. Text. XVII. p. 6[illegible] Sed IACOBVS BERENGARIVS, alias CARPVS dictus, teſtat[illegible] ſe ſaepe excidiſſe commiſſuras, nec deprehendiſſe quidqu[illegible] aliud, quam, quod in aliis caluariae ſedibus exciſis euen[illegible] ſolet, de Fractura Caluariae p. 83. WERDENBERGIVS in li[illegible] ris ad HILDANVM ſe hoc in Italia vidiſſe aſſeuerat. O[illegible] Cent. II. Obſ. VIII. pag. 86. et GARENGEOTTVS in praef[illegible] nouae Edit. Chirurgiae p. 16. prodidit, ſe in puero ſex [illegible] horum ſeptem foramina modiolo feciſſe, et ex his vn[illegible] ſuper ſuturam ſagittalem, et aliud ſuper coronalem. Ha[illegible] vero is addit, num puer euaſerit. Exiſtimo, ſuturas, pr[illegible] pter eas rationes, modioli vſum haud facile admittere, [illegible] id a circumſpecto chirurgo tentandum eſſe, quamuis fo[illegible] nonnullos temeritas adiuuerit. Si prope ſuturas noxa [illegible] praeſtat, os vtrinque perforari. Conf. ROHAVLT l. c. p. 8[illegible]

§. 546.

Eadem fere pericula iis ſunt, quibus os fron[illegible] ſuper ſupercilia fiſſum, vel fractum, eſt. Notum eni[illegible] eſt, ibi os duplex eſſe et intus ſinus habere, qui me[illegible] brana mucum ſecernente cinguntur. Si itaque int[illegible] rior oſſis pars confracta eſt, vulnus vix ad ſanitate[illegible] peruenire poteſt. Nec his ſedibus modiolus accor[illegible] modari poteſt, tum propter hos ſinus, tum quia [illegible] interius inaequale eſt, et chirurgus periclitatur, [illegible] modiolo cerebri membrana, illudque ipſum, laedatur[illegible]

§. 547.

Occipitium craſſiſſimum eſt, ſub eo vero conditu[illegible] eſt cerebellum, ex quo nerui educuntur, qui ad organa pertinere videntur, quae vitalem motum pra[illegible] ſtant. Quare, ſi illud, vel ab oſſe, vel a ſanguin[illegible] premitur, cita mors ſequi ſolet. Inferius os pluribi[illegible] muſculis contegitur et in interna media parte ill[illegible] inaequale eſt, ita, vt ex eo tuberculum exſurgat, qu[illegible] ex duabus ſpinis, vna oblonga, altera tranſuerſa, vtr[illegible]

qu[illegible]

que prominentiori, coalescit. Nec ideo huic ossi modiolus admoueri, nisi e latere summaque parte, potest.

* Plagae, quae occipiti inferuntur, quidem periculosiores sunt, haud tamen semper ex iis mors sequitur. Vide historiam, vbi os occipitis a lapidis ictu collisum desederat, et sanguis sub eo et sub dura matre ex ruptis arteriis effluxerat, vbi nihilominus homo sine febre alioque malo signo conualuit in LA MOTTE *Chirurgie* T. II. p. 322. De tumore duro in medio cerebello enato vid. Obs. III. BRISSEI. Mihi olim laudatus Argentoratensium Chirurgus LE MAIRE retulit, se aliquando aegrum curasse, cui non minima occipitis pars cum notabili corticis cerebelli portione ense ablata fuerat.

§. 548.

Grauius caeteroquin vulnus est, si telo retuso caluaria fracta atque collisa, quam, si ea telo acuto discissa fuit. Pessima vero plaga est, quam plumbea glans iniecit, quia, propter huius perniciossimum motum, et caluaria, et ipsum cerebrum, grauiter percutiuntur commouenturque *. Latentes rimulae, quae alia parte sunt, quam, qua ictus fuit, quia difficilius reperiuntur, etiam non ita facile sanantur.

* Vid. exemplum in PARAEO L. IX. Cap. VIII. 275.

§. 549.

Plurimum etiam in his vulneribus confert aetas, anni tempus, corporis habitus, victus. Alias retuli, nihil pestilentius esse his vulneribus, quam graue, illustre atque impurum coelum (402). Quare etiam in maioribus valetudinariis, vbi aer impuris halitibus repletus est, haec vulnera aegre sanescunt. Ea etiam multum alienari, si haud protinus obligantur, sed aeris, maxime gelidi, iniuriis diu exposita fuerunt, compertum est. Quantum fragores strepitusque iis noceant, ex PARAEO * discimus.

* Lib. IX. Cap. XIV. p. 283.

§. 550.

Igitur, vbi, vel certis indiciis cognofcitur, vel al qua coniectura percipitur, caput fractum effe, et vl mala figna periculum oftendunt, caluaria deoperiend et rima, vel fractura, patefacienda eft. Plaga vero v ex vulnere eft, vbi talem, neceffe eft, habeamus, qu lem accepimus, vel eam manu fieri oportet, vbi fere commodiffima eft, quae duabus tranfuerfis line literae X figuram accipit, vt deinde a fingulis proc dentibus angulis cutis fubfecetur. Nam fic fedi praeftatur modiolo, cuius vfus neceffarius effe pote Videndum vero, dum cutis, et alia, quae fupra calu riam funt, fubfecantur, ne quid ex ipfa membranu quae fub cute caluariam cingit, fuper os relinquatu fiquidem haec, terebris lacerata vehementes febr cum inflammatione excitaret. Diffimilis vero caf diffimilem fecandi modum requirit. Si os fiffum e non vero perfractum, valentius imprimi fcalpellu poteft, quo fimul et cutis et perioftium incidantu Vbi vero os totum perfractum eft atque labat, fufpe denda magis manus eft, ne offis fragmentum intus d primatur, neque illud cerebrum eiufque membrana vrgeat. Si fanguis ex plaga fertur, is impofitis lin mentis puris, vel, fi id res requirit, compreffa v deuincta arteria, fiftitur. Inter cutis fubfectae ang los et os imponi debent linamenta, ne iterum glu nentur.

§. 551.

Poftquam fanguis conquieuit, iterum deoperien caluaria eft, illaque fpongia vino calido madente d tergenda. Si os haud perfractum eft, fed fummu tantum collifum exafperatumque, illud radi et laeu fatis eft. Si qua paruula offis fragmenta emine eximi, et fi ex membrana dependent, forfice abfcin fi vero cum ipfo offe cohaerent et retufa funt, in de

em ſuam dari debent, vt glutinentur. Id, quod haud lutinatur, emoritur, et tandem a parte ſana recedit.

§. 552.

Nam neceſſe non eſt, vt in omni fiſſa fractaue lluaria ad ferramenta veniamus, quibus illa excidi let. Quod ſi enim nulla mala indicia ſunt, vel, ſi la, quae adfuerunt, leuantur, et ſi nulla ſanies, nec ı, pro modo vulneris, nimis multa, ex vlcere effertur, ſi ex nudato oſſe caruncula excreſcit, modioli vſus ıperuacuus eſt. Rimae enim, ſi nulla alia noxa acſſit, in caluaria aeque, ac in alio oſſe, callo implenır. Ad id vero non parum conferre exiſtimo, ſi rotinus poſt acceptam plagam ſanguinis plurimum etrahitur, danturque medicamenta paulo valentiora luum ducentia (63), quibus efficitur, vt, ſi forte intus rteria, vel vena aliqua in cerebri membranis ex ictu upta, aliquid ſanguinis miſerit, illud diſcutiatur. gitur, ſi mala ſigna haud accedunt, vel haec leuiora ınt, eaque nulla grauiora ſequuntur, experienda prius a curandi ratio eſt per ſanguinis miſſionem et imporsta diſcutientia.

† Homo, cui caput percuſſum ſic eſt, vt metus ſit, ne capitis interioris partes a tremore et commotione valde debilitatae ſint, et humorum coitus in meningibus et cortice cerebri futurus ſit, curari debet ſanguinis miſſione, eademque repetita, prima quidem largiori, caeteris minus largis; clyſmatibus emollientibus et ſtimulantibus; medicamentis nitroſis aliiſque ſalinis. Atque haec quidem vniuerſi corporis mutationem et curationem concernunt. Praeterea parti affectae ſtatim atque fieri poteſt, medendum. Itaque vulnere, ſi quod eſt, vel tumore obligato contectoque, fotus frigidus capiti toti adhibendus eſt, et ſedulo quidem omni hora renouandus. Fotus eſſe poteſt ex gelidiſſima aqua, vel ex medicamento refrigerante et reſoluente, quale paratur, ſi aquae frigidae libris decem affunduntur adiiciunturque aceti vini libra pondo, nitri vnciae quatuor et ſalis ammoniaci vnciae duae. Hoc fotu partibus in encephalo debilitatis robur additur, atque adeo cauetur, ne humorum coitus fiat. Iſta medendi ratio non modo prin-

 cipiis

cipiis illis supra in capite de Inflammatione propos plane congruit, verum etiam experimentis multis, iisq haud dubiis confirmata est et corroborata. Qua de re genda omnino sunt, quae scripsit SCHMVCKERVS, vir pe tissimus in libro plus semel iam a nobis nec satis lauda Tom. I. pag. 153 seqq.

§. 553.

Si vero non nisi caluariae exterior pars percu est, et rimae ad diploen, non vero ad alteram et inte nam eius partem, seu laminam vitream, transeu metuenda caries est (526). Optimum est, modio vitium comprehendere et os totum excidere. Si e iam latius vitium est, quam, vt modiolo comprehen queat, exitus datur humori, qui in diploe diffusus e et id, quod in osse corruptum est, aridum fit et a sar soluitur. Si eius, quod vitiatum fuit, ambitus mai est, expedit, iterum modiolum adaptare. Sunt, q os ferramentis radunt, donec integrum id fit, quod re linquitur, sed multo melius, id totum excidi, arbitror.

§. 554.

Si caluaria, exterius concisa, ἕδραν, seu sedem (528 habet, non alia curatio est, quam, quae iam proposit fuit (524. 525). Ossis enim fragmento prospicier dum est, quo illud, vel cum alio glutinetur, vtqu super id membrana increscat, vel, si hoc fieri nequi vt aridum factum ab alio secedat.

§. 555.

At, si fragmentum, ense abscissum, vndique reso lutum est, quod genus ἀποσκεπαρνισμὸς veteribu dictum fuit *, illud, si nondum alienatum est, seruar potest, si cutis non prorsus abscissa fuit, sed cum osse dependet. Si enim, purgato vulnere, os in sedem suam datur, cutis vero fascia, vel sutura, adducitur, raraque adhibetur deligatio, os iterum glutinatur.

* Exempla

* Exempla vide in PARAEO L. IX. Cap. VII. p. 274. LE DRAN T. I. Obſ. 22. p. 146. Confer ſupra (528) citatam ſcriptionem.

## §. 556.

Experimentis cognitum eſt, in θλάσει, ſeu, vbi in iunioribus ſine fractura deſidit, ſuperuacuam eſſe erumque omnem curationem, ad quam non prius ccurrendum eſt, quam, ſi ea eueniunt, quae cereum premi teſtantur. Nonnunquam enim id, quod epreſſum eſt, per ſe, et ſine medentis auxilio reſtiitur *, ſaepe etiam θλάσις ſine incommodo relinuitur **. Si curatio neceſſaria videtur, optimum eſt, iuxta eam partem, quae deſedit, modiolo excidere, illud ea ratione excitare, ac mox dicam, cum ad ea eruenero, quae fracta deſederunt. Sunt, qui extrincus cuti emplaſtrum glutinoſum imponunt, idque lducunt, vt cum cute etiam os attollatur, id vero, uod non ſine ſummo dolore fieri poteſt, parum procit. Experiri licet cucurbitulam, quae cum igne nprimitur ***. Maius vero periculum oriri poteſt, res terebra (*tirefond*) agitur, quia, ſi illa os perrumt, grauis metus eſt, ne id findatur, et cerebri memrana grauiter laedatur ****.

* Hoc a ſanguinis motu fieri, et ſi valentius attolluntur arteriae, quae per teneriora caluariae oſſa in pueris diſcurrunt, a vero propius eſt. Vid. PARAEVS L. IX. Cap. V. p. 270. et Exemplum in Ephem. N. C. Dec. II. A. 3. Obſ. 194. p. 377.

** Vide plures hiſtorias in MAGATO Lib. II. Cap. XIX. p. 41. Mihi aliquando accidit, vt ad hominem euocarer, qui ex tertia aedium contignatione delapſus, ab initio ſine ſenſu quaſi, dormiens erat. Quia coniectura erat, caput offenſum eſſe, Chirurgus, capillos deradens, monſtrauit profundiorem et maioris ambitus ſinum et depreſſam caluariam. Dum miramur, cutim ſuper eam colliſam vexatamque haud eſſe, homo expergefactus et ſectionem metuens dixit; nihil ibi ſubeſſe alieni, ſibi a teneris hunc ſinum fuiſſe. Is etiam ſine noxa conualuit.

*** Id,

*** Id, et cucurbitulam, propoſuit HILDANVS Cent. II. C V. p. 87.

**** Vide SCVLTETVM in Armament. Decl. Tab. XXIII. p. 1

§. 557.

Si os, quod deſidit, etiam perfractum eſt (ἔνθλαc 529), illud non ſolum cerebrum eiuſque membrana vrget, ſed interdum etiam ex fractura, quibuſda velut aculeis, pungit. Inter ea, quae accidere ſole ſi cerebrum premitur (532. 533. 534) in hoc ca grauis mouetur inflammatio, quae etiam ad ſuppu tionem ſpectat. Quare, ſi curatio negligitur, ex c rebro per rimam patentiorem pus fertur. Si aer a cedit, vlcus putreſcendo intenditur, et caro int corrupta naſcitur, quae, veluti fungus, celerius, etia ſuper caluariam, increſcit.

§. 558.

Oportet igitur protinus os, quod deſedit, excitar Plures hoc moliti ſunt excogitatis variis ferramenti terebra (*tirefond*), nec non ſic dictis eleuatoriis, quo rum alterum, quia tribus fulcris, ſeu pedibus, nititu triploides vocatur *, alterum vero nomen ab inuen tore, HILDANO **, accepit. Sed haec machinamen cum terebra ſunt, quare ſemper metus eſt, ne hac in terior oſſis pars perfringatur (555). Nec terebra i os, quod vndique reſolutum eſt et labat, ſine pericul adigi poteſt. Longe itaque melius eſt, os, quod de orſum inſedit, vecte *** attolli. Si vero, nec rim ſatis patet, nec fragmentum ex facili remoueri poteſ vectis demitti nequit, niſi prius modiolo foramen i oſſe, quod integrum eſt, fiat, iuxta id, quod deſedi quo vecti ſpatium et aditus ſit. Vbi vero id, quo fractum eſt, vecte attollitur, videndum, ne hoc fora minis orae valentius premantur, quare ſemper inte os vectemque collocandus digitus eſt.

* Vid

* Vid. SCVLTETVS Tab. III.
** Vid. HILDANVS Cent. I. Obs. IV. p. 79.
*** Vid. GARENGEOT *des Instr.* T. II. Cap. III. Art. XI. p. 152. et XIII. p. 158.

§. 559.

Si vero os, quod deorsum insedit, excitatum fuit, am cura habenda est, vt humor, qui sub caluaria luxit, euocetur, vtque fragmenta, quae labant, maxi- ea, quae acuta membranam infestant, remoueantur. cidendum etiam, quidquid spinosum et intus emi- t. Saepe foramen non satis magnum est, ad extra- nda fragmenta, quare alia foramina, mediante mo- olo, facienda sunt, et eorum septa excidenda, donec itus datur intus laedentibus.

§. 560.

Quae medicamenta durae meningi et cerebro perdanda sint, infra docebo. Quia autem metus se potest, ne os, quod perfractum et vecte excitatum it, labet, ita caput deligandum est, ne illud iterum sidat. Ob id super oras ossis, quod integrum man- fulcienda circumponendaque sunt linamenta pan- que multiplices, id autem, quod fractum est, saltem olliter contegendum, quo, dum caput fascia com- ehenditur, ossis fragmentum minime prematur. a vero fascia opus est, quae capital maius dicitur.

§. 561.

Tandem etiam caluaria finditur (530), ex quo epe incidit, vt intus arteria, vel vena rupta aliquid nguinis mittat. Hoc autem si ex iis, quae aegro ieniunt, et quae supra retuli (532. 534. ad 539), telligitur, non protinus ad modioli vsum venien- am est. Si enim rima patentior est, incisa cute hu- ior per hanc educi potest. Et, si sanguinis parum effluxit,

effluxit, illum aliis auxiliis difcuti poffe, fupra re (551). In his itaque curationibus perfeuerand erit, donec mala figna, caluariae fectionem neceff am effe, oftendunt, maxime, fi haec non minuunt fed increfcunt. Super fiffam vero fractamque cal riam emplaftra, vel fupra propofitos faccellos (51 imponere, fuperuacuum, imo noxium, eft, fine fa guinis detractione. Calor enim extrinfecus impofi rum medicamentorum humoris per rupta vafa exitu augere poteft, et ipfum humorem citius in lo nocentiorem putrefcentemque conuertere. Neceff ria etiam eft abftinentia, quies, et potus diluens, q bus diligenter feruatis, aliquando grauiores nox fine ferramentorum vfu auerti poffunt.

§. 562.

Si vero increfcentis morbi notae adfunt, hau differri debet haec efficacior medendi ratio, quam, v experiri ftatutum eft, neceffe eft, vt is, qui curare vu omnem apparatum recte difpofitum in promptu h beat. Sunt vero ex ferramentis: 1) Scalpellus, q cutis inciditur et a caluaria deducitur; 2) Terebellu acuminatum, quo prius finus exiguus fit, vt clauu recipiat; 3) Modiolus, feu ferramentum concauu teres, imis oris ferratum, Trepanum recentioribu dicitur; 4) Per modiolum medium clauus, interio orbe cinctus, demittitur, qui poft, vbi iter modiol impreffum eft, educitur; 5) Ferramentum, qu clauus ex modiolo educitur; 6) Terebra, quae in finum quem clauus fecit, adigitur, et, qua officulum, e caluaria excifum, eiicitur (*Tirefond*); 7) Penna fuccif vel fpecillum, quo foraminis altitudo exploratur 8) Peniculus ad fcobem, quae modiolo inhaere excutiendum; 9) Scalpellus exciforius, qui retufu infra lenticulam habet, ad oras foraminis circumraden da

; laeuandasque aptatus; 10) Vectes varii, maiores, norefque, quibus ossis fragmenta, quae desiderunt, :itantur; 11) Membranae custos, seu μηνιγγόφυ-ξ, quo dura meninx deprimitur, vt humor, qui sub uaria est, exitum habeat **; 12) Penicilli plures, ibus humor, qui sub caluaria, vel cerebri membra- concretus est, extrahi potest; 13) Volsella, qua ossis nora fragmenta educuntur; 14) Scalpellus anceps, ) alias vena inciditur, quem, quia eo dura mater ritur, linamentis inuoluunt, ne hominem aliosque reat.

Sunt quidam ex recentioribus, qui forcipe vtuntur ad id aptata. Vide eius figuram ex SHARPIO fig. XII.

Apud veteres hoc nomen erat laminae aeneae firmae paululum resimae ab exteriori parte laeui. Haec demitti sic solebat, vt exterior pars eius cerebro propior esset, et subinde ei subiiciebatur, quod scalpello discutiendum erat, vt medicus scalprum excisorium malleolo audacius ferire posset. Vid. CELSVS Lib. VIII. Cap. III.

Recentiores Chirurgi apud Britannos vtuntur eo genere trepani, quod sola manu tractatur atque circumagitur. Vocant *Handtrephine*. Descriptum delineatumque iam suo tempore dedit SCVLTETVS in *Armamentario chirurgico*.

§. 563.

Si vero foramen vulnusque deligandum est, ad id essaria sunt: 1) Linteolum ex sindone in orbem um, quod intus demittitur et caluariae subiicitur. hoc traiectum linum molle est, cuius capita inter leligata extra plagam relinquuntur, vt illud com- de tolli possit; 2) Puluilli in orbem contorti, seu iores glomi, qui, in foramen iniecti, cerebrum, ne eo vitiata caro increscat, continent *; 3) Ad id m idonea est lamina minor plumbea, crebris fora- ibus pertusa, et vtrinque ansulam habens, in ex- ori parte, quae cerebro propior est, laeuis, quae oramen immissa etiam carnem, ne increscat, coer- cet **;

cet **; 4) Puluilli aliquot variae magnitudinis ad contegendum; 5) Pannus multiplex, quibus h omnia conteguntur; 6) Ceratum, vel emplaſtru 7) Mantile, quod, ſi circa caput vinciendo circu datur, capital magnum dici conſueuit.

* Vid. fig. IV. ad §. 21.

** Vid. BELLOSTE c. I. Cap. XIII. p. 102.

§. 564.

Locus etiam quaerendus eſt, cui commode apt modiolus poteſt. Iam vero ſupra retuli, hoc tutu non eſſe, vbi intus in ipſo oſſe maiores arteriae ſurſu procedant, id quod in anteriori et inferiori angu bregmatis deprehenditur (543). Nec minus id pe culoſum eſt, vbi arteriae, venaeue, per foramina c uariae inſculpta feruntur, qualia inueniuntur in pa ſumma et poſteriori oſſium bregmatis, iuxta ſutur per quas haec oſſa inter ſe et cum oſſe occipitis co mittuntur. Nec ſuturae excidi debent, niſi vltii neceſſitas medentem ad id cogat. Maius tamen pe culum eſt, ſi exciditur ſutura ſagittalis propter pr ceſſum falcatum, et, qui hoc continetur, ſinum, v noſum, quam, ſi exciditur ſutura coronalis, vel, qu a graeca litera Λ nomen habet. Quia et hic proce ſus, et in eo ſinus, etiam ſub oſſe coronali ad ethmoideum procedunt, nec frontis media, eaq pars, quae ſuper id eſt, quod inter ſupercilia eſt, tu perforari poteſt. In parte infima, ſupra orbitam, duplex eſt, et ſinus habet, qui illud perforari hau ſinunt. Os occipitis in media parte habet tuberc lum, vbi et ſinus ille, qui in ſepto cerebri, ſeu pr ceſſu falcato, eſt, diuiditur in duos laterales, q vtrinque excurrunt, et illi ſepto inhaerent, quod c rebrum et cerebellum diſcernit. Sinus autem anne ſunt oſſi, in quo eorum etiam veſtigia impreſſa ce nuntu

ntur. Inferius occipitium pluribus muſculis con-
ritur. Igitur nec huic oſſi modiolus aptari poteſt,
i in ſumma, et non media, ſed laterali, parte, quae
urae proxima eſt. Nec hunc ferre poteſt os, quod
fractum eſt et labare poteſt. Si vero caluaria fiſſa
et rimam habet anguſtam, expedit hanc modiolo
nprehendere, ita tamen, ne clauus in rimam de-
ttatur, ſed aptetur loco ab ea propinquiori. Rima
atius patet, vel, ſi os enſe inciſum eſt, et modioli
atio neceſſaria videtur, hic aptari debet e latere
gae et interpoſito exiguo ſpatio.

§. 565.

Oportet vero ante omnia os nudari. Iam ſupra
ecepi (549, cutim, vbi nulla plaga ex vulnere eſt,
os vſque incidi debere, idque commodiſſime fieri
ıbus lineis inter ſe tranſuerſis ad ſimilitudinem lite-
X. Nec vero alienum eſt, cutim duabus lineis
atis, quarum cornua ſibi obuerſa ſunt, incidere,
partem orbiculatam vna ſecando excidere. Si iuxta
uram foramen faciendum, magis opportunum eſt,
im ſecare duabus lineis ad ſimilitudinem literae T.
vero diuidendus eſt muſculus crotaphites, prae-
nda eſt ſectio, quae literam V repraeſentat, ſic, vt
tex eius in parte inferiori ſit, baſis vero in ſumma,
ad os bregmatis. Quae moderatio adhibenda ſit,
uper oſſibus fractis labantibuſque cutis ſubſecari
et, alias retuli (549). Nimis durum videtur, mox
ulos ſectae cutis forfice praecidere, praeſtat illos
nquere, et inter eos atque os linamenta ponere.
ceſſe enim eſt, vt prius ſanguis ex facta ſic plaga
ns prorſus quieſcat, quam modiolus oſſi admoueri
eſt, quare vulnus impoſitis linamentis, vel puris,
ex alcohol expreſſis, deligatur, et ipſa curatio in
terum differtur. Si vero mala indicia, aegrum in

prae-

praecipiti esse, denunciant, haud expectandus ali dies est, sed quam primum id sanguis ex facto vulne erumpens, qui etiam aliis auxiliis supprimi deb permittit, caluariae sectio properanda est.

† Sunt inter Britannos, qui partium mollium orbiculun caluaria separant non ampliorem, quam vt modiolus cc mode imponi possit. A prolixiori enim earum separ one grauia saepe symptomata fieri. Iidemque modic non adeo amplos adhibent, et contra eos dicunt, qui a plioribus vtuntur, iisdemque cylindricis, secus quam G mani, quorum Trepana figuram conicam referunt N desunt inter eos, qui modiolum in fissurarum locis imp nolint. Verum de hac eius applicatione PLATNERVS n perperam praecepisse mihi videtur.

§. 566.

Vulnere sic per noctem habito, curatio loco cali lucido, et, si res id permittit, in conclaui, adhib debet amplo, cuius aer purus est et siccus, vel, coelum graue et paludosum videtur, bonis odorib et suffitu correctus. Foribus etiam pessulum obde expedit, ne perflatus sit, qui offendere patefacta cerebri membranam possit. Curatio hoc modo or natur. Homo, cui aures gossypio obturantur, col candus est in lectulo, ita, vt capiti subiectus sit dur scorteusque puluinus. Is etiam, si satis valens e considere potest in demissiori sedili. Caput minist contineat. Chirurgus digitis prehendit modioli c pulum, seu manubrium, terebello acuminato (56 562), quo prius sinus exiguus fit, qui clauum recipi vt, eo insistente, circumactus modiolus delabi n possit. Sunt, qui hoc negligunt et mox rem modio clauum habente agunt. Vbi vero modiolus circu agendus est, eius clauus in illum sinum, qui terebel impressus fuit, demittitur. Summo vero capulo qui mederi vult, imponit laeuam manum, et huic v frontem, vel mentum. Qui exercitatiores sunt, s

la

m manum imponunt. Si circumagendus eſt modiolus, is ſemper ab initio paululum in aduerſam partem circumduci debet, et poſt ita agi, vt orae ſerratae oſſi imprimantur. Eſt vero quidam premendi modus, vt foretur et circumagatur, quia, ſi leuiter imprimitur, parum proficit, ſi grauiter, non mouetur. At, i iam iter modiolo impreſſum eſt, medius clauus ducitur et modiolus per ſe agitur. Interea ſcobis, ae huic inhaeret, detergitur, et penna ſuccifa, vel cillo, foraminis altitudo, num illa vndique aequalis ſit, exploratur. Si oſſiculum excifum, terebra eiici bet, neceſſe eſt, vt haec, quae cochleae in modum orta eſt, illi ſinui, quem clauus fecit, adaptetur, ne iculum, ſi id terebra tollendum eſt, prematur et idat. Scobis ſanguinea ſignificat ad diploen venm eſſe, quo tempore etiam os mollius eſſe, ex odioli motu, et ex ſtrepitu, quem is facit, intelligi teſt. Sed tunc maiori cura agendum ſuſpendenque magis ſiniſtra manus et lentius ducendus moolus eſt: Subinde etiam foraminis altitudo, et num a vndique aequalis ſit, examinanda. Si enim illud qua parte profundius eſt, in aduerſam partem innari et paulo magis premi poteſt modiolus, quo id, od relictum eſt, prius excidatur. Vbi ſcobis iterum ida, et ſi haec, mediante penicillo (*fauſſe tente* 2. 12), excuſſa eſt, orbis modiolo impreſſus inferi- obſcurior eſſe coepit, et quaſi coeruleus, intelligi- , os fere perforatum eſſe. Igitur modiolus ſaepe ollendus omniaque diligentius exploranda ſunt, ne inopinato perrumpatur, et ora modioli ſerrata dat cerebri membranam. Oſſiculum vero tollitur, illa terebra (561. 6), vel forcipe ad id facta * ı. 6).

§. 567.

Vbi ſic caluaria perforata eſt, ſcalpello exciſo (561. 9.) foraminis orae circumradendae, et, quidq ſpinoſum eſt, et intus eminet, excidendum eſt. I vero ferramento, quod membranae cuſtodem voc (561. 11.), deprimitur cerebri membrana, quo exit detur humori intus concreto. Qui non effluit, euoc poteſt penicillis (561. 12.) donec nullum eius veſti um appareat. Non parum etiam ad excutiend humorem confert, ſi aeger interea ſpiritum cohib et tuſſiens ſternuenſque cerebri membranam co mouet atque attollit. Quod ſi vero is ſub dura m ninge coiit, neceſſe eſt, hanc ſcalpello (561. 1 haud timide et ita incidere, vt plaga latius pat Arteriis tamen, quae per hanc membranam ferunt parcendum eſt. Si qua ſunt oſſis fragmenta, vel remoueri debere, vel, ſi maiora deſederunt, citari, iam ſupra praecepi.

§. 568.

Si paruulum oſſis fragmentum intus inditum idque acutum, duram matrem vexat eique inhae id ſaepe ſine huius grauiori noxa tolli nequit. Me eſt in hoc caſu, membranam incidi, quam valent trahi atque vellicari. Imo, ſi neceſſarium vide aliud foramen modiolo faciendum eſt, quo calua ſinus latius pateat, et fragmentum commode t poſſit. Non raro id etiam fieri oportet, ſi ma fragmentum, quod totum perfractum eſt et lat duramque meningem infeſtat, per foramen ext nequit. Si plura foramina facienda ſunt, neceſſe vt prius alterius orbe comprehendatur. Sic er ſepta haud relinquuntur, quae ſcalpro exciſorio malleo excidenda forent. Illud enim, quod ſic rel

quit

quitur et ex ora eminet, ſine negotio ſcalpello exciſorio tollitur.

§. 569.

Quod vero ad curationem attinet, quae adhiberi ebet cerebri membranae, ſi illa patefacta, aſt caeteoquin integra eſt, optimum eſſe duco, ſi linteolum 63) purum, et ſuper hoc etiam ſicca linamenta imonuntur, praecipue, ſi non omnis humor euocari otuit, quem ſic linamenta bibere poſſunt. Alii uris pollen inſpergunt, atque id membranae, ſi ea tegra eſt, inducunt, illud vero linteolo et linamen: ſiccis contegunt. Expedita vero cognitio eſt, ſi ra meninx inflammata vel alienata fuit ex colore. flammata enim rubet, et alienata albidior apparet. tur, ſi illa inflammata eſt, linteolum, poſtquam per amen demiſſum et cerebro inductum fuit, reſpergi bet aqua vulneraria, cui parum eſſ. ſuccini, maſtiis et croci adiici poteſt. Videndum vero, ne haec dicamenta acria ſint et cum ſale tartari parata. ceſſe eſt, omnia ſimul adhiberi, in quibus aduerſus ammationem periculoſiorem auxilium eſſe alias uli.

§. 570.

Si vero non dura mater tantum, ſed id ipſum cerum, aliqua parte corruptum eſt, et ex foramine , vel ſanies, vel alius corruptus humor, fertur, erenda ſunt medicamenta ad vlcus purgandum nea. Optimum eſt eſſentia ſuccini, cui aliquot tulae olei terebinthinae admixtae ſunt. Si vero is valde impurum eſſe videtur, pauca eſſentia rhae addi poterit. Si haec valentiora videntur, i queunt aqua vulneraria. Commodus etiam eſt or, quo Galli crebrius vtuntur, qui balſamum auanti vocatur. Inimica ſunt acria, aquoſa, pin-

 guia

guia et nimis digerentia. Optima sunt sic dicta spir tuosa: nocere tamen possunt, si valentiora sunt, qu dura mater, quae valde neruosa est, iis nimium adfic tur. Spirituum vsu etiam omnem suppurationei cohiberi, alias retuli.

§. 571.

Si vero vlcus in cerebro est, et si hoc aere, v medicamentis nimium mollientibus ac digerentib alienatum, et si vulneri laxior vinctura adhibita fu per caluariae foramen, superque hanc ipsam, tum excrescit rarus, mollis, putris carnis instar, qui, c celerius in maiorem molem augetur, fungus cerel dicitur. Is auertitur euitatis his omnibus, ex quit is nascitur, et si in caluariae foramen, quod vel vulnere est, vel a modiolo factum, demittuntur minores atque paulo duriores glomi ex linamen formati (563. 2. fig. IV.), et his imponuntur multi ces ac gradati panni. Multi etiam vsus esse potest hoc casu illa plumbea et crebris foraminibus pert lamina Bellostii (563. 3); Quae omnia, et si liquo illi spirituosi superhabentur et vulnus rarius ac cel us deligatur, cerebrum sic excrescere haud patiunt

§. 572.

At, cum fungus iam increuit, is scalpello p cidi debet et respergi alcohol, quo etiam sangu profluuium supprimitur. Supra imponenda sunt l menta ex spiritu masticbes et succini expressa. Nec vero est, vt, impositis linamentis, pannisque, adhi tur paulo adstrictior fascia, quo illud, quod iterum crescere potest, contineatur. Nonnulli medican tis vti malunt ad carnem supercrescentem exeden idoneis. Ergo inspergunt puluerem ex aristoloc sabina, caryophyllis, mastiche, olibano et vitr

vsto, quae, quum acria sint, minus tuta sunt. Nam cerebrum grauiter afficiunt et magnam in eo suppurationem mouent.

† Fungorum caussae fere hae sunt: 1) Aer diutius admissus. 2) Medicamenta pinguia et mollientia. 3) Neglecta cerebri compressio moderata. 4) Purulenti humoris neglecta detersio et repurgatio vlceris. 5) Multo saepius cerebri corticis irritatio a pungentibus spiculis ossium aut re aliena quauis. Caussae igitur hae remoueantur; compressio vero linteis faciunda magnam moderationem requirit.

§. 573.

Quod si pura membrana, et aeger, sine malis signis est, caput sic deligatum contineri debet, donec foraminis ora, seu os, quod emortuum fuit, a parte sana recessit; id quod non protinus, sed interposito plurium dierum spatio, fieri solet. Interim ossi nudato imponi debent linamenta ex alcohol expressa. Vbi tempus processit, os labare incipit, tandemque caruncula excrescit, quae intra integram atque emortuam partem subit, et id, quod inter ossa vacuum est, implet. Haec caruncula in callum duratur, qui quasi ossis cicatrix est. Sub finem vero callus, processu temporis solidatus, in os degenerat.

§. 574.

Quamdiu callus adhuc tenerior est nondumque confirmatus, qualis in corporibus imbecillis diu quandoque esse solet, is contra ea, quae extrinsecus incidere possunt, tuendus est, imposita aurea, vel plumbea, lamella, vel etiam panniculo denso crassoque.

§. 575.

Reliqua autem curatio eadem est, quae in omnibus. Celerius, et quantum res permittit, rarius vulnera resoluenda sunt. Id bis per diem fieri, tunc saltem necessarium est, vbi magnus puris modus ex vulnere,

et praecipue ex cerebro, fertur. Omnia, quae vulner superdantur, tanto magis ea, quae per effractam, ve excisam, caluariam demittuntur, prius calefieri opor tet. Auertenda vbique aeris noxa est, euitandaqu sunt omnia, quibus vulnera infestari (391. 402. queunt. Nullibi magis necessaria est abstinentia victus tenuis, potusque aquosior. Nec quidquam magis sanguinis missionem desiderat, quam si plaga capiti illata est. Quia vero metus est, ne sanguis e rupta quadam vena missus sub caluaria coeat, expedit illum protinus, et nulla interposita mora, vel dubita tione, mitti, eius etiam quam plurimum detrahi Neminem medentium hanc occasionem, qua plures qui in praecipiti sunt, seruari possunt, decet omittere

# VVLNERA FACIEI.

## §. 576.

Vulnerum, quae in facie incidunt, non alia curatio est, quam, qualem supra praecepi (375. ad 390) Ea potissimum diligentia in his adhibenda est, vt cica trix inducatur minime foeda, vtque illa nec excrescat nec concaua sit, sed sanae cuti aequalis.

# PALPEBRAE SVPERIORIS CASVS.

## §. 577.

Vbi musculis, qui in fronte sunt, plaga transuers illata fuit, et haec cum oculo, qui sub ea est, it deligatur, vt cutis multum inter se diducatur lataqu cicatrix fiat, accidere potest, vt palpebra superior attolli nequeat, quod vitium πτῶσις τȣ̃ βλεφάρ vocatur. Si vero illud accidit, vt pili, seu cilia, ad ipsum oculum obuertantur, φαλάγγωσις* nomen est Hoc vitium etiam oritur, si musculus ille, quo supe rio

ior palpebra tollitur, resolutus, vel transuersa plaga issectus est.

* Vid. AETIVS Lib. VIII. Cap. 68. p. 135. Edit. Ald.

§. 578.

Iam a vetustissimis autoribus * huic malo inuenta uratio est, qua cutis, quae in palpebra abundare vietur, exciditur et vulnus glutinatur. Quo vero aec curatio minus dubii habeat, recentiores instruento vtuntur ad id facto **. Compositum est ex uobus argenteis bacillis, quae in altero extremo comissuram, per quam, velut per cardinem, clauus tractus est, in altero vero cochleam habent. Hac vltia mediante, bacilla, quae crebris foraminibus pertusa int, coarctari possunt. Eum vero, qui curaturus est, dulo considerare oportet, quantulo cutis detracto iturum sit, vt naturaliter se habeat palpebra; longiem vero cutim istis bacillis ita includere, vt id, quod cidendum est, ex iis promineat. Prius vero transui xior palpebra debet, et acus minor, filum sericum ceratum ducens, per illa bacillorum foramina et cum ita transmitti, vt in quoque foramine filum paulo ngius relinquatur. His constitutis scalpellus adhiendus est, et eo omne id, quod super bacilla palpeam continentia eminet, praecidendum. Vbi cutis cta fuit, ita tollenda bacilla sunt, vt fila per palpeam traiecta in hac relinquantur. Filorum autem pita post inter se deligantur et orae vulneris iunntur. Super danda sunt medicamenta, quae glutiint. Optimum est, imponere linamenta balsamo de lecha illita. Summa cura id, quod ita sutum fuit, iendum, quare etiam vterque oculus obligandus et r aliquot dies ita continendus est.

* Vid. CELSVM Lib. VII. Cap. VII. No. 8. PAVLVM et AETIVM l. c.

** Hoc primus delineauit GEO. BARTISCH in 'Οφθαλμοδουλ. P. IX. Lib. XIV. p. 178. Lites de eo agitatae fuere int RVYSCHIVM et RAVIVM. Vide RVYSCHII Epist. XIII. RAVII Responsionem ad defensionem RVYSCHII, vbi adiec est figura.

## §. 579.

Si vero oculus aperiri nequit, quia musculus r solutus est, expedit, prius imponere medicamen roborantia, linamenta ex spiritu (§. 81.) expressa, his superdare saccellos ex herbis roborantibus (518 Si haec parum proficiunt, experiendae canthariden sunt. Minimum enim emplastrum, quod ex iis com positum est, imponi potest mediae palpebrae. Veter in hoc casu ferramentum candens admouerunt, quod vero circumspectius fieri oportet, et demis prius in oculum lamella plumbea.

† Emplastrum vesicans e cantharidibus imponi potest medi parti marginis superioris orbitae, quo loco vel per foram vel per incisuram ossis ramus nerueus transit. In ma incipiente palpebra scarifari potest mediante lanceol Aliquando ignis electricus prodest. GVERINVS paraly eius musculi sustulit per embrochem (*Les Douches*) ali antea frustra adhibitis. ST. YVES suffimigia laud Possunt quoque vapores calidi rerum odoratarum et pau acriorum per infundibulum ascendentes palpebrae admit Alius homo curatus est emplastro composito ex cera et ol tartari nigro, vt MANGETVS refert. CHANDLER Tr. *morbis oculorum* laudat Vnguentum paratum ex tinctu mari syriaci admodum spirituosa, cui sapo, camphora spiritus salis ammoniaci adiiciuntur. Neque omitten illa alia, quae intus assumta corpus vniuersum mutan Sed de his videant Medici.

---

ΛΑΓΟΦ

# ΛΑΓΟΦΘΑΛΜΟΣ.

§. 580.

Aliud vitium ſuperioris palpebrae eſt, ſi illa parum deſcendit, ideoque oculum non contegit. Atque id quoque euenit, ſi vulnera colliſa, vel in ipſa palpebra, vel in muſculis, qui in fronte ſunt, non recte fuere curata. Huic vitio mederi haud licet, ſi id in corpore tenui eſt, et quod cutim macie adductam habet, nec etiam, ſi multum palpebrae deeſt. Si vero corpus plenum, et parum palpebrae deeſt, id curatio reſtituere poteſt.

† Non modo vulnera palpebrarum, ſed ambuſtiones quoque et abſceſſus ſero inciſi relinquunt cicatrices ita contractas, vt contegi oculus non poſſit. Malum hoc dicitur quoque exiſtere a ſpaſmo muſculi attollentis, a paralyſi muſculi orbicularis, ab abuſu medicamentorum ophthalmicorum iuſto magis adſtringentium, et ſiccantium, a malo poſitu infantum in cunis, quo fit, vt ii oculos ſurſum attollant, et retro poſitas feneſtras reſque alias contueri conentur. Dicitur quoque aliquando a natiuitate adeoque connatum vitium eſſe. Neque ſolius palpebrae ſuperioris ſed interdum etiam inferioris morbum eſſe HEISTERVS aſſeuerat.

§. 581.

In oculum, diductis palpebris, inferendum eſt cornu, (Gallis *emboitement*,) vel lamella plumbea. Neceſſe vero eſt, vt ante, quam haec in oculum demittuntur, is axungia quadam ſuperinungatur et ei tenerioris veſicae (323) fruſtulum inducatur. His conſtitutis, palpebra adducitur, et cutis cum adipe infra ſupercilium inciditur, lunata figura, cornibus eius iuxta vtrumque oculi angulum deorſum ſpectantibus. Ea vero moderatio adhibenda eſt, ne et palpebrae cartilago, neque muſculus, quo ea attollitur, laedantur. Vltimum enim ſi incidit, attolli palpebra non poteſt. Cutis vero ſic inciſa tantum diducitur, vt, hiante plaga, ima palpebrae ora paululum deſcen-

dat, In plagam vero coniiciuntur lamella plumbe prius ei aptata, vel linamenta ſicca, quae, diductan cutim coniungi, prohibent. Oculus, impoſitis pan nis, faſcia, quae paulo valentius adſtringitur, com prehenditur. Eſt ferramenti quoddam genus, qu oculus multum comprimi poteſt. (*Fig. XIII.*) Vt tamen cauendum; ne ei, nimium his irritato, ſuper veniat inflammatio. Si curatio bene cedit, cicatri latior naſcitur, quae, ſi eum locum impleuit, rect oculus operiri poteſt.

† Haec medendi ratio huic cauſſae ſingulari tantum accom modata eſt. Loco cornu aut lamellae plumbeae ſimilis e ebore apta eſt. Si ſpaſmus ſubeſt aut paralyſis, adhibenc remedia his generibus affectionum dicata. Si abuſus ac ſtringentium ſiccantiumque nocuit, relaxantia, mucilaginoſ oleoſa, pinguia adhibenda. Experiri quoque tum lic detractionem ſuperioris palpebrae, aut, ſi vitium in infer ori fuerit, elongationem huius, digitis faciundam, et em plaſtris atque apta faſcia, noctu praecipue, iuuandam.

# ECTROPIVM.

## §. 582.

Nonnunquam inferioris palpebrae vitium eſt, qu parum ſurſum attollitur, ſed pendet et hiat, ne que poteſt cum ſuperiore committi. Ἐκτρόπιο Graeci vocant. Atque id euenit ex mala curation ſi ex cicatrice cutis contractior eſt. Aliquando intr ſub palpebra tumores naſcuntur. Nonnunquam in fantes cum hoc vitio in lucem eduntur, quorum ocu digitis obſtetricantium nimium vexati fuerunt. Il ſenibus reſoluitur quandoque muſculus, quem orbicu larem vocant. Si fiſtulae lacrymali efficacior chirur gia adhibetur, quandoque, vel ſcalpello, vel ferr candente, cutis laeditur, qua palpebrae in oculi angu lo interno inter ſe committuntur, quae res etiam ἐκτροπίῳ occaſionem dare poteſt.

† Tum

† Tumores illi vel circumſcripti ſunt, vel per totam interiorem palpebrae tunicam diffuſi. Vtrique vel benigniores vel maligni et ad canceri naturam vergentes. Ex palpebra vlcerata etiam propullulant fungoſae carnes. Hoc caſu aliquando margo oſſeus orbitae latens vitium habet. Cuius ſi qua eſt ſuſpicio, omnis externa curatio malum exaſperat.

§. 583.

Si cutis contractior eſt, eadem ratio chirurgiae eſt, uam ,ſupra (581) poſui. Plagae tantum cornua ad iaxillas, non ad oculum, conuertenda ſunt. Si vero itus ſub palpebra caro increuit, hanc ad imam radi-em acu incurua perforare et poſt ſcalpello excidere ommodiſſimum eſt. Excidenda eſt paulatim ſecando, ita, vt ſcalpellus acui, quae traiecta fuit, et ipſi culo obuertatur. Sic enim acus oculum laedi non iit. Expedit vero ſanguinem fluere pati, et, vbi is onquieuit, plagam ſcalpello altius concidere, imo ei lmouere lapidem infernalem. Maior enim vis adhi-enda eſt, ne tumor iterum increſcat et reuertatur. imma etiam moderatione opus eſt, ne his adurenti-is oculus irritetur, quare prius neceſſe eſt, illum ungia, vel balſamo de tutia, ſuperinungi, et veſicam ter eum ac palpebras inſeri. Si muſculus orbicu-is reſolutus eſſe videtur, experienda ſunt ea, quae pra (579) poſui. Nam, ſi ex aliis occaſionibus viti-n enatum eſt, illud nullam curationem recipit.

† Si morbus ex ſenectute atque adeo paralyſi oritur, CELSI conſilium ſequi poſſumus et tenui ferramento palpebram extrinſecus adurere, de quo vid. CELSVS L. 7. C. 7.

§. 584.

Ἐντρόπιον eſt, vbi palpebrae inferioris ora oculo uerſa eſt. Huic rarius mederi licet, ſi interior pal-brae tunica inciditur, et plaga ea ratione, qua poſui, lucitur atque glutinatur.

† Huius morbi ſymptoma eſt ciliorum conuerſio ad bulbum oculi, quae ab aliis quoque cauſſis fit, quas enumerare longum

longum foret. Legatur A. C. CELSVS, AEGINETA, HE-
STERVS et CORTVM in *Dissertat. de Trichiasi*, Traiec.
ad Viadrum habita.

# SVTVRA PALPEBRAE.

§. 585.

Si tota palpebra vulnere dissecta est, ea sui pote- Necesse vero est, vt prius, quam acus transmit- tur, inter eam atque oculum inseratur lamella plum- bea. Haec, postquam suta est palpebra, tollitur, in oculum coniicitur vesica, balsamo de tutia, c- parum balsami de Mecha admixtum est, illita.

# VVLNERA OCVLORVM.

§. 586.

Si vulnere pertusa est cornea, vel sclerotica, omn- humor ex oculo effluit, quem vero protinus it- rum renasci iam veteres haud ignorauerunt *. nihil aliud vitii accessit, vulnus glutinatur, imposi- albo oui et inserta inter palpebras vesica. In ocul- etiam coniici potest balsamum de tutia, cui parv- balsami de Mecha adiectum est. Necesse vero est, oculus conquiescat, quare vterque oculus obligand- et aeger in lectulo continendus est.

* Id GALENVS in puero viderat, qui vero hoc singulare e- putauit. Vid. L. I. de Sympt. causis Cap. II. T. VII. p. Praeterito seculo plures ludificatus est BVRRHVS, callid- arcanorum venditator, qui de medicamento gloriatus - quo oculorum humores restitui possint. Vide eius Epi- lam a THOMA BARTHOLINO editam.

† Quodcunque vulnus oculorum sit, omni diligentia cur- dum est, vt aut nulla aut exigua tantum inflammatio r- ueatur. Itaque ad ea, quae supra dicta sunt, recurr- dum est.

# STAPHYLOMA.

§. 587.

Aliud vero ſub ictu oculi periculum eſt, ne, dum aqueus humor ex plaga corneae illata effluit, imul prolabatur tunica vuea, quod vitium, quia ſimi-s figura acino fit, σαφύλωμα dicitur. Hoc ſi acci-it; quia cornea malo vlcere exeſa eſt, lumen amitti-ur oculuſque rumpitur, ideoque ſuperuacua omnis uratio eſt. Si vero ex vulnere deuoluitur tunica uea, ſeruari poteſt oculus, qui vero etiam non nimi-m diſtantem curationem deſiderat.

§. 588.

Homo protinus reſupinari debet, idque omne, uod ex vulnere prolapſum fuit, condi. Hoc com-nodе fieri poteſt ſpecillo ex balaenaria virga ſecto. )uo melius vuea in ſedem ſuam reducatur, oculus eniter premi poteſt. Si plaga anguſtior eſt, quam, t id, quod prolapſum fuit, refundi poſſit, ea ſcalpel-o exiguo falcato incidenda eſt, donec ſatis pateat. Magna vero moderatio adhibenda eſt, vt, neque illa nedia corneae pars, quae pupillae obuerſa eſt, neque rolapſa tunica, ſecando, premendoue, laedantur. Prius enim ſi incidit, cicatrix, quae relinquitur, aciem ebetat, et, ſi vuea premitur atque irritatur, pericu-oſior ſequitur inflammatio.

§. 589.

Poſtquam ſic vuea reſtituta eſt, licet iis medica-nentis non inutiliter vti, quae glutinandis oculorum ulneribus idonea ſunt (586). Oportet etiam cum is inſeri veſicam. Ad inflammationem vero auerten-am ea curatio neceſſaria eſt, quam alias propoſui 292). Quo vulnus citius coeat, oculus modice com-

pri-

primendus eſt, quare ſuper linamenta extrinſecus ocu lo impoſita dari poteſt plumbea lamina, et mediant faſcia adſtringi, vel aptari machina ad id facta *Fig. XII.*

§. 590.

Ad hanc rem etiam pertinet, corpus recte iacer vt ſuperior ſemper pars ea ſit, in qua vulnus e Igitur, ſi hoc inferius eſt, collocari homo ſupin debet, coxis elatioribus, capite demiſſo. Si in later in id, vbi oculus integer eſt, ſi vero in ſumma ocu parte plaga eſt, oportet hominem fere erecto capi eſſe. Aeger continendus tamdiu eſt, donec vulnu glutinatum et in oculo renatus humor eſt.

§. 591.

Si enim id, quod elapſum fuit, iam vetuſtate ali natum videtur, altera curatio eſt, illud hamulo, v filo traiecto, attollere et ad ipſas radices excider vlcus autem ſanare, qua curatione vero omnis ocu acies corrupitur.

† Staphylomatis vocabulum datur diuerſi generis vitiis co neae. Quidam habent pro dilatatione tunicae huius fac ab abundante humore aqueo. Alii hanc cauſſam rariore eſſe dicunt, multo ſaepius vero corneae ſubſtantiam v in omni ipſius ambitu vel in loco circumſcripto craſſiore eſſe. De his omnibus legatur AVG. GOTTL. RICHTEI *Diſſert. inſerta Comment. Soc. Reg. Goetting.* T. VI. aut e ea excerpta in eiuſdem Viri Cl. *Bibliotheca Chirurg.* T. II P. IV. Digna etiam lectu ſunt, quae ſcripſit IANIN l. c.

VVLNERA

# VVLNERA NASI.

## §. 592.

Naſo ſubeſſe oſſa atque cartilaginem, nemo ignorat. De oſſibus fractis infra dicendum. Cartilago vero cu haud tuto traiicitur, quare, ſi ſutura neceſſaria ſt, ſola cutis ea comprehendi debet. Inimica ob id tiam ſunt omnia medicamenta pinguia et nimium igerentia. Magis opportuna eſt eſſentia balſamica. i vero interior membrana, quae a pituita nomen ıbet, laeſa fuit, intus iniici, vel naribus duci, debet ıua vulneraria, cui adiici eſſentia ſuccini poteſt, vel ius liquor, ad haec opportunus.

## §. 593.

Naſum penitus praeciſum iterum glutinari poſſe, ınnulli prodiderunt *. Alii anniſi ſunt, vt hunc, l ex ipſius hominis, vel ex alius, cute, ex brachio erumque, exciſa adductaque ſarcirent **.

* Adducitur Hiſtoria ex HENR. MOINICHEN Obſeru. Med. c. LYSERI Cultro Anatomico editis Obſ. 23. p. 212. Hic enim teſtatur, ANTONIVM MOLINETTVM in praelectionibus de patre ſuo, Chirurgo Veneto, prodidiſſe, eum, cuiuſdam, qui hanc ſcelerum poenam pertulerat, naſum abſciſſum, calente pane per medium fiſſo excepiſſe, et iniecta ſutura glutinaſſe. Sed MOLINETTVS in Diſſert. Anat. Pathologicis L. IV. Cap. XII. p. 174. nullam huius curationis mentionem facit, id autem affirmat, ſe Anno MDCXXV. vidiſſe *nares* a parente nobili Polono *elegantiſſime reſarcitas*, (haec eius verba ſunt). Illa hiſtoria, quam GARENGEOTTVS *des Operations* T. III. Obſ. VI. p. 55. propoſuit, fidem autoris non parum imminuiſſe videtur.

** De hiſtoria iſta a GARENGEOTTO propoſita non multo mitius iudicium tulit EL. COL DE VILARS, ſcriptor Chirurgiae haud ignobilis. Sed eius Translator Auctorem praecipitati iudicii coarguit. Aſſeuerat enim, hominem eum ipſum Pariſiis vidiſſe ſe, et ab eo didiciſſe, vera vtique eſſe quae ſcripſerit GARENGEOTTVS, h. e. naſi mucronem ſibi dentibus mordicus ablatum, in profluentem in platea proiectum, pede calcatum, ſordibus conſpurcatum, aqua frigida ablutum atque deterſum, a Chirurgo vicino ſutura dextre

dextre applicatum retentumque coaluisse pristino loco e concreuisse feliciter. Vid. ELIAS COL DE VILARS *Vollstän dige Einleitung in die Chirurgie, übersetzt von* HEINR. FR PETERSEN, T. II. p. 238. Qualecunque et quantumcun que pretium huic asseuerationi aliquis statuat, arripio tame hic oblatam opportunitatem monendi, ne vel nasi vel ali cuiuscunque partis humani corporis particulam secando i resectam, vt per paucas tantum fibrillas cum reliquo co pore cohaercat, velut inutilem neque concreturam pr tinus tollere atque abiicere velit. Potest enim nisi semp saepe tamen seruari et conglutinari. Neque huius gen ris curationes aliae praeter illam desunt. Ipse ille P TERSEN papillam mammae muliebris morsu ablatam, d bitoque postea loco appositam et concretam ab se visa esse l. c. refert. Dentes sanos errore chirurgi extractos protinus alueolis suis redditos repositosque saepe dem stabiles fieri experimentis credimus. Atque in animaliu brutorum et vegetantium generibus obuia sunt facta qu tidie, quae, ablatas prorsus partes animantium denuo co erescere et seruari posse, luculenter demonstrant.

** De hac curtarum narium curatione legi meretur GAS TALIACOTII Chirurgia curtorum per insitionem, liber, q certe egregia et eleganti doctrina abundat. Sunt ve plures, qui putant, omnia, quae in eo proposita sun commentitia esse et iactandi ingenii causa a TALIACOT scripta. In horum numero fuit IOH. ANDR. A CRVCE Chirurgia T. II. L. II. Cap. III. p. 82. Quo minus ve cum eo aliisque sentiamus, vetant testimonia praestanti. morum et fide dignissimorum Scriptorum. Teste en CORTESIO in Miscell. medicis Dec. III. p. 83. TALIAC TIVS hanc artem accepit a Turpiensibus medicis ex Boia Familia natis, in qua, vt olim medicina in familia Asc piadarum, haec ars a quodam PETRO BOIANO inuen tradita fuisse dicitur. Et ipse TALIACOTIVS, se hanc tem non inuenisse, sed a medicis quibusdam in Calab accepisse, fatetur in praefat. Etiam acriter contra e pugnat, qui, artem vanam esse, sibi aliisque persuade L. I. Cap. XVII. p. 41. Adducit autores plures, qui eius veritate ante tempora, quibus ille scripsit, testimo grauia dederunt, ALEXANDRVM BENEDICTVM, VESALIV PARAEVM, GOVRMELENVM, SCHENCKIVM Cap. XIX. 49. Imo rem experimentis a se factis confirmat L. I. C XXIII. p. 69. Etiam in Epistola, quam ad MERCVRIAL dedit, et quae in huius Libro de Decoratione, Cap. XV in Edit. Francofurti Anno MDLXXXII. impressa legitur, plures nobiles viros nominat, quibus a se nares restitu fuisse asseuerat. Atque non solum MOLINETTVS c. l. 1 etiam FIENVS in Chirurg. Lib. XII. Cap. I. et HILDAN

Ce

Cent. III. Obſ. 31. p. 214. et in Epiſtola ad IOH. GRIFFONIVM in Epiſt. Cent. Ep. XXII. quem propter hanc curationem puellae feliciter adhibitam laudat, teſtantur, ſe tales homines vidiſſe, quibus ſartae fuerint et reſtitutae nares. Conf G. F. DE FRANCKENAV Diſſ. med. de Reſtit. in integrum, Sat. Med. p. 501. SALTZMANNI Diſſ. de Chirurgia Curtorum Anno MDCCXII. et H. A. R. Sc. MDCCXIX. p. 36. TALIACOTIO in Theatro Anatomico Bononienſi ſtatuam poſitam eſſe dextra naſum tenentem, reliquit WAGENSEIL in Exercit. varii argum. p. 61.

# VVLNERA MALARVM.

## §. 594.

Malarum vulnera, ſi altiora ſunt, ſui debent. Aliquando accidere ſolet, vt parotidis canalis, cui ·men a Stenone eſt, vulnere diſciſſus ſit. Is enim dicta glandula eductus fertur ſuper maſſeterem ·uſculum, per muſculum buccinatorem penetrat, et ·ta alterum, vel tertium, dentem maxillarem ſuperis maxillae ori inſeritur. Cum hic ſaliuae ductus ·ciſſus eſt, humor multus, tenuis, dilutus ex vulnere ·t et illud glutinari haud ſinit. Quare vulnus tan·m in vlcus degenerat. Saliua eo tempore copio·r effertur, quo homo loquitur, vel cibos mandit ·maxillam mouet.

Vid. STAHLII Theor. medicam. p. 720.

## §. 595.

Hoc, ſi, vel ex vulnere, vel vlcere, incidit, ſali·e noua via in os aperienda eſt. Ergo ſubula, vel ·ud ferramentum acutum mucronem habens, in ·um vulnus ita demittendum eſt, vt membranam ·oque, qua os ab interiori parte finitur, tranſeat. · intus aliquid laedatur, neceſſe eſt, vt is, qui me·i vult, digitum in os demittat et obiiciat mucroni. · plagam ſic factam, mediante ſpecillo, vel acu ·ta auerſa, traiicitur filum ex ſerico paulo valen-



tius

tius et tortum, quod in ea relinquitur. Quia nece eſt, vt interioris vulneris orae occalleſcant, os creb us ſpiritu ardente perluendum eſt. Callum ſatis rum eſſe, intelligitur, ſi in vulnere nullus ſenſus Quo vero ſaliua ad interiora feratur, educendum fil et lapide infernali non niſi exterioris vlceris cal erodendus eſt, relicto interno. Vbi vero ſic vl exterius in mala purum factum eſt, neceſſe eſt, il comprimere et ſuperdare glutinantia, quo ſaliua in defluat. Si vulnus mox penetrauit, vel, ſi illud cc ſum eſt, filum non, niſi ſub finem curationis, imm debet. At vero, vbi cicatrix inducenda eſt, opo aegrum, nec loqui, nec cibos mandere, nec buc inflare.

* Vid. CHESELDENS *Anatomy* Lib. III. Cap. III. p. ALEXANDER MONRO *in the Medical Eſſays* Vol. II. XIII. p. 249. Mihi notum eſt exemplum, vbi vulnus cens ſcalpello tenui acuto illatum, et ex quo copioſio liua exiit, impoſitis pannis, et adſtrictiori faſcia breui curatum. Opinor, ductum ſaliualem, quamuis v exiguus is ſit, fuiſſe non diſciſſum, ſed inciſum.

† Si oris interioris membranam vulnus non tranſiit, igitur faciendum in ea eſt, id in vulneris exterioris paulo inferiori fieri debet et decliue quidem ad interr De huius generis curationibus plura videantur in *Mé ment. Acad. Chirurg. Paris.* T. III. p. 436. et alibi.

## AVRIVM VVLNERA.

§. 596.

Auris quandoque vulneratur, cuius maior cartilaginoſa eſt. Vulnus, ſi recens eſt, adc poteſt, et protinus glutinari. Si ſutura opus eſt ſola cutis, non vero cartilago, comprehendi de Si vulnus iam alienatum fuit, neceſſe eſt, vt a cartil ne aliquid, velut ab oſſe, abſcedat, quare ſuper debet eſſ. maſtichis, ſuccini, elemi. Si tota auris ſciſſa fuit, homo grauius audit. Leuamen ad

cocl

ochlea caua ex metallo confecta, qua aeris tremores olliguntur, augenturque, et ad interiora perferuntur.

## LABRORVM VVLNERA.

§. 597.

abra, si vulnere dissecta sunt, difficilius sanescunt, quod illa, dum cibus assumitur et sermo explica-r, multum commouentur. Experiendum est em-astrum glutinosum, et seruanda quies atque absti-ntia. Si vero plaga maior est, vel aliquid mutila-m fuit, ad illud suturae genus veniendum est, quod rtis labris, et sic dicto labro leporino, adhibetur.

## LABRVM LEPORINVM.

§. 598.

Non raro enim pueri nascuntur, quorum mediis labris aliquid deest. Fere semper hoc vitium, si vtero est, in supremo labro esse solet. Cum labro am quandoque maxilla ipsumque palatum fissum est mutilatum, ex qua re magna deformitas oritur.

§. 599.

Curatio, quae huic vitio adhibenda est, impedit, o minus infantes lactantes mammam sugere possint, are ei haec aetas haud idonea est. Differri mini-m debet, donec pueri a lacte depulsi sunt. Vagitus am nocere multum potest.

§. 600.

Ratio curationis eiusmodi est. Orae labri fissi inque forfice praeciduntur. Illae enim inter se ctae coire nequeunt, nisi naturam recentis vulne-habeant. Magna vero cura cauendum est, ne ni-

V 2 mium

mium cutis praecidatur. Forfice etiam nullum cı tratum mucronem habente inciditur illa membrar qua labri fumma pars cum gingiua committitur. etiam in fuprema parte aliquid ex ora relictum fuit, vel forfice concidi, vel fcalpello praecidi, debet. H factis, cutis vtrinque digitis premitur et adducitı Videndum vero eft, vt recte inter fe committant orae exafperatae, ne deformis cicatrix fiat. Per h itaque, mediante ferramento ad id facto, (379) traii untur acus acutae, et quidem in pueris duae, in ad tis quandoque tres, quae in labro relinquuntur.

§. 601.

Acuum vero plura genera funt. Ferreae optir fequuntur. Sed cum in vulnere relinquuntur, rubi ei nocere poteft. Ideo praeferri debent, quae ex au fiunt crebrioribus mallei ictibus indurato. Dum t iiciuntur, expedit, inter labrum et gingiuam demit re laminam plumbeam. Prima acus per fuprem labri partem tranfmittitur, vltima per imam. Ita ve immittendae funt acus, vt orae fibi aequales fia Melius autem cutis, quae adducitur, fequi poteft, malae manibus famuli premuntur. Vbi acus fic t iectae in labro haerent, circumuoluitur linum, q orae, ne iterum diducantur, valentius continent Si acus longiores funt, et metus eft, ne illae cut offendant, forcipe praeciduntur, et earum extrer emplaftrum, aut linamentum, fubmittitur. Non vero imponuntur medicamenta, quam, quae futo v neri idonea alias praecepi (381).

§. 602.

Sed haec curatio quafdam etiam animaduerfioı defiderat. Vbi ex praecifis oris fanguis fluit, is fı primi nullo medicamento debet. Sponte enim cc qu

uiescit, postquam orae adductae et sutae fuerunt. auendum vero, ne is ab aegro deglutitus vomitum ieat, vel spiritum intercludat, quare caput sublime abendum, quo sanguis ex ore possit efferri, id quod raecipue obseruandum, si infans curatur.

§. 603.

Nonnunquam aliquis ex prioribus dentibus mulım prominet, qui prohibere potest, quo minus orae nescere et glutinari possint. Igitur is, antequam ıratio suscipitur, euellendus est. Ne etiam labrum gingiua post curationem inter se cohaereant, intus ıri et inter vtramque partem demitti linamenta deent. Quia vero haec varium humorem bibunt, ıo vulnus alienari potest, necesse est, ea frequentius utari. Minus haec opportuna sunt infantibus, cum ıttur obstruere et spiritum intercludere possint, vel his quandoque deglutiantur. His confert, plumum, melle, vel alio medicamento ad id idoneo, maentem, crebrius intus demittere, et sic prohibere, ıo minus illae partes inter se coalescant.

§. 604.

Si vero, praecisis oris, vulnus valde, et adeo hiat, illae contrahi satis nequeant, alia experienda sunt. nplastris glutinosis, quae malis imponuntur, adsuunr vtrinque fibulae, per quas transmittitur linum, ıod, valentius adductum, oras vulneris ita iungit, se contingant. Per ea emplastra etiam plura fila ı transmitti et eorum capita inter se deligari atque stringi queunt. Alii vtrinque cutim figura vel lia lunata, et ad vulnus conuersa incidunt, et huius as inter se multum diducunt, quo cutis, dum ad utinandas prioris vulneris oras attrahitur, sequi ssit. Super lineam illam incisam dant linamenta,

 vel

vel lamellam plumbeam, vt caro increſcat, eamqu impleat, vtque cicatricis latitudo aliquid cutis prae ſtare poſſit.

† De hac ratione curandi perite expoſuit A. C. CELSV l. c.

§. 605.

Filum, quod circa acum voluitur, inceratum eſ oportet et ſatis valens. Neceſſe vero eſt, vt quae bet acus proprium filum habeat, quo illae, glutinat inter ſe oris, ſine negotio poſſint educi. Faſcia pr aliis idonea eſt, quae fundae figuram habet. Ea vero iniectam ante quartum diem reſolui haud dec nec prius ſuturas eximi, quam orae fuerunt glutinat Hoc fere quinto vel ſexto die eſſe ſolet, quo acus l bare incipiunt. Vbi educuntur, digitis comprime dae orae ſunt, et ſumma moderatio adhibenda, ne i quod glutinatum fuit, diducatur. Nec expedit, vn die omnes acus extrahere, ſed prius ſupremam, v mediam, et poſt etiam inferiorem, Vbi illae eximu tur, linum etiam commode tollitur. Poſtquam ac eductae ſunt, panni oblongi gradati ſuperimpo poſſunt et his iniici habena medio in longitudine inciſa, quam faſciam vnientem vocaui (§. 375).

† Vt felix curatio fit, haec neceſſaria ſunt: 1) Commoc poſitus chirurgi et hominis curandi. 2) Solutio fraen uſque ad finem fiſſurae in labro. 3) Calloſae cutis ſectio ad apicem uſque, vt omne calloſum, neque tam quicquam praeter id, reſecetur. 4) Acus duae vel tr triquetrae, et rectae nec nimis craſſae. 5) Harum in e ternis oris applicatio diſtans vna linea geometrica marginibus, et 6) earum tranſitus per duas tertias ſubſta tiae labrorum. 7) Fila incerata circumuoluuntur acub vel in orbem vel in modum cyphrae ∞. Si quid ex o maxillari ſuperiori deſit, et nihilominus curatio admi ſtretur, 8) inter labrum et gingiuas immitti debet puluinar linteo, quod filum longum affixum extrinſecus habet, ne ipſu fortaſſe deglutiatur. 9) Inter acus extrinſecus et labru vtrinque danda lintea carpta, ne ab acubus premantur or foraminum. 10) Ori cruentatis et adeo acubus impone

da lintea carpta ficca. 11) Defuper emplaftrum habens capita quatuor adglutinanda genis. 12) Vtrinque fplenium fatis craffum labri angulis verfus medium, quam fieri potuit adductis. 13) Haec omnia contegit et firmat fafcia illa, cuius capita in nucha firmantur. 14) Altero die linteis illis inftillari poteft aqua vulneraria. Omni tempore curationis attente obferuandus eft homo ita curatus, atque cauendum ne rifus, ploratus, tuffis, vomitus, fternutatio fiat. Neque omittendum eft, effe, qui eam fuendo adminiftrandam curationem reiiciant. Vide de his *Monum. Acad. Chirurg. Parifienf.* T.

# LINGVAE VVLNERA.

## §. 606.

Rarum non eft, linguam vulnerari, id quod, vel telo et gleba plumbea, vel ipfius hominis dentibus, fieri folet. Haec res cum dolore etiam hanc habet moleftiam, quod fermo prohibetur et cibi mandi ac deglutiri vix queunt. Linguae vulneratae non alia fuperdanda funt medicamenta, quam, quae fine noxa deglutiri poffunt. Effentia fuccini paruo fachari frustulo excipienda linguae imponitur. Si vero ardor atque dolor vrgent, magis commodum eft, oleum amygdalarum dulce cum facharo mifcere, et ei effentiam modo dictam adiicere. Nec, praecipue vulneri collifo, alienum eft mel rofatum, cui etiam effentia balfamica commode admifcetur. Os crebrius elui poteft decocto, quod et naturae vulneris et tempori inflammationis accommodatum effe debet. Saliua, qua vulnera purgantur, non parum ad curationem confert. Si lingua inflammatur, ea altius concidenda eft. Nec illud ignorari debet, non aliam fere partem in vniuerfo corpore cancro magis opportunam effe, quam linguam et vtrumque labrum.

† Si vulnus linguae tantum eft, vt longe maxima eius pars tranfuerfim vel etiam oblique diuifa fit, neque igitur labia vulneris fefe contingere queant, proponitur quidem a

multis futura iniicienda, sed quia haec neque facile fit et dolores in parte ea sensum acutum habente mouet praestare videtur curatio ope bursae descriptae in *Monument Acad. Chirurg. Paris.* T. III.

# RESOLVTIO LINGVAE.

## §. 607.

Est chirurgiae quoddam genus, quod adhiberi debe pueris, quibus a primo natali die lingua cum sub iecta parte iuncta est, et qui ob id nec sine molesti mammam sugere, nec, vbi adoleuerunt, verba recte formare possunt. His membranam, qua lingua in haeret, scalpello resecari oportet. Quo vero hoc sine periculo fiat, et ne maiores venae, quae sub lingua sunt, vulnerentur, linguae submittitur ferramentum in extrema parte incisum (*Fig. XIV*). Hac incisura excipitur illa membranula, frenulum vocant quam forfice incidunt. Est aliud ferramentum (*Fig XV*), cui scalpellus* minor affixus est, qui elatere mouetur. Hoc, si in os inseritur, et lingua attollitur et venae custodiuntur, et presso elatere membrana illa sine periculo inciditur.

* CICERONI haec chirurgia cognita fuit. Vid. L. II. de Diuinat Cap. XLVI. T. IV. p. 1.120.

† In regionibus quibusdam mulierculae multa crepant de necessaria linguae resolutione. Itaque notas scire decet quae fraenulum nimis adstrictum esse aut non esse docent. Infans, qui mammas sine molestia sugit, recte conformatam habet hanc partem. Non ideo tamen male conformata ea est, quia infans cum molestia sugit. Nutricis enim mammae aut papillae parum peruiae molestiam eam creare possunt. Non recte constituta videtur ea pars, si infa sub clamore linguam neque palato apprimit, neque sup oras labrorum exserit; itemque si lingua sub clamore anteriora non oualem figuram refert, sed quasi bifida e Nam vitium id fere in fraenulo nimis longe ad apice linguae procurrente cernitur.

CALCVLI

# CALCVLI SVB LINGVA.

§. 608.

Calculi ſub lingua in ductibus ſaliuam ferentibus nonnunquam concreſcunt, qui, vbi grandiores unt, ſummos dolores mouent. Neceſſe eſt, eos, ıciſis ſcalpello membranis, excutere et vulnus glutiare. Nam et huius vulneris curatio in prioribus oſita eſt.

# CERVICIS VVLNERA.

§. 609.

Euenire poteſt, vt muſculis, qui in ceruicibus ſunt, et quorum actione caput ſublime habetur, enſe tius incidantur. Hoc ſi incidit, caput in anteriora olabitur, et attolli nequit. Nec illud contineri tura poteſt, ſed opus eſt faſcia, quam *Diuidentem* ppellant *.

* Vid. HEISTERI Chirurg. P. III. C. III. p. 1197. Tab. XXXVII. BASSIVS Tab. IX. fig. I. a. Longe tamen melius haec faſcia caput continet, ſi ei additur alia habena duarum circiter vlnarum. Haec prius capiti ita imponitur, vt fines vtrinque a fronte et a ceruice dependeant. Super hanc fronti iniicitur alia longior faſcia in duos fines, ſeu capita, glomerata, eaque media. Capita, quae in vtramque partem ducta in ceruice decuſſant, illam dependentem habenam comprehendunt et ſiſtunt. Procedunt faſciae capita, et dexterius ſiniſtra, ſiniſtrum dextra ſub alas fertur, a quibus iterum per pectus ad ceruicem tendunt. Priusquam vero eo peruenerunt, retro dandum eſt id, quod ex habena a facie dependebat, quod etiam faſcia, cuius iterum vnum caput ſuper alterum fertur, comprehenditur. Faſciae capita ad hominis caput reuertuntur, et circa hoc voluuntur, a quo per ceruicem ad alas deſcendunt, tandemque in diuerſa ducta pectus amplectuntur et finiunt. In ceruice illa habena decuſſanti faſciae adſui, vel acu adfigi, poteſt.

---

# VVLNERA COLLI.

§. 610.

Collum etiam multa periculi plena vulnera recipit. Nam in nulla corporis ſede tot et tam variae partes ſunt ad vitae vſum neceſſariae, quam in collo *. Praeter nota enim corporis tegumenta ac plures muſculos, ſunt variae glandulae, illa maior thyroidea et praeter hanc, aliae iugulares et ceruicales, trachea cum larynge, ſtomachus cum pharynge, arteriae carotides, quae ſub maxillis in internas externaſque diuiduntur, venae iugulares, ſuperius etiam in internas externaſque diuiſae, arteriae et venae vertebrales, quae ab vtroque latere per vertebrarum proceſſus, in ceruice tenuibus cauis peruios, feruntur. Nerui paris octaui, ab hoc recurrentes **, nerui intercoſtales *** ceruicales, et ex his phrenici aliique, os hyoides, vertebrae, et, quae per has medias fertur, medulla.

* Vid. CONR. GRAFII Diſſert. de Caſu Autocheiriae, Gieſſae MDCCXII. In hac hiſtoria vulneris legitur, quod ſibi αὐτόχειρ intulerat, in quo collum ab auricula ſiniſtra ad dextram inciſum, et praeciſus fuit larynx, non totus praeciſus, aſt inciſus ſtomachus, carotis externa, duae iugulares externae etiam affectae. Nihilominus vero homo ad duodecimum vſque diem ſuperſtes fuit. Similem fere caſum retulit LA MOTTE Chir. T. II. Obſ. 212. p. 519.

** Vid. de neruo recurrente vulnere diſſecto GALENVS de Locis affectis L. I. Cap. VI. T. VII. p. 396. et LA MOTTE c. l. Homo verba quidem ore explicare poteſt, aſt ſubſurda, et ſuppreſſa voce. Experimenta in brutis facta vid. in GALENO de Praenot. ad Poſthumum Cap. V. T. VIII. p. 837. confer *the Medical Eſſays* Vol. II. Obſ. VIII. p. 114.

*** Vid. experimenta, quibus nerui paris vagi et intercoſtales in animalibus praeciſi fuere in Com. A. R. S. MDCCXXVI. p. 96.

§. 611.

Haec vulnera oculis ſubiecta ſunt. Ipſae vero ſedes, quas ex Anatomia diſcimus, indices ſunt partium

ium percuſſarum. Scire etiam poſſumus ex iis pro-rietatibus, quas alibi propoſui, (362 ad 368. 370.) x quibus, vel ſpes, vel deſperatio, oriatur, et quae romptiorem, quae difficilem, quae nullam, curatio-em habeant.

§. 612.

Homo, cui arteria carotis, vel, vbi ea diuiſa eſt, uius interior ramus, praeciſus eſt, ſeruari nequit. xterior, nec non vena iugularis externa, deuinciri oſſunt, vel comprimi (405 ad 409). Exiſtimo etiam, ullam curationem ſupereſſe, ſi vena iugularis interna rauiter vulnerata fuit. Vtrum homo, deuincta hac ena, ſuperſtes eſſe queat, in dubio relinquo. Minus ı ea vulnus digito poteſt comprimi, donec illud glu-netur. Quibus ante diuiſionem, vel carotis, vel ıgularis, praeciſa fuit, eos plerumque mors celerrime, : antequam chirurgus acciri poteſt, rapere ſolet.

§. 613.

Quibus aſpera arteria tota praeciſa fuit, iis nullo ıodo ſuccurri poteſt. Si vero illa percuſſa non ita ıagnum vulnus habet, id poteſt glutinari. Magna iligentia adhibenda eſt, ne ex vulnere ſanguis, vel ıedicamentum, vel aliud quid, in aſperam arteriam elabatur. Nam, hoc ſi incidit, tuſſis vehementiſſima ominem vrget et ſtrangulat. Orae vulneris adduci ebent et iniectis medicamentis glutinantibus curari. 'bi vero vulnus non tantum diſciſſum, ſed etiam col-ſum eſt, neceſſaria ſunt digerentia, quae locis ner-oſis idonea dixi. Ante omnia vero caput debet in-linari et ad pectus adduci, ſicque inclinatum in lecto ımdiu haberi, donec vulnus ad ſanitatem perductum ıit.

---

BRON-

# BRONCHOTOMIA.

## §. 614.

Nonnunquam autem, si spiritus propter angustia per quas is euadit, intercluditur et homo strangulatur, aspera arteria perforanda est. Hoc praecipu incidit in angina, et si per glottidem seu rimulam quae in larynge est, aliquid in asperam arteriam delapsum fuit, quod tussi excuti haud potest.

† Hac chirurgia opus esse potest, si cynanche remediis no cedit et suffocationem minatur, si ab lingua nimium tumida idem periculum instat, aut tonsillae tumidae e scirrhosae, vel polypi nasi alte in fauces descendentis, ve polypi oesophagi curatio per constrictionem vinculo faciendam administranda est. Sed si in grauiori cynanche han chirurgiam administrare velis, mature satis fiat; omittatu si pulsus iam et mollis et debilis valde atque intermitten si iam frigent artus; item si ex summa pectoris oppression et anxietate, orthopnoea et tussicula suffocante inflammatio pulmonum patet.

## §. 615.

Homo collocari debet in demissiori sedili. A posteriore vero parte minister caput eius multum reclinatum contineat et immobile praestet. Sub laryn ge et huius cartilagine cricoide inciditur cutis cum aliqua glandulae thyroideae parte, et deoperitur asper arteria. Sanguis, qui ex facta plaga fertur, spongi alcohol madefacta extergitur et supprimitur. Vbi ver glandula thyroidea inciditur, vulnerari haud debe vena illa, quae anterius super asperam arteriam fertu ne ea sanguinem fundat. Nec laedendi sunt neru recurrentes, qui e latere sursum ad laryngis musculo procedunt (610 **). Inciditur vero membrana, qu inter tertium quartumque circulum cartilaginosum media est. Etiam cartilaginosi circuli sine maio periculo incidi possunt, quos tamen integros esse satius est. Ea diligentia adhibenda, ne mucro scal pelli

elli, vel ſpecillum, vel aliud quid, illam membranam ·ritet, qua aſpera arteria ab interiori parte finitur, eque per factam plagam ſanguis in eam feratur, cum aec res vehementiſſimam tuſſim mouere poſſit.

† Locus, in quo homo ita curatur, frigidus ne ſit: ab aere enim frigido ad ſenſiles partes illas admiſſo irritatio et tuſſis fit.

## §. 616.

In vulnus itaque, quod factum eſt, ſuſpenſa manu emittitur ſpecillum, ſuper hoc iniicitur argentea ſtula, aut recta, aut incurua, quae recuruatis in ex- :riorem partem labris, vel circumcingente quadam ·mora eſſe debet, ne tota intus delabi poſſit. Remora latere debet vtrinque forata eſſe, quo fiſtula commo- e ad collum alligari queat. Alii per cutim, glandu- m atque aſperam arteriam, mox ferramentum traiici- ıt, quod cannulam habet. Id enim prorſus ſimile t ei, quo aqua hydropicis emittitur (*troisquarts*). aec curatio promptior, minus vero tuta eſt. Impo- tur protinus fiſtulae ſpongia ex vino calido expreſſa, e aer nimis frigidus, qui pulmonibus noxius eſt, ruat, eoſque offendat. Ob hanc cauſam etiam is, ıi curabitur, in conclaui calido eſſe debet.

† Chirurgia haec ſemper ſub ea ſede, vbi impedimentum aeri tranſituro oppoſitum eſt, fieri debet; eaque nihil prodeſſe poteſt, ſi vel bronchia inflammata ſunt, vel res deglutita ad ima gutturis deſcendit. Fieri autem ita debet, vt ne quid ſanguinis deſtillat in tracheam. Cauendum igitur eſt, ne glandula thyroidea ſecetur. Itaque ſi ea deſcendit in eum ipſum locum, vbi guttur aperiendum eſt, ſecta cute reprimi debet. Ne emphyſema oriatur ab aere in celluloſitates ingreſſuro, locus, vbi trachea pertunditur, ab iis atque muſculis liberari debet. Quo ipſo et hoc conſequimur, vt immiſſa poſt fiſtula tutius haereat, neque a tumentibus partibus foras trudatur vrgeaturque. Rationes tracheam aperiendi a PLATNERO aliiſque propoſitae variis incommodis impediri cum videret RICHTERVS, nouum machinamentum, idque magis idoneum inuenit, quo vna enchireſi et pertuſio tracheae et immiſſio fiſtulae fiat, tam apte

apte quidem, vt haec tuto ſedeat, atque aeris inſpira flumen non recta in parietem poſteriorem tracheae incurrat. Habet lanceolam craſſam et recuruam in cana aeque plano reconditam ſic, vt eius mucro per ſpatium lineae geometricae vnius nudus ſit. Vſus autem facile intelligitur. Non enim differt ab vſu acus triquetrae ali occaſionibus adhiberi ſolitae. Vid. de his *Noui Commentarii Soc. Reg. Sc. Goetting.* aut *Biblioth. chirurg.* viri ei clariſſ. T. III.

§. 617.

Fiſtula in vulnere relinquitur et ad collum adſtringitur. Inter oram fiſtulae et cutim ponuntur linamenta, ſuper fiſtulam vero iniicitur emplaſtrum pannuſque, quorum media pars foramen habet. Foramini imponitur ſubtiliſſima ſindon ex raris ſtaminibus contexta. Simulatque fauces ad priſtinum habitum reuerterunt, vulnus glutinandum eſt * (613).

* Haec chirurgia ab ASCLEPIADE inuenta fuit, teſte GALENO in Medico, Cap. XIII. T. II. p. 329. et CAELIO AVRELIANO Lib. III. Acutar. Cap. IV. p. 195. Illa non ſemper feliciter ceſſit, quare ARETAEVS Acut. Lib. I. Cap. VI p. 111. et CAELIVS l. c. illam, vt vanam et periculoſam prorſus repudiarunt. AVINZOAR in Lib. I. Theizir Tract. X. Cap. XIV. experimentum in capra fecit. Exempla, vt homines ea morti erepti fuerunt, lege in RENATI MOREAU Exerc. de Laryngotomia c. Th. BARTHOLINI Tr. de Angin. puerorum edito p. 132. (proſtat etiam in Epiſt. med. BARTHOLINI Cent. I. Ep. 81. p. 336.) qui eam bis feliciter adhibitam vidit, primo in hortulano, et deinde in milite cui leuis vocis raucitas poſt curationem relicta fuit. Exempla vero recentiora vide in GARENGEOT *Operat. T. I. p.* 455. *in Tranſact. Angl. No.* 416. *p.* 448. *in Compendio* IOH. MARTYNS *Vol. VII. p.* 496.

§. 618.

Num haec chirurgia, ſi protinus adhibetur, eos qui aquis ſubmerſi praefocati ſunt, ad vitam reuocare poſſit, vſus et obſeruatio experimentorum oſtendet *.

* Singulari ſtudio hanc rem perſecutus eſt GEORGIVS DETHARDING in Epiſtola ad SCHROECKIVM de methodo ſubueniendi ſubmerſis per Laryngotomiam, Roſtochii MDCCXIV. At enim, hanc curationem non omnibus ſubmerſi:

merſis opitulari poſſe, oſtendit Vir doctiſſ. IO. HENR. KESSELRING, in Diſſert. de Morte ſubmerſorum in aquis, praeſide CHR. LVDOV. CHARISIO, Regiom. MDCCXXXV, propoſita.

† Vtilis immo etiam neceſſaria eſſe poteſt haec tracheae ſectio in ſubmerſis, ſi glottis ita impedita eſt coeno, vt inflatio pulmonum, per nares nullo modo fieri poſſit. Initium tamen curationis ab ea ordiendum non eſt.

†† PLATNERVS nihil dixit de illa ratione guttur aperiendi, qua opus eſt ad extrahendum ea, quae illapſa ſunt. Antea quam de ea adhibenda certi quid ſtatuamus ſcire debemus, haereat ne alienum id in loco, ad quem peruenire liceat. Si licet, cunctandum non eſt, verum mature partes tracheam tegentes ſectione longitudinem corporis ſequente ad os ſterni fere diuidantur, et ad latera remoueantur reprimanturque, et tot cartilagines arteriae ſcalpello diſſecentur, vt, iis paulum diſtractis, via vel hamulo vel forcipi pateat, quo illud eiiciatur.

# VVLNERA STOMACHI.

## §. 619.

Communes vero aſperae arteriae atque ſtomachi curationes ſunt. Per prioris vulnus aer exit, per oſterioris cibus et potus. Inſanabile eſt vulnus, ſi otus ſtomachus diſciſſus fuit. Aegro leuamentum raeſtari poteſt, ſi mediante infundibulo iuſcula in vuleratum ſtomachum immittuntur. Vbi vero in ſtoiacho vulnus eſt, idque hiat, neceſſarium eſt, caput iclinari et faſcia ad pectus adduci (610), quo orae ulneris attrahantur. Cum autem vulnus, niſi purgaum ſit, glutinari nequeat, illud famem ſitimque delerat. Vbi vero aliquid aſſumpſit homo, vulnus ſoluendum et ſpongia ex calido vino expreſſa deterendum eſt. Ne etiam aegrum, qui nullum cibum cipit, fames perdat, is nutriri poteſt iuſculis, quae aluum immittuntur. Prius vero, quam illa intus ntur, aluus aliis lotionibus eam mouentibus ſubdunda eſt *.

* Com-

* Commemorabile experimentum est, quod a RAMAZZIN factum in eius Operibus p. 173. legimus, de moniali vi gine, quae per LXVI. dies, cum nihil deglutire posse solis iusculis in aluum immissis seruata fuit. Conf. HILDA NVM Cent. IV. Obs. 30. p. 311. De Clysterum nutrient um vsu disputatum olim fuit inter LITTRIVM et LEMER Vid. H. A. R. Sc. MDCCXVII. p. 25.

# VVLNERA PECTORIS.

## §. 620.

Sequitur, vt de vulneribus dicam, quae in pectoi sunt. Haec, vel ex acuto telo, vel ex retuso graui, atque ex glande plumbea, esse solent. Euenii vero potest, vt vulnus ad interiora haud perueni sed intra carnes desinat, id quod scire licet, si id e ploratur, obseruatis omnibus, quae alias praece (358 ad 361). Ad id vero explorandum specillo lae retuso atque pleniori opus est, qualis est fistula arge tea, qua vrinam, si naturaliter non redditur, foemin emoliri solent chirurgi.

## §. 621.

Sunt vero quaedam, quae eum, qui curaturus e decipere possunt. Si enim vulnus tenue, sed altu atque curuum, corpus vero plenum est, ac obesu incidere potest, vt, quamuis, nec specillum demit nec mediante siphone lotio per illud immitti que et, quamuis, nec spiritus, nec multus sanguis, ex vu nere feratur, nihilominus illud penitius penetret intus condita viscera arteriae venaeque percussae sin Nam digito et specillo reniti potest adeps, vel musc lus, praecipue, si corpus interea, dum specillum d mittitur, non, vt decet, inclinatur. Nonnunqua etiam ense tenui acuto discissa est vna ex cartilagir bus, quibus costae finiuntur. Hoc vulnus nec hi nec specillum admittit, nec ex eo sanguis, vel spiriti

ex

xit, et nihilominus intus viſcera maioreſque arteriae ac venae violatae eſſe poſſunt *. Illud igitur vulnus n ſumma carne et abſque periculo eſt, in quod ſpe-illum demitti haud poteſt, ex quo, nec ſpiritus, nec anguis, effertur, et cum quo aeger facile ſpirat **, i caeteroquin nullum emphyſema *** eſt, et in vul-erato nihil eorum, quae terrere poſſunt, depre-enditur.

* Vid. Exemplum in FAUDACQ p. 429.

** Eſt etiam quaedam ſpirandi difficultas, ſi muſculi externi, etiam illi, qui ad reſpirationem nihil faciunt, vulnerati et inflammati ſunt, v. gr. pectoralis maior. Haec vero, quae a dolore oritur, facile diſcernitur ab ea, quae ab emiſſo in pectus cruore proficiſcitur. Accidere tamen poteſt, vt primis diebus aeger facile ſpiret, poſt vero nihilominus difficultate ſpirandi ſtranguletur, ſi forte minor arteria, vel vena, vel ductus thoracicus, vulnere diſſectus fuit, et ex iis humor pedetentim effertur.

† Vulnera muſculo pectorali maiori, latiſſimo dorſi, aut cucullari ſic illata, vt vel ſub iis pus colligatur, vel vehementior dolor et inflammatio accedant, grauia mouent ſymptomata. Vulnus plerumque ampliandum eſt, et dolori atque inflammationi medendum.

*** Emphyſema (519) crebrius pectoris vulneribus, quae ad interiora penetrarunt, ſuperuenire ſolet, maxime, ſi ea curua ſunt et quae aer libere tranſire nequit. At enim vero, etiam in pectore, vt in capite, illud oriri poteſt, ſi aer, praecipue gelidus, in adipoſas cellulas extrinſecus irrumpit illaſque diſtendit. Ergo nec emphyſema certum indicium eſt, vulnus ad interiora perueniſſe.

§. 622.

Vulnus, quod in carne eſt, non aliam curationem quirit, quam, quae alias propoſita fuit. Si vulnus um eſt et curuum, expedit, illud protinus noua tione ampliari (373. 476. 477), quo cruor, aliaque, ae intus haerent, poſſint excuti, et quo ad interiora lneris perueniri liceat. Si illud tranſuerſum eſt ſub te, haec ſupra ſpecillum inciditur (478), vel, ſi lnus nimis longum eſt, quam, vt hac ratione chi-

 rurgus

rurgus illud ſcalpello commode perſequi poſſit, ſp cillum demittunt, et cutis ſupra huius caput alte parte inciditur (478).

§. 623.

Quandoque, ſi vulnus quidem in carnibus aſt in his altius, et ad pleuram vſque, penetrat metus eſſe ſolet, ne pleura inflammetur, et ne p illam perrumpat et in pectus deſtillet. Pus eti quandoque ſerpit et tunicam adipoſam, quae ſ muſculis, praecipue ſub pectorali et latiſſimo do eſt, rodit, quae res magnis ſuppurationibus occaſ nem dare poteſt. Igitur vel ob hanc cauſam vuln ampliandum eſt. Oportet vero aegrum in ipſ vulnus inclinatum cubare, quo omnis humor exe Nec in eiuſmodi vulnus dari turunda debet, cum hac puris exitus prohiberi poſſit. Imponuntur li menta, vel pura, vel ex medicamento idoneo expre Iniicitur faſcia, quam mantile cum ſuſpenſorio voca Nec hanc nimis adſtrictam eſſe oportet.

§. 624.

Vulnus etiam magnum, diſciſſum, et quod m tum hiat, ſui poteſt. Minus tamen apta his vul ribus ſutura eſt, cum pectus propter ſpirandi nece tatem quieſcere haud poſſit. Si vero ea vtendu oportet illam non nimis raram eſſe.

§. 625.

Peſſimae illorum vulnerum curationes ſunt, q bus vertebrae coſtaeque fractae, et in tergo, pro vertebras, tendines, aponeuroſes, aliaeque neruo partes, colliſae ſunt. In his ſanguis mittendus praeter abſtinentiam adhibenda omnia ſunt, quae uerſus inflammationem maxime poſſunt.

§. 62

§. 626.

Coſtam perfractam eſſe, intelligitur ex dolore ungente, qui eo tempore, quo ſpiritus trahitur, inrebreſcit, et, ſi locus tactu indoleſcit. Protinus huic ıalo occurrendum eſt, quia id graues pleurae inflamıationes, et febris et ſuppuratio, et ſaepe vitae periılum ſequitur. Neceſſe itaque eſt, vt contra coſtam ıtis et carnes incidantur, vtque id, quod fractum eſt, gitis in ſedem ſuam excitetur. Fragmenta vero inoſa, quae pleuram, vel carnes, vulnerant, extrahi, , ſi inhaerent, praecidi, debent. Reliqua, quae ad ınc curationem pertinent, infra, vbi de oſſibus actis dicetur, vberius perſequar. Coſtae oſſa ſunt ra, et quae facile vitium contrahunt. Ad vulnus ırandum non aliis medicamentis opus eſt, quam, ıae alibi expoſui (523. 524.). Nec in his caſibus elius ſuccurritur ac inflammationis periculum auertur, quam ſanguinis miſſione et abſtinentia.

§. 627.

Vulnus autem penitius et in ipſum pectus peneaſſe, ex variis indiciis ſcire licet. Conſiderari debet lum, quo vulnus illatum fuit (360). Digitus, vel ecillum demitti (358. 359. 621), lotio mediante hone immitti, poteſt. Si extrinſecus vulneri emıyſema acceſſit, coniicere licet, pleuram percuſſam le (621). Certior vero nota eſt, ſi ex vulnere ſpitus, et ſanguis copioſior, iſque aere remixtus atque umans, exit, vel, ſi talem vulneratus exſpuit, id ıod incidit, vbi pulmo laeſus eſt. Cur vero quanque, nec aer, nec ſanguis, quamuis eius non parum tus coiuerit, ex vulnere exeant, ſupra retuli (621).

§. 628.

Eſt tamen quaedam differentia. Sanguis ſi effluit ıbens atque ſpumans, is ex pulmone fertur, ſi ru-

 bens

bens nullo aere remixtus, laesa arteria, v. g. inter costalis est. Si exit obscurus, vena icta est, si lacteu humor sanguini admixtus est, is, ductum thoracicum discissum esse, significat. Oportet vero cum his cor siderari et ictum, qualis is fuerit, et vulnus, et inter narum partium sedes, quae etiam indices sunt, qui intus laesum sit.

§. 629.

Maiorem vero arteriam venamque, vel ipsum co percussum esse, cognoscitur, si magnus sanguin modus ex vulnere fertur, praecipue, si id in summ pectore est, et si praecluso vulnere spiritus difficili trahitur, si arteriarum motus elanguescunt, inaequal sunt, ac saepe intermittunt. Si color pallidissimu sudores frigidi, extremis partibus etiam frigidis, or untur, et aeger animo linquitur, quae omnia, eum praecipiti esse, significant. Si pulmo ictus est et sa guis ex ore copiose et sine tussi fertur, signum e maiorem arteriam venamque in pulmone percussa esse. Si tussis non, nisi parum sanguinis, extund arteriae venaeque minores vulneratae sunt.

§. 630.

At, si sanguis in pectus confluxit, is moto corpo ita mouetur, vt vulneratus eius impetum senti Praeter hanc vero etiam quaedam aliae notae oriunt quarum commune est spiritum difficilius trahi. enim sanguis diaphragma onerat, homo caput sublim habere sine molestia non potest, et, vbi illud ita hab spiritus facilius trahitur, quam redditur. Aegro ve in illud latus, in quo sanguis inclusus est, cubare iucu dius est. At, si valde multus humor effusus fu isque pulmonem adeo premit, vt spiritum haurire n queat, homo paulo liberius spirat, si erecto corpo est, quam, si cubat. Nam sic sanguis, qui coiit, qu

dei

em feptum tranfuerfum premit, non vero totum ulmonem ftrangulat, id quod fit, vbi homo, qui ectus fanguine plenum habet, fupinus iacet. Si vero in latus integrum inclinatus cubat, fpiritus multum npeditur, aft longe facilius redditur, quam trahitur. umor enim mediaftinum premit, et prohibet, quo inus diaphragma fatis defcendere poffit.

§. 631.

Non raro autem pulmo pleurae adhaerefcit. Si parte vulnus eft, et ipfe pulmo laefus eft, fanguis, ui in pectus confluere nequit, per vulnus fertur, et ore prorumpit, quare aeger fatis facile fpirat.

§. 632.

Mediaftinum autem percuffum effe, fcire licet ex fo, qui illatus fuit, ictu, ex telo, fi altius penetrauit, hominis pofitu, et fi in medio pectore dolor vrget. omo etiam, quem fupinum iacere iuuat, aegre fpi- um trahit. Accidere poteft, vt in vtroque pectoris uo fanguis confluat.

§. 633.

Praeter notas, quae, pulmonem vulneratum effe, tendunt (626. 627. 630), etiam hoc experiri licet. otio in vulnus immitti poteft, quae, fi fub proprio nere faporis in ore fentitur, pulmonem laefum effe nificat. Iam a veteribus proditum legimus, homi- m, cui pulmo grauiter ictus eft, fi in ipfum vulnus clinatus fit, loqui, fi in aliam partem, obmutefcere *.

* Vide CELSVM L. V. Cap. 26. §. 9. PARAEVM Lib. IX. Cap. XXX. p. 308. Cauffa forte haec eft: Spiritus pulmone hauftus per huius vulnus, fi id maius eft, effertur, et ideo eius tantum, quantum ad vocem formandam neceffarium eft, laryngi reddi nequit. Vbi vero vulnus coftis adprimitur, fpiritus illud permanare haud adeo facile poteft. Rem aliter explicat GENGA in Comment. in HIPPOCR. Aphor-

Aphor. ad Chirurgiam ſpectantes Sect. VI. Aphor. XVIII. p. 259. qui putat compreſſo mediaſtino ſermonem prohiberi, cum eo diaphragma nimis adducatur.

§. 634.

Non ſolum vero latentium, ſed et futurarum rerum quaſdam notas habemus, quae aegrum vel conſolari, vel terrere, poſſunt. Protinus omne vulnus, quod in pectus penetrauit, timendum eſt, minus tamen quod ex gladii ictu, quam, quod etiam colliſum, ve ex glande plumbea eſt. Raro et interdum eo tem pore, quo pulmones adſpirantes ſe contrahunt, acci dere poteſt, vt pectus vulnere confodiatur et intu nihil violetur. Poteſt ſecunda valetudo ei contingere qui nec magnum, nec altum, vulnus in pulmone ha bet, ſed, quod in ſumma huius parte eſt. Graue pe riculum habent vulnera, quae penitius penetrauerunt praecipue, quae glans plumbea impreſſit. Hos enim qui ſic vulnerati ſunt, ſi nec ſanguinis profuſione ex hauriuntur, nec inflammatione ſtrangulantur, tabe inuadit, cum iis pulmonum exulceratio accidere ſolea Sanabiliora ſunt vulnera, quae infimo pectori ſupr diaphragma illata ſunt, quia his nec maiores arteria venaeque ſubeſſe ſolent, et quia ipſum vulnus prae dio eſt, ex quo humor, qui intus confluxit, exi poteſt. Magis ob id timeri debent ea, quae in el tiori pectoris parte ſunt. Si telum per vtrumqu pectus perrupit, ſi cor, maior aſperae et ſanguine ferentis arteriae ac venae ramus percuſſus eſt, mors i propinquo eſſe ſolet. Si homini, qui graui ſanguin profuſione exhauſtus, diu quaſi intermortuus iacu (626), intra viginti quatuor horas calor, atque art riis vis, redit, ei ſalus contingere poteſt.

§. 635.

Haec vulnera glutinari non poſſunt, niſi euocat prius ex pectore, et aere, et omni, qui intus coi humor

umore. Aer cum ſanguine, ſi plaga non magna eſt, ducitur ore hominis, qui vulnus exſugit. Si omnis umor omniſque aer ſic extractus fuit, ſi poſt vulnus iſciſſum protinus deligatur, idque per aliquot dies on detegitur, homo vero et ſanguinis miſſione et bſtinentia vtitur, vulnus ſaepe intra tam paucos dies neſcit, vt hae curationes quibuſdam minus ſapientius prodigioſae viſae fuerint, et quaſi a praecipua et agica arte profectae. Oportet vero eum, qui ſic edetur, certum eſſe, nihil alieni in pectore fuiſſe rectum. Si nullus homo eſt, qui vulnus exſugat, aer nguiſque extrahi poſſunt ſiphonibus ad id idoneis *.

* Vid. *L'Art de ſuccer les playes par* ANEL.

† Suctio ſeu tubulis ſeu ore faciunda incommodis ſtipata eſt. Si aer extrahi debet, vix ſat claudi poteſt vulnus, vt, dum ſugitur, nullus nouus aer ingrediatur; aut certe inter ipſam deligandi operam nouus ingredietur. Si humor quidam extrahi debet, neceſſe eſt, vt tubuli caput attingat humorem illum. Quod vix locum habebit, ſi vulnus non verſus inferiora eſt, etiamſi tubulus verſus caput inflexus eſt. Si homo adhibetur, qui ſugat, metus eſt, ne, ſi humor purulentus eſt, aut vulneratus morbo contagioſo ſeu cognito, ſeu incognito laborat, homo ſugens ſibi noceat. Quam quidem noxam non auertere poteſt diaphragma in aliquo tubuli loco efformatum, de quo vid. LVDWIGII *Inſtit. Chirurg.* §. 973. Nam vis contagioſa halitibus non ſoli craſſae materiei inhaeret. Illos autem in os adducit homo ſugens, cum aeris communio inter os ſugentis et tubuli caput neceſſaria ſit. Vt nihil dicam de contrectatione vulneris, quae ab hac tali curatione vix abeſſe poteſt. Itaque melius eſt, aut vulneratum cuabre in vulnus, aut inciſo thorace humorem extrahere.

## §. 636.

Haec curatio vero locum non habet, vbi maior rteria venaque intus affecta ſanguinem fundit. Nunuam enim ſanguinem ex pectore emitti decet, priſquam ille intus conquieuit. Interdum vero, cum reſſo pulmone omnis ſpiritus intercluditur, res cogit llum emoliri, id quod commode ex ipſa plaga fit.

Necesse vero est, vt aeger conquiescat et vt non nisi parum spiritus hauriat, quia metus est, ne sanguis dum pulmo pectusque distenduntur, copiosior effeteratur.

§. 637.

Sanguinem vero intus conquieuisse, coniicere licet, si spirandi difficultas haud intenditur: qua re explorata is euocandus est. Fieri hoc potest per ipsum vulnus, si illud in inferiori pectoris parte est. Si angustius vulnus est, illud incidendum est, donec satis pateat, habita cura, ne pulmo laedatur *. Necesse vero est, si pulmo vulneratus non fuit, et, si ex eo nulla sanguinis profusio timetur, vt aeger spiritus quantum potest, pulmone hauriat, dum interea vulnus imposito digito contegitur. Quando sic spiritu dilatati fuere pulmones, tollitur digitus, et aeger iubetur, tussire. Tussi enim humor ex vulnere extunditur.

* Ad id idoneus est scalpellus anceps, cuius mucro retusus est. Eum debeo claro Argentoratensium Chirurgo supra laudato LE MAIRE vid. fig. XVI.

§. 638.

Si sanguis in pectore concretus nihilominus remansit, necesse est in vulnus lotionem compellere, vt cruenta, quae coiuerunt, discutiantur. Opportunum decoctum est ex hordeo, rad. altheae, fl. verbasci maluae. Si vero sanguis iam computruisse videtur, adiici potest mel, vel aqua vulneraria, et paucum salis ammoniaci. Humor, si per vulnus, quod in elatiori pectoris parte est, emitti nequit, nouum vulnus faciendum est; de qua chirurgia protinus dicam, prius vero, quae ad vulneris curationem attinent, exsequar.

§. 639.

Euocato omni humore, vulnus deligandum est. Imperandum est homini, vt spiritus, quantum potest, hauriat,

hauriat, eumque contineat. In vulnus, quamdiu ſatius videtur, illud nondum glutinari, coniicitur linteolum caeſitium, cuius orae in fila reſolutae ſunt (22). Superimponuntur linamenta mollia alio linteolo involuta *, et ſuperdantur panni, iniicitur mantile cum ſuſpenſorio. Summo pectori hoc faſciae genus accommodari nequit, cui habena opportuna eſt, quae ſub ala ſiniſtra obuoluta per pectus ad dextrum humerum tendit, eiuſque caput comprehendit, deinde ab ala dextra iterum per pectus decuſſando ad humerum ſiniſtrum fertur, quem etiam complectitur, ita vt aliquoties ad hanc rationem circumagatur. Si vero etiam vulnus in tergo eſt, faſcia, poſtquam humeri caput comprehendit, etiam per ſcapulas dari debet, et ſic vtrumque vulnus contegi.

* Turundae, ſi illae maiores durioreſque ſunt, vulnera multum alienare poſſunt et oras calloſas reddere, ex qua re fiſtulae naſcuntur, quae difficilius ſaneſcunt. Sanguinem etiam alia, quae intus ſunt, exire prohibent (20). Si pulmo laeſus eſt, illum rarum, et ſpongiae aſſimilem, irritant et inflammationem excitant, vel certe multum augent. Ergo conuenit, illas omitti, et, ſi neceſſe eſt, plagam ampliari. Cannulae, quibus alii vtuntur, longe nocentiores ſunt. Quicquid vero in vulnus coniicitur, illud lino vinciri debet, cuius lini capita extra plagam relinquenda ſunt, ne id in pectus deuoluatur.

### §. 640.

Quamdiu aliquod humoris veſtigium apparet, vulnus glutinandum haud eſt, ſed inditum linteolum (22), relinquendum. Vulneratum oportet ſemper in vulnus inclinatum eſſe, vt, ſi quid humoris intus ſupereſt, emittatur. Vbi vero is omnis euacuatus fuit, ſine mora vulnus glutinandum eſt. Multum confert, ſi vulnus raro reſoluitur, et omnis aer magna adhibita cura auertitur. Quo tempore vulnus contegendum eſt, monendus aeger, vt ſpiritum hauriat atque contineat, quo is, qui per plagam introrupit, diſcutiatur.

Si duo vulnera ſunt, nunquam vtrumque reſoluendum eſt, ſed interea, dum alterum curatur, alterum diligentius operiri debet. Periculum enim oritur, ne pulmo, aere per vtrumque vulnus irruente preſſus, nimium contrahatur, quae res exitioſa eſſe poteſt. Aer frigusque peſtifera etiam his vulneribus ſunt, quare ea celerius et admoto igne obliganda ſunt. Reliqua curatio nullam peculiarem animaduerſionem deſiderat.

§. 641.

Si pulmo percuſſus eſt, et ſanguis ex eo periculoſius ruit, nullum aliud auxilium eſſe poteſt, quam quies et abſtinentia. Vbi videntur id ſuſtinere aegri vires poſſe, ſanguis ex talo mitti poteſt, vt alia parte emiſſus deſinat fluere, qua nolumus. Vbi vero parum ſanguinis ex vulnere exiit, eum inciſa vena detrahi longe magis neceſſarium eſt, quod pulmones ex retenta in iis materia inflammationem atque mala vlcera accipiunt.

§. 642.

Si pulmo pleurae ita adhaeret, vt nullus ſanguis in pectus defluere poſſit, is omnis ex vulnere fertur. Hoc autem oportet crebrius reſolui, et ſanguinem, aliumque humorem, euocari. Periculum enim eſt, ne humor, ſi coercetur, pulmonem a pleura diducat, ſicque perrumpat, et in pectus deſcendat, ex quo non, niſi maiori negotio, emitti poteſt.

§. 643.

Caſus aſperior eſt, ſi arteria, quae ſub quaque coſta ad anteriora fertur, vulnere praeciſa eſt et ſanguinem fundit. Admoueri, et ad eam valentius apprimi debet puluillus ex alcohol expreſſus. Saepe res requirit, vt ob id vulnus noua ſectione amplietur. Si periculum vrget, vulnus vulneri adiici, et iuxta illud, quod

quod curandum eſt, aliud fieri ſub coſta debet, et aliud ſupra illam. Per has duas plagas demittitur acus curua, auerſa, vel retuſa, qualis in chirurgia aneuryſmatis adhiberi ſolet, filum ducens, quod, extracta iterum acu, in vulneribus relinquitur. Linum adſtringitur et arteria deuincitur, inter quam atque linum demitti puluillus poteſt. Repertum fuit aliud ferramentum *, quo linum mox ſine facta prius plaga traiici poteſt, quod vero corpori pleno atque obeſo vix idoneum eſſe arbitror.

* Vid. GARENGEOT *des Operations* T. II. p. 430.

† Cum vulgo cognita conſtringentia, comprimentia, obturantia remedia propter vaſis poſitum et ſedem, atque partes adiacentes motumque thoracis vtplurimum aut non commode, aut non tuto adhibeantur; ſunt aliae rationes arterias has comprimendi inuentae, quae ad vſum traductae aliquando ſanguinem repreſſerunt, ſi locus quidem arteriae vulneratae ſatis a ſpina remotus curationem eius modi admitteret. Simpliciori apparatu vſus eſt QVESNAY. Vectis eſt ex lamina eburnea, eaque tenui, cuius alterum caput linteo obuoluitur, ſub quo puluinar eſt ex linteis diſcerptis ſat multis compoſitum; idque ſauciae arteriae apprimitur; ſubiacens coſta pro hypomochlio eſt; alterum caput vectis ligaminibus duobus per foramina in eo facta datis alligatum fuit, vt commode potuit, atque ſic ſanguinis profluuium repreſſum eſt. Vid. *Comment. Acad. Chir. Pariſ.* T. II. Huic non diſſimile parari iuſſit LOTTERI. Ex chalybe factum eſt, et haud procul a capite inflexum, quo ſit, vt magis conſtantiuſque apprimi poſſit. In extremo capite foramina quatuor ſunt, per quae data fila puluinar aliquod affigere firmiter queant. In loco flexionis illius eſt foramen maius, quod iis, quae in pectore coierunt, exitum concedat. Verſus alterum caput ſunt foramina duo, oblonga illa, per quae ligamen ducitur, huic capiti firmando dicatum. Vid. idem *Volumen Comment. illorum*, p. 91. et p. 126. Sed ne haec quidem ratio comprimendi ſecuritatem praeſtat. Nam motus thoracis et abdominis laminam eidemque affixum puluinar abducere ab arteria poteſt; ſi valida vero fuerit appreſſio, fit partium vexatio; compreſſio vaſis ſolum exteriora verſus dirigitur, quae ab inferioribus ſuperiora verſus tendere debet; neque ſi qua coſta fracta eſt, ſeu ea ipſa, quae vas ſaucium in ſulco ſuo reconditum habet, ſeu ei ſubiecta, commodus erit machinamenti huius vſus. Eapropter BELLOCVS excogitauit

genus

genus quoddam torcularis (Tourniquet) maxime compositum; vt describi vix possit, descriptum intelligi ne vix quidem. Vid. idem Volumen *Comment.* cit. p. 127. Ac ne eo quidem comprimi poterit arteria, si in loco vulneris fracta costa est, et huius spinae exstantes vel forcipe demtae sunt, vel relictae pungunt partes vicinas. Alium modum proposuit GERARDVS. Ausus est, acu sat curua pleuram perfodere in loco quidem spinam versus paulum distante a vulnere arteriae atque filo constringere et costam et pleuram, arteriaeque apprimere puluinar. Vid GARENGEOT *Traité des Operat. de Chir.* T. II. p. 377. praecipue vero DE LA FAYE in *Not. ad Dionis Cours d'Operat.* p. 421. Eius autem modum cum pauci probarent, acum aliam, quam iam antea paratam haberet, proposuit GOVLARDVS. Curua ea quoque est, sulco quodam conspicua in arcus sui conuexitate, qui filum commode recondat; pertusam primo voluit foraminibus duobus, deinde foramen alterum omisit, tanquam non modo non necessarium, sed turbas etiam Chirurgo parans. Apicem eius paulum retusum fieri iubet, manubrium vero rectum, paulo longius. Sed haec quoque ratio curandi terrere potest. Nam primo fieri debet incisio cutis et musculorum intercostalium, corporis longitudinem sequens, costas quasi tres aperiens et nudans, fere vt fit in dicta paracenthesi thoracis. Deinceps ab superioris costae margine superiori persodi vult pleuram, eaque pertusa acum ad costam inferiorem dirigi eleuando manubrium sic, vt pulmo non laedatur; apice reperto prope marginem superiorem costae inferioris per pleuram ad exteriora trudi iubet, et filo manus sinistrae digitis apprehenso retentoque, retrahi et educi acum e pectore, eademque postea filo, duplici et incerato illo puluinar apprimi arteriae sauciae, reliq. Acus ipsius effigiem delineatam descripsit et GOVLARDVS et GARENGEOT in *Comment. Acad. reg. sc. Paris.* a 1740 et GARENGEOT *Trait. des Oper. de Chir.* T. II. Methodum GERARDI paulo subtilius excoluit LEBER Chirurgus Vindobonensis. Adhibet specillum flexile, cuius foramen recipit filum quadruplex. Per vulnus antea ampliatum (si ampliatione quidem opus fuerit) in pectus mittit specillum (haud dubie antea flexum) ita, vt in costae margine superiori caput eius percipiatur, et tum eo ipso loco vulnus infligit, vt filum digitis apprehendi, eiusque extremum alterum educi possit; quo facto retrahitur specillum seponiturque, atque filo, quod in sui medio affixum habet puluinar, satis constricto, atque adeo puluinari costae appresso arteria sanguinem fundens praecluditur. Vid. PLENK *Sammlung von Beobachtungen*, p. 210. In omni autem ratione costam et pleuram constringendi antea costa nudari debet, ne carnes in

cor-

corruptionem abeant. Sed cum a filo conſtricto pleura morſus accipiat continuos, ſymptomata grauiora rationem hanc medendi plerumque ſubſequuntur, dolor ſcilicet et inflammatio, quibus miſere mactatus homo mortem tandem oppetit truculentiorem, quam ſi fato ſuo relictus vna cum ſanguine animam efflaret; id enim fieri placide ſolet. Ab hac ratione vix differt ea, quam STEIDELE propoſuit. Vid. STEIDELE *Abhandlung von Blutflüſſen*, p. 77. ſeq. His igitur commotus THEDENIVS aliud remedium ad vulnera haec quaeſiuit, eoque vtens homines duos facile ſanauit. Arteriam vulneratam in ſulco ipſius oſſeo prorſus diſſecuit, adhibendo ferrum alterutra tantum parte ſecans, quod figuram folii myrti, exigui eius, retulit; diſſectae arteriae caput, quod a parte ſpinae eſt, verſus hanc ipſam ſpatio pollicis dimidii retruſit, vtens ad hanc enchireſin ferro alio, aeque figuram folii myrti aemulente, ſed vtrinque retuſo eo; ita autem repreſſae arteriae veſtigia ipſe protinus preſſit, turundam vel ex linteis carptis vel agarico efformatam, at denſiorem durioremque, adurgendo, donec ſatis et ſic compreſſum arteriae caput in ſulco ſuo eſſet, vt ſanguinem nullum eiiceret. Vid. THEDENS *Neue Bemerkungen und Erfahrungen*, p. 63. Optandum vehementer eſt, vt tam facilis atque ſimplex ratio nunquam non bene reſpondeat. Eam quidem STEIDELE parum probat l. c. pag. 79. quod arteria et fonti ſuo vicina ſit, et cum coſta et pleura arctius cohaereat, ei igitur vix detur libertas ſe contrahendi. At vero, qui ab vicinitate illa proficiſcitur, impetus ſanguinis, angulo, ſub quo intercoſtales arteriae e trunco ſuo exeunt, frangitur, atque magis etiam adhibitis communibus haemorrhagiarum auxiliis frangi poteſt. Eſtque praeterea, quae a vicinitate iſta fit, difficultas caeteris curandi generibus communis. Arteriae vero contractio haud dubie iuuatur eius ipſius diſſectione et reſolutione a coſta (diſſectae namque arteriae minores contrahuntur, inciſae hiant) nec non replicatione repreſſioneque verſus ſpinam; quo fit vt adiecta mediocris compreſſio, quam turunda facit, ſanguini ſiſtendo ſufficere poſſit

## §. 644.

Emphyſema, ſi ex intus pertuſa pleura, et, quia plaga curua eſt, enaſcitur, requirit, vt vulnus protinus ſectione amplietur. Tumori adhibenda eſt lenis fricatio, et ſuperdanda ſunt diſcutientia (519), atque inter haec etiam epithemata. Expedit, tumorem, ſi id res patitur, impoſitis pannis et arcte circumdata faſcia

fafçia paulo valentius comprimere *. Ecchymofis etiam fcalpelli curationem requirit, quo vulneris orae conciduntur.

* Emphyfema, ex quo fere totum corpus intumuit, vid. in C. A. R. Sc. MDCCXIII. p. 5. et aliud ex coftarum fractura e. a. p. 154. Conf. LE DRAN Obf. T. I. Obf. XXXVII. p. 282. FAUDACQ p. 449. feq. prae caeteris doctiff. Viri IOH. HENR. SCHVLZE Diff. de Emphyfemate, Halae MDCCXXXIII.

§. 645.

Euenire poteft, vt glans plumbea illata corpori fit, quae vero ex longinquo miffa in pectus penetrare non potuit, fed fe intra duas coftas demerfit, ibique haeret. Magna cura illa reuellenda eft. Si enim in pectus delabitur, diaphragmatis motum fiftere et citam mortem adferre poteft *. Igitur, fi ea altius infidet et recipi commode non poteft, quia labat, fub ea acus incurua traiicienda eft, ligulam, vel linteolum, trahens, quo glans comprehenditur, vt retro recipi atque tuto extrahi poffit.

* Vid. fimilem cafum in FAUDACQ p. 447.

# EMPYEMA.

§. 646.

Supereft, vt de chirurgia dicam, qua pectus vulnere perforatur, vt humor, qui intus confluxit, poffit effundi. Illa vero non folum neceffaria eft, vbi vulnus in elatiori pectoris parte eft (630), fed etiam, fi, vel ex vulnere, vel ex inflammatione, ἐμπύημα, feu fuppuratio, orta, vomica vero rupta eft. Huius enim humor fubita multitudine feptum medium onerat et fpiritum intercludit. Raro haec medendi ratio iis opitulatur, quibus hydrops, fiue id morbi genus eft, quo in pectus multa aqua contrahitur. Nec in vulnere

ıere eam admitti poſſe, niſi prius ſanguis intus erumpens conquieuerit, ſupra praecepi (636). Magnum amen diſcrimen eſt, ſi vomica a coſtarum parte, vel, i a pulmone, naſcitur. Vltimum enim ſi accidit, ex omica rupta plerumque malum vlcus manet, quod ulmonem exeſt et phthiſin adfert. Idem periculum ſſe ſolet, ſi caſus vetuſtior eſt, et, ſi ſanguis, vel pus, uod intus ex vero etiam empyemate confluxit, iam omputruit, ex quo etiam exulceratio accidere ſolet.

§. 647.

Suppurationem vero futuram eſſe, ex certis indiiis deprehendi poteſt. Si pleuritis vehemenſque et cuta febris circa dies, quos κρισίμȣς Medici vocant, ec ſudore per totum corpus diffuſo, nec ſanguine x naribus et haemorrhoidibus profluente, ſoluta fuit, in vrina nihil ſubſedit, nec ea purulenta proceſſit, neque per aluum bilioſa purulentaque deſcenderunt, el, ſi haec exigua fuerunt, et quibus aeger leuatus aud fuit, empyema futurum eſt. Id etiam timeri oteſt, ſi ab initio morbi ſanguis vel nullus detractus, el id factum fuit ſerius, et corpus malis medicamens affectum eſt. Febris enim quamuis ſe multum emittat, nunquam prorſus quieſcit, ſed interdum inenditur, vt aeger etiam inhorreat. Sentit ille cum is obſcurum manentemque dolorem et grauitatem a parte, quae ab initio vehementius doluerat; Faſtiio vrgetur, et purulentus in ore ſapor eſt, nec corus refectionem accipit; Tuſſicula vexat, quae tamen ihil emolitur; ex quibus omnibus praeſagire licet, omicam futuram eſſe, quae circa viceſimum diem vtlurimum erumpere ſolet.

§. 648.

Aliae vero notae oſtendunt, quo latere pus ex omica rupta confluxerit. Res enim plerumque manifeſta

nifesta est, si sanguis ex vulnere coiit. Vomica vero nasci solet eo loco, qui ab initio acuto vehementique dolore affectus fuit. Homo, ea rupta, impetum intus circumfluentis humoris sentit, cui in latus, in quo pus est, cubare iucundius est. Si enim in latus sanum cubat, id ex pondere aliquo onerari videtur. Multo etiam pure intentum latus magis se attollit et aliquantum intumescit (conf. 630).

§. 649.

Si igitur res cogit, vel sanguinem, vel pus, emoliri, aperiendum pectus est; Aeger cubare in ventrem debet, eoque sic collocato, ante omnia inueniendus locus est, quo pectus tuto perforari potest. Esse vero is solet inter nonam decimamque costam, iuxta vertebras, ad tertium circiter digitum ab horum processibus transuersis, et ad quintum, vel sextum, a media spina. Vbi locus repertus est, ex atramento linea super eum duci eaque incidi debet.

§. 649.

Prius vero incidenda cutis adepsque est, plaga recta, ad inferiora descendente, quam, ne strictior sit, longam esse oportet, Post vero hominis ventri submittendus puluinus, et altera transuersa plaga facienda est, qua et musculi et pleura aperiuntur. Magna vero cura adhiberi debet, ne pulmo laedatur, et ne arteria intercostalis praecidatur, quare scalpellus ab hac longe esse, et ad summam inferioris costae partem multum inclinari, vbique etiam leuissima manu teneri debet.

§. 651.

Pectore sic perforato, pus, vel cruor, erumpit. Vulnus illo ancipiti scalpello (637. *) potest ampliari. Si magna vis puris intus confluxit, non protinus omne, sed eius maior pars, effundi, et haec curatio diuidi

iuidi debet. In vulnus coniiciendum, et in hoc re-nquendum eſt linteolum caeſitium (22. 639). Si ad etergendam malam materiam id neceſſarium videtur, itus infundi poſſunt ſupra commemoratae lotiones 538). Non raro illae melius omittuntur, cum et umor, et ipſe aer, qui cum his intus fertur, ſaepe us noceant, quam illae proficiunt.

§. 652.

Si, vulneris et ſanguinis emittendi cauſa, nouum ulnus factum fuit, prius, et quod caſu inflictum eſt, utinari, ex altero vero, id, quod humoris ſupereſt, oteſt emitti. Quae ad reliquam curationem, aegri iam poſitum, pertinent, ſupra (639. 640) com-ehenſa ſunt.

§. 653.

Pus, quod in pectore coiit, quandoque per aluum que vrinam efferri, obſeruationibus compertum eſt *. uius rei cognitio, cum ſecuritatem aegro polliceatur, iam ad hanc medendi rationem pertinet. Nam onea auxilia haud inueniuntur, ſi ſalutaria a pernici-is non diſcernuntur.

* Vide GALENVM de locis affectis Lib. VI. Cap. V. T. VII. p. 517. HIPPOCRATES vero in Coacis No. 429. de purulentis pronunciauit, mortis ſignum eſſe, ſi iis pus per aluum fluat. Hoc vero intelligendum videtur de phthiſicis, et quibus pulmo corruptus eſt, non vero de empyemate. Commemorabile exemplum legitur in Comm. A. R. Sc. Anno MDCCXXXI. p. 724.

§. 654.

Magnum etiam periculum adfert pus, ſi eius coi-s in mediaſtino factus eſt. Huius rei cognitio ficilis eſſe ſolet. Coniecturam facit dolor, ſi in edio pectore ſub ſterno ſentitur, et ſi ea indicia, ae ſupra propoſui (645), adfuerunt, et ſi nihilomi-s ex perforato pectore nihil puris effluxit. In hoc

caſu iam olim chirurgia propoſita fuit, qua ſternum modiolo exciditur *, ad quod auxilium decurrendum vbi vltima experiri ſtatutum eſt.

* Hanc chirurgiam olim adhibuit GALENVS de Adminiſtrat. Anat. Cap. XIII. T. IV. p. 262.

# VVLNERA ABDOMINIS.

## §. 655.

De vulneribus, quae abdomini inferuntur, etiam dubitari poteſt, num illa altius et intus penetraverint. Hoc ex iiſdem notis, quas ſupra propoſui (621), cognoſcitur, et ſi plaga non alium humorem, cibum, potum, chymum, chylum, lympham, bilem, ſtercus, vrinam, vel horum odorem, exhibet, ſi nec ea, quae per os, vel aluum, redduntur, rufo ſanguine mixta ſunt, ſi non alia mala ſigna, et quae periculum oſtendunt, rigor, horror atque febris, inflammatio, dolor, ſpiritus difficilis, ſingultus, neruorum diſtentio, animi defectio, ſudor frigidus, vel, qui non per totum corpus aequalis eſt, ſuperueniunt.

## §. 656.

Etiam in hoc vulnerum genere euenire poteſt, vt ex minori, aſt altius penetrante, plaga nihil exeat. Igitur haec (655) ſedulo conſideranda ſunt, et videndum, num ſpiritus facilis ſit, et num, contrectato ventre, tumor vel durities ſentiatur. Nam, vbi ſanguis in ventrem confluxit, is indureſcit atque diſtenditur, praecordia ſurſum contrahuntur et dolent, ſpiritus aegre trahitur. Tandem, ſi homo non ſanguinis profuſione rapitur, accedere ſolent inflammationis internae notae.

§. 657

§. 657.

Periculum habent vulnera, quibus musculorum, qui in abdomine sunt, tendo, lineam albam vocant, percussus est. Solent enim graues inflammationes cum signis malis, et quae valde terrere possunt, cum acuto dolore, vomitu, singultu, neruorum distentione, imo cum periculo mortis, oriri. Protinus ea necessaria sunt, quae aduersus inflammationem maxime valent.

§. 658.

Magnam etiam inflammationem accipere solent musculorum rectorum aponeuroses, si in eas mucro gladii, vel alius teli, desedit, illaeque exigua tantum parte fissae sunt. Id vero cognoscitur, si circa leuem plagam durus tumor permanet, isque cum inflammatione, aliisque malis signis increscit. Quod vbi incidit, necesse est, vulnus scalpello latius aperiri (83. 187. 199), quo illud satis pateat, et humori exitus detur. Super illud autem vtendum est medicamentis, quae ad pus in locis neruosis mouendum idonea sunt, suerdatis aliis adhibitisque omnibus auxiliis, quae aduersus inflammationem possunt.

§. 659.

Vulnus magnum altumque, quo et cutis, et musculi, discissi sunt, etiamsi illud haud ad interiora peruenerit, aliud, graueque, periculum facere potest. Nam peritonaeum, quo intus abdomen inclusum est, mole illud onerantium viscerum distenditur, vt intestina atque epiploon continere satis nequeat. Inde herniae genus oritur, de quo infra dicam. Quo vero illud auertatur, vulnus protinus suendum est, non alia ratione, ac mox de aliis vulneribus dicam, in quibus hoc suturae genus, quod gastroraphiam nominant, necessarium est. Caeteris vulneribus, quae ad interi-



ora

ora haud peruenerunt, eadem curatio adhibenda, quam in pectoris vulneribus (622. 623) expoſui.

§. 660.

Vulnus vero ad interiora penetraſſe, per notas ſcire poſſumus, quas alias (627. 628. 629. 655) propoſui. Si ſpecillo vtendum eſt, illud non nimis tenue neque acutum, eſſe, et quam leuiſſima manu tener debet, quoniam periculum eſt, ne eo id, quod occurrit, violetur. Frequentius, ſi abdomen ictu perforatum eſt, epiploon atque inteſtina euoluuntur, quae oculis ſubiecta ſunt.

† Vt metus ille non ſit, chirurgi ad explorandum vulnus eius generis vtuntur cereo.

§. 661.

Quid vero intus laeſum ſit, aliae notae ſignificant. Ipſum enim telum conſiderari debet, vt ſcire poſſimus quo, et quam alte, illud peruenerit. Specillum oſtendit, num plaga recta ſit, num curua, num flexa et tortuoſa, qualis fieri poteſt, ſi vulneratus eo temporis articulo, quo is percuſſus fuit, corpus repente in aliquam partem inclinauit. Et viſcerum ſedes, quarum notitia ex Anatome petenda, indicant, quid intus percuſſum ſit. Haud tamen illud debet ignorari viſcerum poſitum ex variis occaſionibus non parum mutari. Nam vbi corpus erectum eſt, altius deſcendunt viſcera, et ipſum, quod his innexum eſt, diaphragma. Multum etiam intereſt, an homo vulnus acceperit ieiunus, vel, poſtquam ſe aſſumpto cibo potuque repleuit. Nam et haec res efficit, vt, aucto ventriculi pondere, viſcera magis deprimantur. Conſtat etiam inter omnes, ſeptum tranſuerſum cum omnibus viſceribus, quae illi innexa ſunt, eo tempore deorſum ferri, quo pulmones ſpiritum hauriunt, ite-

rur

um vero adſcendere alio tempore, quo illi adſpirantes e contrahunt

§. 662.

Ad ſingulas vero ſpecies ſi veniendum eſt, vbi eptum tranſuerſum percuſſum fuit, praecordia vehe-nenter dolent, accedit inflammatio, febris. Spiritus arus eſt et aegre ducitur, homo crebrius ſingultit, ionnunquam vomit: Quae omnia aſperiora ſunt, ſi percuſſum fuit medium ſepti tranſuerſi, quod neruo-um eſſe conſtat.

§. 663.

Si ventriculus vulnus accepit, inſequitur praecor-iiorum dolor, nauſea, anxietas, crebriori vomitu ruenta et bilioſa eiiciuntur. Si quid cibi, vel potio-is, aſſumptum eſt, id cito redditur, vel ex vulnere ffertur. Solet etiam et ſingultus et ructus frequens ſſe.

§. 664.

Eaedem fere (663) inteſtini vulnerati notae ſunt. Ex tenuiori inteſtino exit chylus, ex craſſiori ſtercus, uorum odor ex vulnere ad nares fertur. Venter umet et indureſcit, cruenta per aluum deſcendunt. Homo eundem dolorem patitur, quem is, qui colico norbo afflictus eſt. Frequens etiam eſt vomitus ac ingultus.

§. 665.

Vbi iecur percuſſum eſt, vel ſanguinis profuſio iominem repente exhaurit, vel, ſi is ſuperſtes eſt, piritus cum moleſtia ac dolore ducitur. Accedente nflammatione, ſeu hepatitide, totum corpus decolora-ur et ictericum fit. Vbi vero bilis receptaculum, llaque itinera, per quae haec emittitur, vulnerata unt, bilis ex vulnere fertur.

§. 666.

Renibus percuſſis, vrina in adipem, quo renes comprehenduntur, huiuſque cellulas, fertur. In his vero mala vlcera, et quandoque gangraena, enaſci ſolent. Dolor acrior cum prurigine ac calore eſt, quia humor ſerpendo penetrandoque adipem aliaſque partes vorat. Pauca vrina et cum difficultate redditur, in qua quaedam cruenta concreta ſunt, aut ſanguis per vrinae iter editur. Vbi vulnere praeciſus vreter eſt, dolor ad inguina teſticuloſque deſcendit, quem dolorem alias patiuntur, quibus calculus ex renibus in vreteres prolapſus deuoluitur.

§. 667.

Meſenterio autem vulnerato vehemens dolor eſſe ſolet, praecipue, ſi nerui praeciſi fuerunt. Toto enim meſenterio crebros neruos intextos eſſe compertum eſt *.

* Vid. RVYSCHII Aduerſ. Dec. II. Cap. IV. p. 8.

§. 668.

Vterus ſi percuſſus eſt, ſanguis per naturam deſcendit. Non attinet dicere, hoc ex alia occaſione accidere poſſe.

§. 669.

Vrina, ſi in viris per aluum excernitur, ſignificat, veſicam ea parte vulneratam eſſe, qua cum inteſtino recto committitur.

§. 670.

Euenire poteſt, vt ex recenti vulnere pus cum ſanguine profluat, id quod accidit, ſi qua parte fuit vomica, olim ex alia cauſa excitata, et iam telo percuſſa ruptaque.

§. 671.

Periculoſa vulnera ſunt, quae altius in abdomen penetrant. Raro incidit, vt vulnus ad interiora et per

er medium abdomen ad oppositam partem ita perveniat, vt intus nihil subsit, quod ictum fuerit. Plerumque enim ex discissis vasis sanguis profluit, vel scissis neruosis sedibus vehemens dolor et inflammatio mouetur, vel humor ex percussis receptaculis effusus corrumpitur, quo integrae partes tandem afficiuntur vitianturque ita, vt hominem, vel gangraena, vel tabes, tollat.

§. 672.

Vix ad sanitatem perueniunt, quibus septum transuersum percussum fuit. Certior tamen desperatio esse solet, si media atque tendinea eius pars icta fuit.

† A pertuso septo transuerso genus singulare herniae aliquando relictum fuisse in medicorum libris legimus vid. JOSEPH. TADD. KLINKOSCH, *Programma quo divisionem herniarum etc. proponit Pragae.* Prostat quoque descriptum in *Thesauro* Dissertationum ab EDVARDO SANDIFORT collectarum.

§. 673.

In praecipiti sunt, quibus ventriculus percussus fuit, praecipue, si duo tergora vulnerata sunt. Nulla vero spes superest, si icta fuit ima ventriculi, nec non ea pars, vbi pylorus est, et is in summum intestinum coarctatur. Seruari quandoque possunt, quibus in suprema parte vulnus est *.

* Id testantur cultriuororum exempla. Vide de cultriuoro Prussico scripta BECKHERI et LOTHI, et de foemina relationem HVBNERI.

§. 674.

Idem fere periculum adferunt intestinorum vulnera. Glutinari possunt interdum minora et recta, praecipue si vulneratum intestinum ad peritonaeum commode adduci potest. Intestinum, si vtrinque perforatum est, plerumque mortem maturat. Facilius sanescit crassum, quam tenue. Nonnunquam homines

nes seruati sunt, quibus intestinum totum discissum fuit *, imo alii, quibus maior pars fuit corrupta et ablata **.

* Vide BLEGNY Zodiacum Med. Gall. Anno MDCLXXX. mense Iunio Obs. IV. pag. 123. Ephem. Nat. Curios. Dec. II. A. VIII. Obs. 229. et illum casum a Celeber. Viris ABR. VATERO in Differt. de Vulnerum in intestinis lethalitate, Witteb. MDCCXX. et POLYCARPO GOTTLIEB SCHACHERO in Differt. de Intestinorum situ praeternaturali, Lipsiae MDCCXXI. descriptum. Conf. *Transact. Angl.* No. 366. p. 89. et in Compendio Vol. VII. p. 515. Tab. XVII. fig. 81.

** RAVIVS in Orat. de Methodo Anatomen docendi et discendi p. 36. profitetur, se curasse intestinum ileum, quod ad longitudinem trium vlnarum per vulnus prolapsum, et per quatuordecim dies aeri expositum fuerat, magna cum suppuratione. MERIVS in Comm. A. R. Sc. MDCCI. p. 370. testatur, in foemina, cui hernia inflammata fuerat, corruptum fuisse intestinum ad longitudinem quatuor, vel quinque circiter, pedum, quae vero conualuit, relicto etiam in inguine foramine, per quod ea, quae per intestina descendere solent, emissa fuerunt. Similes fere historias habet CHESELDEN *in the Anatomy* p. 148. seq. Tab. XXIII. et XXIV. et Celeberr. HEISTERVS in Obseru. Med. Misc. theoreticis et practicis Helmst. Anno MDCCXXX. propositis, Conf. *the Medical Essays* Vol. I. Obs. XX. pag. 227. vbi tandem vlcus, quod in inguine relictum fuerat, iterum fuit glutinatum. FAUDACQ *Reflexions sur les playes* p. 562. vulnus describit valde collisum, quippe pluribus minoribus plumbeis globulis (*mit Schroot*) colo illatum, et quod ad sanitatem iterum perductum fuit. Vulnus coli, ex quo alui etiam faex exierat, perfecte sanatum descripsit GAETANVS TACCONI. Vid. Commerc. Literar. Anno MDCCXXXVIII. hebd. XLII. p. 329. Ex his clarum est, intestinorum vulnera, etiam vehementiora, curationem recipere posse.

† Sunt plures historiae de coli vulneribus ita persanatis, vt anus artificialis seu succenturiatus hominis vitam produceret. Prae aliis omnibus legi meretur ea, quam B. S. ALBINVS memoriae mandauit in *Annotation. Academic. Lib. II.*

§. 675.

At, quibus iecinoris summa vel extrema pars leniter vulnerata est, ii conseruari possunt. Vbi vero hoc viscus medium percussum est, et vbi laesae sunt maiores

res arteriae ac venae et bilis itinera, vulnus mortiferum eſt.

§. 676.

Periculum etiam certum eſſe ſolet, ſi alia viſcera, lien, pancreas, huiuſque meatus, nec non receptaculum chyli, vulnus acceperunt. Mors etiam plerumque ſequitur, ſi meſenterium percuſſum fuit. Id enim et multas maioreſque arterias venaſque, tum ſanguinem, tum chylum, ferentes, crebros etiam neruos, habet, et adipem innatum, ob quem illud corruptioni et gangraenae valde opportunum eſt. Omentum celerrime corrumpitur, ſine noxa vero id, quod corruptum eſt, abſcinditur.

§. 677.

Vterus cum periculo ſummo vulneratur, maxime in grauida, in qua arteriae venaeque multum diſtentae ſunt. Plerumque enim foeminae breui profuſione ſanguinis, vel inflammatione, moriuntur *.

* Grauidae mulieris tumidus vterus facile vulnerari poteſt. Vid. Exemplum, vbi non ſolum is, ſed et ipſe partus, minori glande plumbea (*Schroot-Korn*) percuſſus fuit, in Diſſert. de Vtero grauidae vna cum foetu vulnerato, quam IOHAN. MART. REICHARD, Argentorati Anno MDCCXXXV. propoſuit.

§. 678.

Non ita mala ſunt vulnera renum, quae in ſumma et externa horum parte ſunt, mortifera vero, quae penitius penetrauerunt. Si enim ex plaga, qua ren percuſſus, vel vreter praeciſus eſt, vrina exit, illa futuram mortem, vel maturiorem, vel ſeriorem, denunciat.

† Si a vulnerato rene cruor multus in laxam et adipe plenam celluloſitatem effluit, ſuppuratio diffuſa multum negotii facit.

§. 679.

Non ſemper mortem ſequi, ſi veſica vulnerata eſt, docet illa chirurgia, quae calculoſis adhibetur. Interdum etiam euenit, vt glans plumbea, quae per abdomen in veſicam perrupit, in hac, glutinato exterius vulnere, relicta fuerit, cui poſtmodum accreuit calculus *. Nihilominus vero haec vulnera peiora ſunt, et quae magnum periculum faciunt.

* Vid. HILDANVS in Obſ. Chirurg. Cent. III. Obſ. 67. p. 250. et de Lithotomia Cap. III. p. 710. TH. BARTHOLINVS in Epp. med. Cent. III. Ep. XXXV. pag. 128. aliud exemplum a MORANDO propoſitum in *Tr. de la Taille au haut Apparcil* p. 224. Conf. H. A. R. Sc. Anno MDCCXXV. p. 30. et CHESELDENS *Treatiſe on the High Operation* Tab. X. Lit. D. TVLPIVS in Obſ. Med. Lib. III. Cap. IX. p. 195. habet hiſtoriam de homine, cui hypogaſtrium cornu tauri ſilueſtris ictum fuit. Poſt curatum vulnus homo calculo laborare coepit, et tandem valde magnus fuit ex veſica extractus, in huius autem medio repererunt turundam, ſine dubio in vulnere olim relictam.

§. 680.

Quodſi ex certis indiciis coniicitur, intus, quamvis vulnus penitius penetrauerit, nihil eſſe violatum, protinus proſpiciendum eſt, ne quid aeris, ſanguinis, vel alius humoris, in ventre maneat. Niſi igitur aliud quid hoc prohibeat, (prohibere vero poſſunt inteſtinum ac epiploon, ſi haec per vulnus prolabuntur) aeger, quamdiu aliquid profluit, certa ratione collocari, et in vulnus inclinari debet, quo omne, quod intus eſt, profluat. Melius etiam id expellitur, ſi aeger ſubinde ſpiritum continere iubetur. Humor etiam ore alius hominis, vel mediante ſiphone, educi poteſt (635). Si plaga nimis anguſta eſt, illa noua ſectione latius aperiri debet. Demitti etiam in vulnus poteſt lotio (638), qua ea, quae intus ſunt, eluuntur, donec purus humor per vulnus redditur. Tandem

em vulnus, vt in aliis, carne repletur, et cicatrix ducitur.

† Si sanguis multus ex vulneratis vasis diffusus est inter viscera, putredo nata vix non semper hominem rapit. Fit vero etiam nonnunquam, vt is haereat inter peritonaeum et intestina loco quodam definito. Tum prodesse potest tempestiua eius emissio ex vulnere versus inferiora ampliato. Hac de re lectu digna sunt, quae PETITVS, Filius, commentatus est in *Comment. Ac. R. Chir. Paris.* T. I. p. 237. seq. T. II. p. 92. seq.

§. 681.

Sanguis vero non prius his auxiliis euocari potest, iam, si intus conquieuit, cuius rei nota est, si abdoen haud magis intumescit. Si enim fluere non deiit, aeger in praecipiti est (629). Non satis tutum, iod vero vnicum est praesidium, sanguinem alia irte emittere, quo is a vulnere auertatur, et quo sa hominis imbecillitas sanguinis profusionem probeat (636. 637. 641).

§. 682.

In omnibus abdominis vulneribus nihil magis procit, quam, si aluus crebrius leui lotione ex emollitibus composita ducitur. Leuatis enim sic intestis, abdomen molle fit, vulnus celerius glutinatur. t enim, si in crasso intestino vulnus est, clysteres sine ernicie adhiberi non possunt, quia id, quod in aluum oniicitur, per vulnus in abdomen effertur.

§. 683.

Frequentius incidit, vt ex vulnere, si id paulo lais patet, et omentum, intestina, euoluantur. Omenm mox considerari debet, num illud, quod breui orrumpitur ac emoritur, integrum sit. Solet enim se, si rubet ac calet, vbi illud protinus super intestina duci debet. Accidere vero potest, vt sub eo sit instinum, quod, si ei immoratur et in ventrem compellitur,

pellitur, contortum manere poteſt et εἰλεὸν morbum afferre, quare illud, antequam conditur, diligentius, ſumma tamen cum moderatione, exſolui debet. Id vero, quod ex omento liuidum, nigrum et emortuum eſt, oportet protinus forfice abſcindere. Sed vero ante quaedam facienda ſunt, ne ex ſanguinis profuſione periculum ſit. Id, quod prolapſum eſt, paulatim adducitur et explicatur, ne qua arteria, vel vena, laedatur. Traiicitur per illud medium acus maior, lino incerato ſequente. Lini duo capita prius ex ſuperiore parte, poſt ex inferiore inter ſe adſtringuntur, quod vero infra vinculum eſt, forfice, vel ſcalpello, praeciditur. Poſt haec, quod ſuper eſt, iterum conditur, lini autem capita, quo omentum vinctum fuit, debent extra vulnus dependere.

§. 684.

Non vero ſemper haec curatio neceſſaria eſt. Si enim plaga anguſta et omentum ſolum, non vero cum eo inteſtinum prolapſum eſt, illud, ſi ab oris vulneris arcte comprimitur, emoritur et ſine noxa tollitur, reliquum, pure orto, cum vulnere coaleſcit *.

* Vid. LE DRAN T. II. Obſ. 90. p. 238.

§. 685.

Si vero omentum ſic cum peritonaeo coiit, et aeger inter curationem erecto capite ſupinus cubauit†: accidere poteſt, vt eo adducatur ventriculus. His percurato etiam vulnere, quam primum ſe, vel cibo vel potione, paululum repleuerunt, vomitus oritur quia omentum diſtendi ventriculum non ſinit. Nec huic vitio auxilium eſt.

† A coalitu omenti, cuius pars reſecta vel ſponte naturae ſeparata eſt, cum peritonaeo, quicunque ſub curatione vulnerati poſitus et decubitus fuerit, non modo ventriculus ſed inteſtinum colon etiam afficitur, ſi plena ſunt aut flati

bu

bus diſtenta. Libere enim fluctuare omentum in ventre nequit, conſequens igitur eſt, vt et omentum et ventriculus et inteſtina tendantur. Inde modo vomitus, modo colicae ſpecies.

§. 686.

Si inteſtinum, vel ſolum, vel cum epiploo, euo-utum fuit, et illud mox conſiderari debet, num in-egrum ſit, num vulneratum. Quod integrum eſt, etento ſpiritu diſtenditur, perforatum autem conſi-it, et materiam, quae per id deſcendit, exbibet. ulneratum etiam raro prolabitur. Si integrum eſt, efundi debet, id quod non ſemper ita facile eſt, maxi-ne, ſi id diu aeri expoſitum fuit, et ſpiritu, vel ſter-ore, retento multum intumuit. Magna vero cum ſtinatione ſuccurrendum eſt, ne inteſtina aere cir-umdata alienentur. Vbi enim pallida, liuida, nigra c frigida facta ſunt, vtplurimum omnis medicina in-nis eſſe ſolet. Si iam ſicciora ſunt, aqua non nimis alida irrorari poſſunt, cui parum olei adiectum eſt. nponi poteſt ſpongia, vel linteum, calida, vel calido tiam lacte, madefactum. Ad calorem naturalem uendum etiam facere poteſt, ſi animal recens occiſum t adhuc calens ſuperhabetur. Illud vero ignorari on debet, nimium calorem fere nocere, cum eo ſpi-itus, qui incluſus eſt, rarior fiat, et inteſtinum magis iſtendatur.

† In omni vulnere abdominis frigus ſedulo auertendum tum a reliquo corpore, tum vero ac praecipue ab imo ventre. Alioquin affectio colica exiſtens omnia exaſperat et curationem turbat.

§. 687.

Vbi autem id reponi debet, reſupinandus homo ſt. Multum enim intereſt, hominem recte iacere, t ſemper ſuperior ſit ea pars, quae vulnus habet. Si gitur ſupra vmbilicum vulnus eſt, aeger caput ſubli-ne habeat. Si infra vmbilicum, ille demiſſo capite ſit,

ſit, et coxis elatioribus. Si plaga in latere eſt, is ſemper in id, quod integrum eſt, debet inclinari. Oportet vero chirurgum ita condere inteſtina, vt, permutatis ſubinde digitorum vicibus, leniter premat, et, vt ſemper priora repellat, quae poſteriora, prolapſa ſunt. Repoſitis omnibus, venter hominis leniter concuti poteſt, vt ſingula in ſuis ſedibus conſidant. Curioſe etiam proſpiciendum eſt, vt inteſtinum et omentum, quae refundi debent, in ſuas ſedes et ventrem reducantur. Nam incidere poteſt, vt illa ſub cute intra muſculos et horum aponeuroſes condantur, qua re mortifera inflammatio excitatur.

§. 688.

Quod ſi vero plaga anguſtior, et inteſtina, quia vaſtiora, tument, retro compelli nequeunt, experienda alia ſunt. Expedit, illa digitis magis educere, quo retentus ſpiritus et eo delapſum ſtercus latius diſſipentur. Saepe etiam prodeſt ſanguinis miſſio, quae et inflammationi et ſpaſmis medetur et plagam ſtrictiorem laxat. Multi inteſtina acu compungunt, quo retentus ſpiritus exire poſſit, id quod, quia inteſtina non parum irritantur, vt in iis etiam inflammatio et ſuppuratio moueatur, ſine pernicie fieri haud poſſe exiſtimo.

§. 689.

Interdum tamen haec omnia parum proficiunt, ſed vulnus noua ſectione latius aperiendum eſt. Haec res vero ſummam moderationem poſtulat, ne inteſtina laedantur, neque, qua arteria venaue incidatur, et ne etiam omento, ſi id vexatum fuit, maius vitium accedat. Demitti in vulnus debet ſpecillum, ſulcum in longum ductum habens, cuius mucronem retuſum eſſe, medium autem ſcutulum habere oportet *, quo reprimuntur inteſtina, vt illa a ſcalpello longe ſint.

Scal-

Scalpellum enim ſuper ſpecillum etiam in vulnus demittitur, adhibita cura, ne illud aliquid laedat. Poſt vero, dum ſimul, et ſpecillum, et ſcalpellum, educuntur, inciditur cutis cum ſubiectis muſculis ac peritonaeo, donec vulnus ſatis patere videtur.

* Vid. GARENGEOT *des Inſtr.* T. I. Cap. VII. Art. I.

§. 690.

Multi aliis ferramentis vtuntur. Adhiberi enim poteſt Syringotomus vulgo regius dictus (*biſtoury-royal*) * vel Herniotomus, ſeu ſcalpellum falcatum, quod ferramento abſconditur et preſſo elatere exſurgit (*biſtoury-caché*) **. Hoc, cum mucro facile laedere inteſtina poſſit, haud ita pridem immutauit et huic chirurgiae magis idoneum reddidit LE DRAN ***. PETITVS repertor fuit alius ſcalpelli, quod aciem habet, lima, non cote, acutam, et mucronem retuſum ac rotundum. Hoc, niſi valentius impreſſum, ſcindere haud poteſt, neque ideo inteſtina adeo facile laedere ****.

* Vid. HEISTERI Chirurg. Tab. V. fig. 3.

** Vid. GARENGEOT *des Operat.* Tom. I. Cap. VII. Art. III. p. 232.

*** Vid. LE DRAN Obſ. T. II. p. 26.

**** GARENGEOT c. l. Art. II. p. 227.

§. 691.

Vbi autem plaga ſtrictior eſt, et euolutum inteſtinum, accepto ſpiritu, vel ſtercore, ita tumet, vt ſine periculo, nec ſpecillum, nec aliud ferramentum, in plagam demitti poſſit, manu reclinandum inteſtinum, et interpoſito digiti vngue, deorſum verſus, ſcalpello circumſpectius incidenda ſumma cutis eſt, magna adhibita moderatione, ne mucro vſque ad inteſtinum reſidat, illudque vulneret. Monendus ob id aeger eſt, vt ſe contineat, qui leui motu ſalutem in extremum

mum pene difcrimen adducere poteft. Vbi diducta cutis erit, etiam mufculi fic, fufpenfa manu, femper altius impreffo vngue, aperiri poffunt, donec laxior fit plaga, eaque fpecillum admittat.

§. 692.

Sed haec Chirurgia etiam alias quafdam animaduerfiones defiderat. Si vulnus noua fectione ampliari debet, cauendum, ne arteria epigaftrica, quae fub mufculo abdominis recto furfum fertur, vulneretur, ex qua mortifera fanguinis profufio oriri poffet. Si autem vulnus iuxta vmbilicum eft, fcalpellum ita inclinari debet, ne attingat ligamenta, quae ex arteriis et vena manent, quas in infantibus ad vmbilicum pertinere conftat. Nam illas in iunioribus aliquando adhuc cauas et peruias reperiri, vt fanguinem tranfmittere poffint, obferuatione cognitum eft. Neque etiam, nifi cum periculo, laeditur linea alba (651), quare, vbi vulnus adiiciendum eft, oportet omnes has fedes euitari. Vbi inteftina repofita funt, curiofe profpiciendum eft, ne fanguis, vel alius humor, in ventre relinquatur. Prohibetur, fi aeger in vulnus inclinatus cubat, et eo tempore, quo vulnus obligari debet, fpiritum retinet. Id vero faepe prohibet metus, ne ea, quae, ex vulnere prolapfa in fuafque fedes reducta fuerunt, iterum euoluantur.

---

ENTE-

# ΕΝΤΕΡΟΡΑΦΗ.

## §. 693.

ntestina, si perforata sunt, aliquando sanescunt, si vulnus peritonaeo, vel alii cuidam parti, alii etiam testino iungitur, et cum eo glutinatur *. Difficiorem tamen fere curationem habent tenuia, quam rassa, et tolerabiliora sunt vulnera recta oblonga, uam obliqua et transuersa. Etiam de intestinis suendis cogitauerunt chirurgi, quae sutura adhiberi post, non, quod certa fiducia sit, sed, quod dubia spes erta desperatione sit potior **. Ante omnia vero onsiderandum, an iis color sanus sit. Si enim liuida, ut pallida, aut nigra, sunt, aut sensu carent, superacua et inanis haec curatio est.

* Illud enim ante omnia tenendum est, intestinorum, ventriculi, aliorumque receptaculorum vulnera, si sanescunt, non ita glutinari, atque alia vulnera. Nam neque orae ita adducuntur, vt se contingant, et inter se coeant, neque vulnera supercrescente carne implentur, sed pars vulnerata iungitur aliis, quae prope sunt, cum quibus media cicatrice concrescit. Vide sectionem hominis, qui olim abdomini plures plagas, etiam intestina penetrantes, intulerat, et iterum conualuerat, in C. A. R. Sc. MDCCV. p. 40.

** Iudicium CELSI de hac chirurgia L. VIII. Cap. XVI.

† CELSVS autem in loco allegato sic curari posse negat intestinum tenue. PETITVS, vir summae peritiae et famae omnino improbat suturas intestinis vulneratis faciendas, neque quenquam chirurgorum suturam pellionum ad vsum traduxisse credit. Vid. *Traité des Maladies chirurgicales. Ouvrage Posthume de* M. I. L. PETIT. A Paris 1774. T. I. p. 34.

## §. 694.

Si itaque hanc suturam experiri statutum est, proitur ex abdominis vulnere percussum intestinum, nguntur inter se orae, et chirurgus digitis, pollice indice laeuae manus, prehendit intestinum, miniter vero illud etiam altera parte continet, vt vulneris

orae ſibi recta oppoſitae ſint. Expedit vero, digitos, quibus inteſtinum prehenditur, linteolo circumdatos eſſe, calida madente, quo mollius prehendi queat. Traiicitur per oras acus minor laeuis, cuſpidem acutam triquetram habens 377), quae filo plenior eſſe debet, vt non neceſſe ſit, illam vi cogi, ſed, vt, quaſi ſua ſponte, ſequatur.

§. 695.

Solet vero vulgo ea ſutura inteſtinis adhiberi, qua pelliones vtuntur, et qua filum ſuper oras in orbem fertur, illaſque comprehendit. Quia vero filum, ſaneſcente vulnere, iterum educi debet, ſutura, ſi quis ea vti velit, ita iniicienda eſt, vt acus non vno ictu per vtramque oram tranſmittatur, ſed per vnam poſt alteram, et non recta, ſed oblique. Filum etiam nimis valenter adduci non debet, quo mitius inſideat. Nec finis nodo ſiſtendus, nec alia ratione innectendus eſt ſed capita fili longiora adduci debent, vt extra plagam propendeant.

§. 696.

Quia vero in hac ſutura acus inteſtinum ſaepius tranſiuit, et filum etiam crebrius traiectum id vehementius mordet, illa magnam ac periculoſiſſimam inflammationem mouere poteſt. Recentiores igitur hanc ſuendi rationem omittunt, et raram, illamque ferè ſuturam adhibent, quae aliis etiam vulneribus idonea eſt. Filum itaque per vtramque oram tranſmittunt, huius capita, nec deligant, nec in nodum nectunt, ſed digitis parumper contorquent eaque adducunt et extra vulnus relinquunt. Nec crebriori ſutura vtuntur. Nam cum vulneratum inteſtinum ad peritonaei vulnus adducitur, id cum hoc glutinatur (693 *).

§. 697.

Haec vero ſuendi ratio proficere poteſt, ſi plaga inteſtino illata minor et oblonga eſt. Tranſuerſa vero

plaga

plaga, et ſi inteſtinum totum diuiſum ac praeciſum eſt, alio auxilio eget, quod non minus difficultatis habet. Oportet enim, ſi fieri poteſt, inteſtini diſciſſi fines ex ventre promere, et illum, qui ad aluum ſpectat, filo deuincire, alterum vero, qui ſuperne labitur, externo vulneri ita adſuere, vt is ea, quae per inteſtina deſcendunt, tranſmittat, et vt haec per nouam quaſi aluum excernantur. Quare etiam huic loco vaſculum ſtanneum aptari, idque ventri alligari, debet, quo illae ſordes excipiantur. Miſerum hoc auxilium tolerabile miſerius malum facit, cum, niſi illud adhibeatur, neceſſe ſit, aegrum perire. Id etiam non, niſi iis, conuenit, quibus inferiora inteſtina, ileum, aut colon, percuſſum fuit *.

* Conf. Obſeruat. ſupra ad. §. 674. citatas.

§. 698.

Inteſtina vero vulnerata nunquam ſaneſcere poſſunt, niſi fames adhibeatur, vel victus, qui a fame propior eſt. Satietas enim vulnera excitat, eaque diducit, et aegrum ſaepe in ſummum, et mortis, periculum praecipitare poteſt. Dari poſſunt, partitis vicibus, pauca iurulenta iuraque gelata, et quae aegrum non tam alunt, quam ſuſtinent. Si vulnus in inteſtino tenui eſt, in aluum etiam iura immitti poſſunt (619).

§. 699.

Nec alia medendi ratio eſt, ſi ventriculus vulnus habet. Illum autem eo tempore, quo is repletus eſt, vulnerari commodius eſſe videtur, quam eo, quo ieiunus ac vacuus eſt. Nam, expulſa, quae intus eſt, materia, et ipſe ventriculus et vulneris orae contrahuntur. Nonnulli igitur praecipiunt, vt, ſi vulneris externi ſedes oſtendat plagam in ſuperiori ventriculi parte eſſe, et, ſi homo, qui ictus fuit, expletus ſit,

etiam vomitus inuitetur, eoque ventriculus citius vacuetur. Hoc vero non, nisi lenissimis auxiliis, et irritatis digito faucibus, fieri debere existimo. Et his longum ieiunium necessarium, omnis satietas mortifera est.

† Si homo ventriculo vulneratus antea coenauit, et facile vomit, non modo a vomitu seu sponte seu arte moto hoc consequimur, vt orae vulneris ventriculi contrahantur arctenturque; sed etiam illud, vt in depleto, contracto atque collapso ventriculo vasa vulnerata contrahi et in se coire possint, sanguinisque igitur ex iis fluxus remittat. Saepius autem profuisse vomitum testatur MORANDVS in *Comment. Ac. Chir. Paris.*

§. 700.

Repositis, et epiploo, et intestinis, euocatoque omni, qui intus confluxerat, humore, vulnus etiam, quod in abdomine est, curari debet. Illud vero, si exiguum est, non prius glutinari debet, quam, donec, nec pus, nec alius humor, ex vulnere exit. Non vero facile immittenda turunda est, sed in vulnus coniiciendum linteolum, et, si res postulat, vulnus latius aperiendum est. Si vero magis opportunum videtur, turunda vti, illam breuem, paruam, mollemque esse oportet. Ea plurimum nocere potest, si epiploon alienatum, vel intestinum percussum, ad peritonaei vulnus adducta sunt. Imponuntur exterius puluilli pannique, superdatur emplastrum, cuius tamen medium foratum esse conuenit, iniicitur mantile cum suspensorio. Nam haec fascia pectori et ventri communis est.

§. 701.

Filum, quo intestinum sutum est, nec non aliud, quo omentum deuinctum fuit, si curatio bene cedit, pure orto, sponte excidit et sine negotio educitur, id quod quinto, vel sexto circiter, die fieri consueuit, vbi aeger in intestino velut quandam pruriginem sentit.

tit. Filum ſi ex ſecto inteſtino extrahi debet, eius alterum caput quam proxime ad vulnus praecidendum eſt, quo illud facilius ſequatur. Dum filum educitur, digiti imponi debent vulneri, et in omnibus, ne aliquid diducatur laedaturque, magna moderatio adhibenda eſt.

# ΓΑΣΤΡΟΡΑΦΙΑ.

## §. 702.

Vulnus abdominis, quod magnum eſt et hiat, ſui debet. Illa vero ſutura, quae aliis vulneribus adhibetur, haud ſatis continet, quare plures haec vulnera ea ſutura comprehendunt, quae pinnata dicitur. Fere magis idonea eſt, quae ex communi et hac, quae cum pinnis fit, compoſita eſt.

## §. 703.

Adductis oris, atramento notari poteſt cutis, qua perforari debet. Neceſſe vero eſt, vt inter ſuturam et vtramque oram digiti ſpatium ſit. In duas acus curuas maiores coniicitur filum, ex nouem filis valentioribus ita compoſitum, vt quaſi vnitas ſit. Lina vero haec haud torta eſſe debent, ſed ſibi ad latus poſita, et media cera ita agglutinata, vt quaſi ligulam repraeſentent. Tum acus ab interiori parte in exteriorem, per illam atramento factam notam, adhibito etiam ferramento (379) traiectatur, ita, vt peritonaeum, quod multum recedere ſolet, quoque perforetur. Eadem ratione etiam altera acus, idem filum ducens, per alteram oram tranſmittitur. Hoc vero permutatis manibus et ita fieri debet, vt dextra, quae mox acum traiecit, iam oras vulneris contineat. Summa etiam cura habenda, vt ea pars acuum, quae acuta eſt, ab inteſtino longe ſit, quare cuſpis digito imponi et

cum hoc in ventrem demitti debet. Si vulnus malus est, id simili ratione, secundo, vel tertio, sui oportet, semper acubus ab interiore parte venientibus. Traiectis sic linis, omnis humor ex abdomine exprimi, orae vero vulneris, impositis vtrinque manibus, adduci debent. His tandem peractis, lina, quae in vulnere haerent, in tres aequales partes diuiduntur. Vnius partis capita inter se deuinciuntur, non alia ratione, quam in communi sutura, interposito etiam inter ea panniculo minori, qui commode ex panno serico incerato fieri potest. Id quod vero filorum reliquum est, diuiditur et vtrinque super pinnam, vel aliud bacillum, deuincitur. Cum vero haec bacilla, si duriora sunt, premendo offendere soleant, illa fieri possunt ex cereo tenui, qui panno serico incerato comprehenditur, vel ex eodem panno conuoluto, quibus sic adductae orae continentur.

§. 704.

Antequam vero vulnus, quod sutum est, deligatur, illis filis prospiciendum est, quibus, vel omentum deuinctum, vel intestinum sutum, fuit. Haec enim ad vulnus adducuntur, exterius super ventrem collocantur, ac mediante emplastro sistuntur. Si et omentum deligatum et intestinum sutum fuit, expedit, haec fila varii coloris esse, quo melius distingui queant. Super vulnus non alia medicamenta dari debent, quam, quae alias proposui. Si vero vulnus collisum est, vel, si deuinctum fuit epiploon, pus impositis medicamentis mouendum est. Ergo vulnus non nimis valenter sutura intercludi debet, quo exitus sit humori, et quo etiam medicamenta pus mouentia in illud coniici queant. De turunda, quam multi, in hoc casu necessariam esse, contendunt, aliquoties dixi, illam alienam esse, cum intestina et epiploon grauiter irri-

irritare poſſit. Illa tamen cura etiam adhibenda eſt, vt humor, qui intus coiit, profluat, et ne pus, quod ex vulnere fertur, deſcendat, ad quam rem plurimum facit, ſi homo frequentius in vulnus inclinatus cubat. Si inflammationis timor eſt, vulnus et totus venter circumliniendus eſt oleo, quod roſam excepit, et cui parum vini, vel ſpiritus ardentis, admixtum fuit.

§. 705.

Ne orae vulneris diducantur, neceſſe eſt, vt aeger ſe contineat et in lectulo quieſcat. Quia id etiam fieri poteſt, vbi deſidendi neceſſitas eſt, et quia venter nixu inflari ſolet, crebrius lotiones in aluum immitti debent, vt haec ſine niſu reſpondeat. Vitari etiam oportet ſternutamentum, quod lac, ſi naribus adducitur, prohibet, nec non tuſſis et anhelitus. Nec ſpiritus imis pulmonibus hauriendus eſt. Haec etiam ei, qui conualuiſſe videtur, diu ita ſeruanda ſunt, et adhibenda abſtinentia eſt. Nam omnibus, qui ſibi maturius indulgent, et in eius, quod aſſumitur, vel tempore, vel modo, vel genere, peccant, plura et genera et tempora periculi eſſe ſolent. Diu etiam adhiberi et arcte circum ventrem dari vinctura debet, cui pila aſſuta eſt. Huic enim ſubiicitur minus confirmata cicatrix, et intus compellitur inteſtinum atque omentum. Accidere enim poteſt, vt haec, laxatis carnibus ac cute, deſcendant, atque ſic herniae genus oriatur, de cuius curatione alio loco dicetur. Nam peritonaeum, ſi id vulnere diſciſſum eſt, aliis partibus iungitur et cum his concreſcit, orae vero eius haud coeunt, quare illi loco maior infirmitas manere conſueuit. Haec vero proprie ad abdominis vulnera pertinent, caetera et in curatione et in victu ſimilia iis eſſe debent, quae in alio quoque vulnerum genere praecepi. Nec alia viſcera, ſi intus laeſa ſunt, pro-

priam curationem requirunt. In his enim praeter ea, quae in aliis vulneribus facienda ſunt, nihil mouendum eſt.

## VEXATA.

§. 706.

Hactenus vulnerum curationes propoſitae fuerunt, nunc ad vexata veniendum eſt, de quibus etiam propria quaedam noſcenda ſunt. Vexata, quae aliis contuſa, vel colliſa, nominantur, ſunt corporis viui partes, quibus telum, vel aliud durum ac retuſum, ita impreſſum fuit, vt interius et ſub cute minores arteriae venaeque varium humorem ferentes laceratae atque grauiter adfectae ſint, quare ex iis humor, qui eos permanat, vel effunditur, vel in motu ſuo impeditur et ſiſtitur.

§. 707.

Ergo etiam in vexatis corpuſcula per minores arterias manantia ſubſiſtendo iter claudunt, et obſtructionem efficiunt, quam ſaepe inflammatio ſequitur. Ex quibus manifeſtum eſt, vexata inflammatis proxima eſſe. In oſſibus autem, quae etiam frequentius colliduntur, veram inflammationem non eſſe, alias (35) propoſui.

§. 708.

Vexata itaque fiunt a rebus, quae extrinſecus non alia ratione laedunt, quam, qua vulnera inferri ſolent (338 *).

* Praecipue vexata a corporibus duris fiunt. Cum vero fluidum maiori vi in corpus, v. g. per ſiphonem, agitur, vel, cum corpus ex alto in aquam praecipitatur, etiam partes grauiter adficiuntur, id quod probat, non a ſolis duris, ſed etiam a fluidis, vexata proficiſci. Etiam oriuntur a ſuctu, vel, ſi cutis ore ſugitur, vel, ſi ei mediante igne admouetur cucurbitula. Nam ex his partes ſugillatae et cruore ſuffuſae

ſuffuſae quoque relinquuntur. Tales vero maculae etiam ex aliis interniſque cauſis oriuntur, id quod praecipue in varii generis puſtulis et in febribus, quae cum ἐξανθήμασι ſunt, deprehenditur. Saepe in his, maxime in malignis, ſanguis nimis tenuis ac ſolutus in exiguas arteriolas propellitur. Scorbuto aegris maculae fiunt, quod a ſanguine impuro craſſoque et ideo ſubſiſtente arteriae minores clauduntur, et is in arterias lymphaticas vrgetur. At enim in moribundis illae maiores maculae liuidae ac obſcurae naſcuntur, quia ſanguis ruber in vitali virtute defectas, laxataſque minores cutis arteriolas et venulas ruit, in quibus is coactus poſtmodum haeret.

† Sanguis in vexatis, aut etiam ab interna humorum diatheſi maculas faciens, non modo in vaſis haeret, ſed in tela celluloſa quoque, ſiue per poros ſiue per oſcula vaſorum exierit.

§. 709.

Id, quod laedit, retuſum eſſe debet, telum enim acutum vulnus imprimit (341). Si vexata cum vulnere ſunt, vulnus colliſum dicitur, de quo ſupra relatum eſt (341. 350. 370. 374. 384. ad 402. 462. ad 487).

§. 710.

Non vna vero ratione partes ſic offenduntur. Nam eas aliquando ictus laedit, aliquando caſus ab alto. Vexatorum etiam naturam habent partes, quae valentius comprimuntur, intenduntur, diſtorquentur, quare hoc vitii genus luxatis fractiſque crebrius accidere ſolet.

§. 711.

Neque haec ſola diſcrimina ſunt, quae a cauſa proficiſcuntur, maiora recipiunt ſedes parteſque, quae vexatae, vel contuſae, eſſe ſolent. Hae vero in duas ſpecies commode diuiduntur, externas nimirum internaſque. Si de prioribus dicendum, vbi vexata eſt cutis, oritur ſugillatio, quam Graeci ἐκχύμωσιν nominant.

§. 712.

Ἐκχύμωσις enim nomen eſt tumori, qui in ſumma cute eſt, qui rubet, poſt liuorem contrahit, cui, nec magnus dolor, nec magna inflammatio, accedit. Oritur, ſi ſanguis rubet, vel in eas arterias, quae lymphae accommodatae ſunt, vel in cellulas adipis, transfuſus eſt, et ſub perlucente cute conſpicitur *.

* Si alius humor, v. g. lympha, ab eadem cauſa in alium humorem vehentes atque inſenſibiles arterias, vel in adipis cellulas, transfunditur, enaſcitur etiam tumor, ſed alius generis, v. g. oedema, quod vero ex eadem cauſa, ex contuſione nimirum, ortum eſſe poteſt. Ecchymoſis vero etiam alia occaſione ex vulnere oritur, ſi hoc curuum eſt et obliquum et ſanguis, qui profluit, in adipis cellulas vrgetur. Frequentius hoc incidit, ſi vena inciſa et etiam altera parte pertuſa fuit, vel, ſi ante ſectionem cutis a chirurgo nimis adducta fuit, et minor plaga, quae in cute eſt, vulneri, quod vena habet, non reſpondet.

§. 713.

At, cum grauior ictus fuit, et vehementer etiam percuſſae carnes ſubiectae ſunt, aliaeque partes, timenda eſt inflammatio, ſuppuratio, gangraena, vlcus, fiſtula.

§. 714.

Laeſo perioſtio, hoc inflammatur, et inſequitur exoſtoſis, caries. Si totum os ita percuſſum fuit, id totum vitiatur. De quibus omnibus ad oſſa attinentibus alio loco ſcribere operae pretium erit. In glandula grauiter icta, vel pus oritur, vel ea ſcirrho occupatur, ex quo non raro cancer naſcitur. Si percuſſa fuit arteria, aneuryſma inſequitur (424). Si neruus grauiter ictus eſt, is reſoluitur et ſenſus intercidit et membrum, cui debilitas oritur, emacreſcit. Si vero is parum offenditur, oritur vehemens dolor et diſtentio. Articulo ita percuſſo ſuperuenire ſolet grauis inflammatio dolorque, iſque nonnunquam contractus ſit, et manet ἀγκύλη.

§. 715.

§. 715.

Ab his, quae intrinſecus et in prominentibus membris fiunt, ad ea pericula venio, quae in interioribus partibus ac viſceribus, ſi illa icta ac contuſa ſunt, incidere conſueuerunt. Quae vero eueniunt, ſi caput ictum fuit, alias propoſui (511. ad 514. 518. ad 526. 529. 530). De medulla, quae in ſpina eſt, infra dicam. Oculus, ictu laeſus, inflammatur (284), et in eo nonnunquam hypopyon (321), aliquando etiam ſuffuſio, naſcitur, eique omnis videndi facultas eripitur. Si percuſſa fuit glandula, ex qua lacrymae in oculum feruntur, oritur ſcirrhus, et propter hunc, σκληροφθαλμία (279). Si ea pars in cantho interno ictum grauem excepit, cui lacrymarum iter, ſeu ſic dictus ſaccus lacrymalis, ſubeſt, ἀγχίλωψ et αἰγίλωψ oriri poteſt, quarum noxarum expoſitio etiam in alium locum differenda eſt.

§. 716.

Contuſo vero ac compreſſo pectori atque abdomini grauiora etiam pericula ſunt. Nonnunquam enim intus maiores arteriae venaeque, imo viſcera, rumpuntur lacerantur que, ita, vt, effuſo omni ſanguine, cita mors ſequatur. In liene hoc frequentius euenire, obſeruationibus compertum eſt *. Ex eadem occaſione intus etiam aneuryſmata fieri, alias relatum eſt (422. 424).

* Vide Lienum diſruptorum obſeruationes a IOH. VAL. SCHEID Argentorati MDCCXX. propoſitas et IOH. PHIL. EYSELII Diſſert. de Ruptura Lienis, Erf. MDCXCVI. Hepatis diſrupti exemplum adducit VILARS *Cours de Chirurgie* Tom. I. p. 415.

§. 717.

Si vero ictus paulo mitior fuit, et homo non tam cito tollitur, alia quandoque inſequuntur, quae eum

lenta

lenta morte consumunt. Laeso enim pulmone, is sanguinem spuit, et relinquitur saepe phthisis. Fracto sterno, costisque, grauem patitur inflammationem. Ossa haec rara etiam vitium contrahunt et mala vlcera excitant. Hepate percusso, oritur inflammatio, seu hepatitis, scirrhus, icterus, abscessus, vlcus, fluxus hepaticus, hydrops, tabes. †Etiam in aliis visceribus, pancreate potissimum, nec non liene, mesenterio, vtero, scirrhos nasci, non ita rarum est.

† In pulmonibus militum gregariorum aliorumque hominum a vehementioribus fustigationibus, ecchymoses indeque phthisin fieri rarum non est.

§. 718.

Tandem etiam grauiter percusso ac presso abdomine, valentius in variis sedibus peritonaeum diducitur, et omentum ac intestina pondere deuoluuntur. Horum vitiorum, quae herniae nomine comprehenduntur, discrimina atque curationes alio loco exequar. In testibus compressis atque grauiter ictis oriuntur etiam inflammatio, suppuratio, gangraena, scirrhus, sarcocele, hydrocele, de quibus etiam infra scribam.

§. 719.

Vexata oculis exposita sunt, siquidem cutis color mutatur (712). Accedit etiam duritia. Aliquando autem locus, qui percussus fuit, iusto mollior esse solet. Prius enim incidit, si concurrentes humores in minores et lymphae idoneas arterias transfunduntur, si vero sanguis ex ruptis arteriis venisque in adipem emissus est, tumor plerumque mollior esse solet, atque digito cedens, nisi tumor sub valida neruosaque membrana sit.

§. 720.

§. 720.

Conſiderari etiam debet telum, quo homo percuſſus uit, et num ictus, quocunque modo is illatus ſit, uerit mitior, vel vehementior (532).

§. 721.

Internas ſedes percuſſas et violatas eſſe, haud cer-iora indicia habemus, quam ex iis, quae homini ac-idere ſolent (533. ad 536. 629. ad 632. 655. 656. 660. ad 669). Illud vero ignorari haud debet, in apite (511), pectore atque abdomine, non raro in-eriores partes atque viſcera grauiter affecta, commo-a, imo diſrupta atque lacerata eſſe, quamuis extrin-ecus, vel nullum veſtigium, vel non, niſi minor ſu-illatio, conſpiciatur.

§. 722.

Quid vero de vexatis metuendum ſperandumque it, ex modo dictis intelligitur (712. ad 719). Maius ericulum oſtendunt, ſi partes grauiter percuſſae ſunt, uae, ad vitam neceſſariae, haud facilem curationem ecipiunt.

§. 723.

Nec vexatis ſugillatiſque alia ratione mederi licet, uam inflammatis. Si cutis percuſſa fuit et metuenda idetur ἐκχύμωσις, illa auerti poteſt, adhibitis iis, uae ſupra (62. ad 64. 76. ad 78) praecepi. Vbi iam cchymoſis tenet, haec aliena ſunt, et adhiberi debent iſcutientia (56. ad 70. 79. ad 83). Vbi autem tumor alde durus eſt, vel iuſto mollior, medicamenta, quae molliunt, et alia, quae diſcutiunt, varie miſceantur 80). Tumor, ſi iam ad ſuppurationem ſpectare et us alere videtur, requirit emollientia (89. ad 101). Quae vexatis glandulis ſuperhaberi debeant, etiam libi (113. 89. ad 99) relatum eſt.

† Vexata

† Vexata mediocriter, h. e. vbi non tam effusio humorum insignis quam partium debilitas et relaxatio a caussis vexantibus effecta est, curantur aqua frigida, oxycrato, aceto non adeo acri, vino rubro, aqua calcis, spiritu vini cum aquae parte aequa vel duabus tribusue, oxycrato cui sal ammoniacus adiectus est; haec quidem frigida prosunt, saepius renouanda, in laxioribus hominibus addi potest alumen, vitriolum. Ex liquoribus illis coqui etiam possunt aromata vel inquilina vel exotica. Plurimum praeterea potest partis affectae compressio moderata quidem, sed tamen sufficiens, artuum igitur ita affectorum diligens, sat arcta constrictio fasciis faciunda. Hae autem saepius aliquo dictorum liquorum superfuso madida seruanda sunt.

Si humor extra vasa in cellulis haeret, eadem quidem omnia extrinsecus fieri debent, sed simul, vt resorptio promptior sit, neque inflammatio partem affectam corripiat, opus est sanguinis missione, aluum purgantibus antiphlogisticis. Quodsi tamen nimia vis humoris effusa est, neque illis adhibitis resorptio breui fit, cutis aliaeue partes, sub quibus humor quiescit, incidi atque is emitti debet, vulnus autem nutriri iis medicamentis externis, quibus aliqua, moderata virtus roborans est, qua suppuratio mediocris haud prohibetur. Itaque balsamus Arcaei et epithemata roborantia diuersi modi pro habitu corporis curandi diuerso.

Si ad interiora corporis effectus contusionis transiit, sanguinis missio et alui solutiones necessariae sunt, ac praeterea diluentia, nitrum, acetum, cremor tartari, fuligo splendens, castoreum, sanguis hircinus siccatus, decoctum seu infusum arnicae, aut radicis rubiae tinctorum recte adhibita, iuuant discussionem stagnantis.

## §. 724.

Scalpelli autem operam desiderat ecchymosis altior maiorque, praecipue, si cum vulnere est. Concidenda enim cutis, et quiescens sanguis euocandus est (477). Vbi autem sub cute, vel etiam sub alia et neruosa membrana, sanguis concurrit, sectione tumor aperiendus et sanguis effundendus est (521. 522).

## §. 725.

Viscera, si intus violata sunt, non aliam curationem recipiunt, quam, quae ad auertendam eandem inflam-

inflammationem opportuna eſt. Sanguinis miſſio, quae etiam iteranda eſt (62. ad 69), et cum his abſtinentia, a fame propior, primo loco ſunt.

† In eorum, qui fulmine tacti ſunt; corporibus non raro laeſiones ſunt vexatis non abſimiles. Modo enim leuiores maculae rubenter, liuidae, nigricantes in cute ſunt, modo humorum ſub cute effuſiones plus minus graues; modo cutis itemque interiores partes tanquam igne ambuſtae. Nolo de ratione nocendi ampliter diſputare, cum varietas et diuerſitas effectuum a fulmine in corporibus humanis perpetratorum tanta tamque mirabilis ſit, vt ea ipſa doceat, vana eſſe conamina doctorum hominum explicationem periclitantium. Noui ego hominem, qui, cum ante annos aliquot a fulmine ſurdus redditus eſſet, ab alio fulmine facultatem audiendi nictu oculi citius recuperaret. Sed haec hactenus. Fulmine tactorum maculae et humorum ſub cute effuſiones non alia ratione curantur, quam quae in ſuperioribus tradita fuit. Concomitantia autem effecta in reliquo corpore ſingulares curationes requirunt. Aliter enim curandae ſunt inflammationes et febres, aliter affectiones paralyticae, ſtupores, dolores, ſopores, praecordiorum anxietas et ſpirandi difficultas etc. Sed haec a medicis requiri debent. De fulminis natura et agendi ratione atque cum igne atque flumine electrico ſimilitudine multi multa haud ita pridem ſcripſere, in quibus non infimus eſt, qui alia occaſione a nobis laudatus eſt; vir peritiſſimus, IOSEPHVS IACOBVS PLENK. Vid. eius *Sammlung von Beobachtungen über einige Gegenſtände der Wundarzteneywiſſenſchaft.* Wien 1775.

†† Hac autem oblata occaſione non poſſum non quaedam de illis adiicere ſideratis, qui mortis ſpeciem prae ſe ferunt. Fere autem vel apoplexia tacti ſunt, vel pulmonum actio ſublata eſt. Prima autem curatio eſt, vt, ſi in conclaui fulmen hominem tetigit, in aliud ſpatioſum, vel ſi tempeſtas frigida non eſt, in liberum aerem geſtentur, et obliquus trunco capitique ſitus detur. Statim atque fieri poteſt, vena iugularis ſecetur, multus aer affletur, nares plumula titillentur, irritentur oblatis acrioribus et volatilioribus ſic quidem, vt volatilibus madida manus auxilium afferentis iterum iterumque ac ſaepius ante nares cominus et velocius moueatur, atque aer in nares vi aliqua pellatur. Facies quoque aqua frigida adſpergenda eſt. Aere inflantur pulmones, et inteſtinum rectum, quod etiam immiſſo tabaci fumo exſtimulari debet; fiant praeterea frictiones extremorum abdominis, pectoris, ſpinae totius; abdomen quo-

quoque et coſtae ſpuriae mediocriter viciſſim comprimantur. Vt lingua etiam pungatur, paucae guttulae liquoris anodyni mineralis Hoffmanni, ſpiritus nitri dulcis ſat volatilis, ſpiritus ſalis ammoniaci non acerrimi, aut aceti acerrimi, aut ſi horum copia non eſt, ſalis culinaris aliquid ei admouebimus. Si homo excitatus eſt, aliquid aceti diluti, vini rhenani, offerendum eſt, videndumque, quae ſymptomata curationem ſingularem expoſcant. Nam aut ſanguis vehementius commotus nouam ſanguinis miſſionem, nitroſa aliaque temperantia, ingens virium imbecillitas medicamenta neruina deſiderat; aut nouus ſopor obrepit; quo caſu prodeſſe poſſunt epithemata frigida ſupra ad commotionem cerebri laudata.

---

IOH.





TIGHT GUTTERS THROUGHOUT

